sionem recipiat seu accipi faciat vel permi-
ctat acci recipi per eosdem nec petere debeat
nec peti faciat per se vel alium seu alios a-
liquid aliud ultra dictum salarium comunis
predictis vel aliqua earum vel alia in pena et
sub pena ducentarum librarum denariorum de quibus
possit quilibet eorum contrafaciens a quo-
libet accusari et condempnari in sindicatu in
dicta pena. ¶ Et priores artium
qui erunt pro tempore si fecerint fieri vel ali-
cui alii apodixam aliqua de predictis vel
si permitteret quod proponatur in aliquo con-
silio vel si ipsi proponerent contra predicta
condempnetur quilibet eorum in viginti quinque
libris denariorum per maiorem sindicatum communis perusii
de quo expresse debeant sindicari et quilibet
possit eos accusare non obstante aliquo
capitulo. ¶ Et nemo in aliqua adduna-
tia generali vel in aliquo consilio populi vel communis
vel rectorum audeat consulere quod potestati vel
capitaneo vel maiori sindico vel iudici iusti-
tie vel eorum vel alterius eorum offitiali mai-
us salarium detur vel addatur illo in statu-
to eis concesso vel aliquid aliud cuiusque su-
perius nominatis nec aliquid aliud ultra dictum
salarium ad penam centum librarum denariorum et si secus
fieret non valeat. ¶ Item statuimus et ordi-
namus quod quicumque potestas capitaneus iudex iu-
stitie vel maior sindicus communis perusii tempore sui
sindicatus fuit iam condempnatus vel con-
dempnandus per suum sindicatorem non possit
de cetero ipse vel pater eius vel frater car-
nalis vel filius nepos vel pronepos vel
aliquis de sua familia vel stirpe descenden-
tes in aliquo dictorum offitiorum eligi vel assu-
mi nec ad aliquod aliud offitium communis perusii
et si eligeretur eius electio non valeat et
nichilominus eius electores incidant in
pena quingentarum librarum denariorum pro quolibet eorum
eis et cuilibet eorum auferenda per maiorem
sindicatum communis perusii. ¶ Et si dicti notarii
potestatis vel capitanei fecerint aliquod in-
strumentum communis perusii idem instrumentum debeat fieri et
redigi in publica forma per eundem notarium et
postmodum ipsum assignare debeat massario
communis perusii seu prioribus artium in archivo co-
munis perusii reponendum. ¶ Et si potestas
vel socii vel aliquis iudex vel notarius vel
ex domicellis berroariis potestatis vel capita-
nei vel maioris sindici vel iudicis iustitie infra
tempus sui regiminis moriretur quod absit vel
fuerit religionem ingressus vel recesserit vel
prohibitione statuti communis perusii esse non pote-
rit potestas vel capitaneus vel maior sindi-
cus vel iudex iustitie loco decedentis vel
religionem ingredientis vel recedentis vel
impediti esse. seu quod potestas vel capitaneus

vel maior sindicus vel iudex iustitie aliquem
mutare voluerit, eximis a salario et substituti
sius alium infra octo dies proxime subseque
ntes debeat subrogare. Tenean[tur] etiam
potestas et capitaneus quilibet et quilibet eorum offi
tiales dare supradictos berrovarios cuilibet p[er]
ipsum petenti in civitate et burgis et comita
tu et districtu pis[taurii] causa capiendi ex bapni
tum aliquem vel alia ex necessaria sub pena et
in pena pro quolibet eorum vigintiquinque
librarum den[ariorum]. et de predictis possit eos et quemlibet
eorum quilibet accusare et in sindicatu in dicta
pena debeat quilibet eorum contrafaciens condep
nari. Et ipsos berrovarios dare teneantur
incontinenti cum petitur, et maxime causa
capiendi suos debitores pro qua captura cuiuslibet
capti de civitate recipere possint pro eorum
salario et mercede quinque sol[idos] den[ariorum] cor[tonensium] in
comitatu decem sol[idos] den[ariorum] cor[tonensium] et si plures capi
perent p[ro] primo debeant in vigintiquinque
libr[is] den[ariorum] pro qualibet vice de quibus expresse de
beant sindicari. Nulla consuetudine obsta
nte de qua receptione salarii petitur vel in
excedendo ultra dictam quantitatem sibi vel ber
rovariis vel berrovario vel alii famil[iaribus] baiuli
vel baiuli facta quocumque quesito colore cred
atur sacramento dantis vel dari facientis.
Et quicumque baiulus receperit aliquod salarium
pecuniam promissione vel mercede vel ali
quid aliud occasione predicta pro aliquo offiti
ali famil[iari] vel berrovario debeat nudus
fustigari vel mitriari et ipsam mitriam porta
re per totam plateam civitatis pis[taurii]. Et nichil
ominus per remitti qualibet solvat centum
sol[idos] den[ariorum] et nichilominus restituat quod
acceperit et p[er] cre[tonem] per totam plateam cum fustiga
bitur vel mitriabitur et mitriam portabit
proclamet et dicat pro quo et quantum pe
cuniam receperit et de predicto contra baiul[os]

suffitiat et pro plena probatione habeatur
sacramentum dantis vel dari facientis cum
uno teste de visu. Et predicta fiant su
marie et de facto sine strepitu et figura
iudicii per quemlibet offitialem comunis pis[taurii] ad pe
titione petentis pena offitiali negligenti
vel contradicenti centum libr[arum] den[ariorum] et quilibet
possit esse accusator et habeat medieta
tem bapni. Et de predictis omnibus dicti pote
stas et capitaneus iudex iustitie et maior sindicus
et quilibet offitialis comunis pis[taurii] debeant sin
dicari. Hoc addito quod iudex qui de causa
cognoscet prescriptione ex presenti implicita
pro captura predicta non possit nec debeat eo
deprivare tale captum sub pena quinqua
ginta libr[arum] den[ariorum]. de suo salario per suos sindi
catores auferenda. Duret autem re
gimen et offitium potestatis capitanei maioris
sindici et iudicis iustitie predictorum et cuiuslibet
eorum offitialium et duraret debeat per sex
menses tantum ad plus. Et debeat potestas et cap
itaneus et quilibet eorum octo diebus ante introitum
sui regiminis cum tota sua familia et offi
tialibus personaliter pis[taurium] pervenisse et in ipsa civi
tate personaliter cum omnibus suis offitialibus
et familiaribus continue permanere ad
eorum offitium faciendum et dicta non disce
dere ultra formam statuti. Et finito
suo regimine et offitio debeat per octo
dies cum omnibus suis offitialibus pro sindicati
one facienda et ratione administrationis
reddenda in civitate pis[taurii] continue per
permanere et non debeat aliquis eorum
sindicari aliqua ratione vel causa ipso
existente in offitio, nec debeat absolvi
ipso existente in offitio nec ante completum
tum tempus octo dierum post finitum tempus

sui offitii nisi libellum aliquem non dixit
ab aliquo privato quo casu sexta die poss
it absolvi. Et si potestas et capitaneus et potes
atum vel alter eorum proponerit in aliquo con
silio vel adunantia rectorum aliquid contra
hoc capitulum puniatur quilibet contra faci
ens/ mentum lib. den./ et arengantes contra
predicta/ pena simili puniatur et maior
sindicus a contra faciente predictorum accipiat
et teneatur accipere dictam penam quod
si non fecerit quingentas lib. den. de suo
salario solvere teneatur/ Et potestas et capi
taneus Perusii in principio eorum offitii tempore
quo iuramentum prestabunt iurare debeat
expresse et per cancellarium iuramentum dari
quod non proponet de absolutione vel refirm
atione alicuius potestatis vel capitanei sui
iudicis vel iudicis iustitie vel alicuius al
terius offitialis forensis communis Perusii ante
tempus quo stare debebit in dicto suo offitio
secundum formam sue electionis et si contra fe
cerint et ire consentiunt et volumus condep
nari per maiorem sindicum communis Perusii in cen
tum lib. den. pro quolibet eorum et simili pe
na cancellarius condepnetur si dictum sacr
amentum eis non dederit. Quibus debe
tam in adventu ante initium regiminis
quam in illis diebus quibus steterit pro ratione
reddenda. Volumus quod potestas et capitaneus
et quilibet eorum et eorum famil. et quilibet
eorum stare debeant et morari in civitate pe
rusii in hospitio quo voluerit cum sua
familia. Et nullus potestas vel capitaneus
audeat vel presumat tale quum stare de
bet ad sindicatum tenere in palatio/
nec ipsum hospitare vel hospitari facere
de nocte/. nec aliquem suum iudicem vel offi

tialem vel famil. sub pena et ad penam
quingentarum lib. den. tempore sui sindicatus
auferenda nec etiam toto tempore sui regiminis
Teneatur insuper potestas et capitaneus in fine
eorum offitii et quilibet eorum dimictere dare
et consingnare offitialibus super massaritiis
communis Perusii duas balistras de osse valoris
et extimationis decem florenorum auri pro qualibet
et quatuor panestes de melioribus quos ha
bebit pena centum lib. den. pro quolibet eorum
nec sufficiat pecuniam dare. Et quod predicta
debeant in fine eorum offitii sindicari per eorum
sindicatores et examinatores et si contra
fecerint in dicta pena debeat condepnari
et eis vel alteri eorum non possit dari nec
fieri debeat apodixa salarii duorum ultim
orum mensium vel eis vel alteri eorum solvi per
conservatorem monete nisi primo ex ante dicta
deposuerint et assingnaverint ipsas balistr
as et panestes penes dictos offitiales ma
ssaritiarum predictarum et de valore ipsarum bal
istrarum stetur et credatur dicto et assertioni
dictorum offitialium et de predictis balistris et pave
sibus relinquendis in eorum litteris electi
one debeat fieri expressa mentio. Et
preterea quia volumus in superiori capitulo contente
ta firmiter observari quod potestati et capita
neo civitatis Perusii pro temporibus futuris nec
alteri eorum/ nec alii per eos nec alicui eorum
nec alterius eorum offitialium et famil. adveni
endum et standum ad regimina civitatis
Perusii non possit modo aliquo terminus
in statuto prefixus/ prorogari nec dari
licentia a dicto offitio discedendi quin veniat
stent et morentur temporibus ordinatis et
si fieret prorogatio termini vel datio vel
licentia non valeat/ Set quod omnino sit cassa

et nullius valoris ipo iure. Et condempne
tur ipe potas vel capitan vel eorum vel al
terius eorum offitial si petierint vel peti fecerint
predicta vel si predictis consenserint vel ea adte
ntaverint in pena in superiori. §. denotata et
si potestes actum permiserint aliquod contra predicta
vel aliquod predictorum proponi in aliquo con
silio vel adunantia proposuerit quilibet contra
solvere debeat pene nomine viginti quinque libr.
den. quos maior sindicus ipo facto ab
eis exigat pro com. nec a predictis absolvi vale
cis exigat ... absolvi
ant modo aliquo sine causa, et si absolu
tio aliqua inde fieret non valeat ipo iure
et nichilominus prorogatio termini vel mino
ratio vel licentia data non valeat ullo
modo. ¶ Et debeant etiam potas et
capitan et quilibet eorum habere et tenere con
tinue ad salarium et expensas comunis proprias octo
equos quorum saltem sex sint armigeri quorum
quilibet ad minus sint valoris triginta flor.
aur. et duos non armigeros valoris octo flor.
aur. ut supra dictum est. Quos equos potas
et capitan et rectores actum faciant extimari
per conservatores monete comunis propriis et in libro
camere dictorum conservatorum poni et scribi per
notarium ipsorum conservatorum infra triam dies
post introitum eorum offitii. Ita tamen quod nullus
equus possit extimari ultra triginta flor.
aur. nec minus decem flor. pena viginti
quinque libr. den. pro quolibet dictorum extimato
rum. ¶ Dicimus insuper quod potas et
capitan maior sindicus et iudex iustitie
teneantur continue habere omnes offitial
famil et equos quot tenere debent per
formam presentis capituli, quod si non fecerint et sin
dicatu condempnetur ille qui contra fecerit
per iudicem vel eius sindicatores qui eum sind
icabunt pro quolibet equo et quolibet offitial
et familiari quem non habuerit continue ut dictum
est comuni propriis in viginti quinque libr. den. Et
quolibet mense eorum regiminis ad petitionem offi

tialis super monstris teneantur monstram facere
de offitial famil et equis ad pena centum
libr. den. quando requisitus fuerit et dictam
monstram non fecerit. ¶ Preterea volumus
et ordinamus quod quando familia potatis
et capitanei Civitatis propriis iret pro comita
tum propriis pro armis cercandis et exbapni
tis capiendis vel alia causa quacumque ve
nit ad aliquod castrum villam locum vel spe
cialem personam non possit nec debeat ali
quis de dicta familia per se vel alium tolle
re auferre tolli auferri vel accipi facere
per se vel per interpositam personam publice se
crete directe vel per obliquum aliquod ensi
num vel presente vel aliquod donum vel ali
quam pecunie quantitatem vel aliquid ea
expensas vel victualium vel aliquas expensas
recipere ab aliquo sindico vel massario
universitatis alicuius vel aliqua interpositam
personam pro eis vel pro aliqua universitate
vel aliqua alia persona nec alio quocumque
quesito colore eos gravare nec aliquid
ipi solvant vel faciant occasione predicta.
Et si contra fecerit puniatur et condempn
etur dominus talis familie qui de commissis
per familiam in offitio teneatur in centum libr.
den. pro qualibet vice et nichilominus
condempnetur illi a quo accepit ad restitu
tionem ipius rei quam accepit in quadruplum
rei accepte et dico quod acceperit creda
tur sacramento sindici seu massarii alicuius
castri vel ville vel alicuius alterius comitis
per se dicto sindico vel massario vel uni
versitate vel per aliquo alio et de predictis
per suos sindicatores possit inquiri et super
premissis possit procedi summarie sine libe
lli oblatione et litis contestatione et stre
pitu iuditii et sine petitione sapientis
¶ Et omnis refutatio concordia et inimi
citiarum remissio ubi vel ubicumque vel qua

cuiusque de causa potestati vel capitaneo ma
iori sindico vel iudici iustitie vel aliorum
eorum vel alicui eorum offitiali vel familie
et aliorum personis vel alicuius eorum que in de
apparet et que eis facta esset vel fieret
sit cassa et irrita et nullius valoris vel
efficatie. Et predicta in hoc ultimo § contenta
locum habeant etiam in presentibus potestate et
capitaneo maiori sindico et iudice iustitie
et offitialibus comunis Perusii. Et volumus quod quando
aliquis ex iudicibus potestatis capitanei et
maioris sindici esset absens vel impeditus
ita quod super esse non posset offitio sibi com
misso exercendo tunc possit ipse dominus
potestas capitaneus et maior sindicus sup
plere congnoscere et diffinire sicut pote
rat iudex absens vel impeditus.

De offitio potestatis et capitanei. Rubrica.

Teneatur potestas et capitaneus
et quilibet eorum scilicet potestas suam
potestariam et offitium et capitaneus offi
tium bene et legaliter et fideliter exercere et
iiij. Iura comunis Perusii defendere et gubernare
et pro ipsis inveniendis et habendis investi
gare omni sollicitudine qua possunt seu po
terunt ampliori. Et observare et
observari facere iuxta eorum posse tam ipsi
quam eorum et cuiuslibet eorum offitiales et
quilibet eorum omnia ordinamenta artium
et artis cuiuslibet et quicquid in ordina
mentis artium et cuiuslibet artis continetur
dummodo predicta ordinamenta singularum
artium sint de facto particulari ipsius
artis et de ipsa parte et ad ipsam artem
pertinentia et non sint contra comune Perusii
et contra ordinamenta universorum artium
et statuta comunis et populi Perusii. Et tene
antur ipsi potestas et capitaneus et quilibet eorum
et eorum et cuiuslibet eorum iudices et notarii
civitatis petentibus reddere et facere rationem
et sedere publice ad banchas ad ius red
dendum omnibus perusinis et aliis personis
a pulsatu campane comunis de mane usque ad
secundam pulsationem campane predicte post
tertias et a pulsatu campane comunis ante
vesperas usque ad secundam pulsationem dicte
campane post vesperas quae campana
pulsetur singulis diebus de mane et ante
vesperas eo tempore quo cives debent sedere ad
ius reddendum et post tertias et post vesp
eras eo tempore quo cives debent a bancha
surgere a iure reddendo. Nec habeant
ipsi potestas et capitaneus nec aliquis de eorum fa
milia conversatione seu familiaritatem cum ali
quo perusino et non possint ipsi nec ali
quis eorum comedere nec bibere cum aliquo perusino
vel habitatore ipsius civitatis clerico vel
laico in civitate burgis vel subburgis
Perusii set extra civitatem et burgos et
subburgos possint comedere et bibere
cum perusinis quando in aliqua amba
xiata pergerent cum eisdem pena dicto po
testati et capitaneo et cuilibet de eorum
familia contra facienti quinquaginta
librarum denariorum perusinorum pro qualibet vice qua
contra fecerit. Et non possint potestas
et capitaneus nec aliquis eorum nec aliquis de
eorum vel alterius eorum familia et offitialibus
nec debeant accipere aliquem equum in
prestantia seu sub accomodato ab aliquo
cive vel comitatense perusino occasione alicu
ius ambaxiate nec occasione eundi extra
comitatum seu districtum Perusii seu alicuius
loci vel alia quacumque causa toto tempore
eorum regiminis preterquam in introitu ipsorum
regiminis nisi ab illis personis que equos

consueuerint dare ad uicturam ita tamen quod si ab
eis equos acciperent ipsos accipiant et acci-
pere debeant ad uicturam ab illis personis
a quibus equos ad uecturam accipere po-
ssint pro ambaxiatis comunis perusii faciendis
aliter nullus ipsorum equum aliqua arma in
prestantia accipiat. Et si aliquis eorum con-
trafecerit pene nomine comuni perusii puniatur qua-
libet pena in supra scripto capitulo contenta soluere
teneatur. Et etiam non possint ipsi uel alter
ipsorum nec debeant recipere in prestantia ab al-
iquo de perusio nec eius districtu, nec a cle-
ricis nec laicis nec equum nec anes nec ca-
nem uel aliam rem nec debeant ipsi nec al-
terum eorum accomodare ciuibus perusinis ali-
qua ex rebus et animalibus supradictis sub dicta
pena sine licentia dominorum priorum. Nec poss-
int recipere ipsi potestas et capitaneus maior
sindicus et iudex iustitie nec aliquis
eorum uel alterius eorum officialis ab aliquo
perusino clerico uel layco, uel ab aliquo
habitante in ciuitate uel comitatu perusii
aliquid in prestantia uel in mutuo nec
donum aliquod munus uel censum. Et
si aliquis perusinus clericus uel laicus,
uel habitans in ciuitate uel comitatu
perusii aliquid prestiterit seu mutuauerit
uel dederit potestati uel capitaneo soluat
pene nomine uigintiquinque libras denariorum. Et
si potestas uel capitaneus aliquid receperit
contra predictam formam soluat pene no-
mine quotiens contrafecerit comuni perusii
centum libras denariorum. Et tales mutuantes dan-
tes pecuniam ipsam perdant nec audiantur
a suis sindicatoribus tempore sindicatus. Et
non permittat potestas et capitaneus supradic-
ti seu ascendere aliquem perusinum cleri-
cum uel laycum uel habitatorem in ciuitate

uel comitatu perusii ad partem superiorem pa-
latii in quo morantur ipsi uel alter eorum
pena potestati et capitaneo et cuilibet eorum con-
facienti centum librarum denariorum pro qualibet uice
qua contrafecerit si de die contrafecerit si
uero de nocte pena quingentarum librarum denariorum pro
qualibet uice qua contrafecerit puni-
atur. Et quod quilibet potestas perusii
ad ciuitatem Nucerii et ad castrum castillo-
nis Aretini et quilibet capitaneus comunis pe-
rusii ad castrum plebis et ad ciuitatem
Clusii de exitus officii potestatis Nucerii
Castillionis Aretini et castri plebis et ciuita-
tis Clusii teneantur mittere unum ex
eorum iudicibus et notariis ad sindicandum
et examinandum potestatem Nucerii. Ca-
stellonis Aretini et potestatem castri ple-
bis et ciuitatis Clusii et eorum offitiales
et non ante aliqua ratione uel causa quorum
sindicatus duret per quatuor dies post
depositionem eorum offitii. Et habeat dictus iudex
potestatis perusii sindicator potestatis Nu-
cerii et Castillionis Aretini a comuni Nucerii
et a comuni dicti castillionis. Et dictus iudex ca-
pitanei sindicator potestatis castri plebis
a comuni dicti castri et dictus iudex sindica-
tor potestatis ciuitatis Clusii a comuni dicte
ciuitatis pro suis et dictorum notariorum
expensis quilibet dictorum iudicum uiginti
libras denariorum nisi esset per dictam comunia de maiori
precium saluo. Saluo quod si potestatis offi-
tium potestatis uel capitanei ciuitatis perusii
tunc temporis uacaret quod ille potestas uel ca-
pitaneus cuius offitium non uacabit dicto tempore
iudicem et notarium ad ciuitatem Nucerii

et ad castrum plebis et ad Civitatem clu-
sii vel ad alterum ex dictis locis ad sindicandum
in potestatem nucerii vel castri plebis
et civitatis clusii sindicandum ut dictum est.
Et habeat iudex predictus sindicator ab illo
a dictis civibus ad quod predictus accesserit pro
expensis viginti libras denariorum ut supra dictum est.
Et iudex et notarius qui pro predictis accesserint
coram prioribus artium civitatis perusii sint iur-
ent offitium bene et legaliter exercere et ultra
dictam quantitatem aliquid habere non possi-
nt nec recipere pena contrafacienti pro
qualibet vice centum librarum denariorum per suos sindica-
tores auferenda tempore sui sindicatus et
debeat de hoc exprimi sindicatum.

De iuramento prestando per dominos potestatem et
Capitaneum Civitatis perusii. Rubrica.

Nos potestas et capitaneus comunis et populi
perusini et quilibet nostrum iuramus corpor-
aliter ad sancta dei evangelia tacto libro toto
posse salvare defendere et manutenere in pace
.iiij. unitate et bono statu totum comune et populum
civitatis et comitatus perusii et omnes et singulos
et cuiuslibet etatis et gradus de comunis et viduas
orfanos et pupillos et miserabiles personas et
ecclesias hospitalia loca religiosa et eorum bona et
iura et omnia statuta et ordinamenta et refor-
mationes consiliorum comunis et populi et artium et
rectorum dicti comunis secundum purum intellectum
et interpretationem maioris consilii civitatis.
Et studium in civitate perusii manutenere et au-
gumentare proposse et ordinamenta super studio
facta et que fient observare et manutenere.
Et exbanpnitos comunis perusii pro maleficio et proditores
capi facere et eos captos facere detineri
donec condempnationes dictis factas solverint et
secundum statuta et ordinamenta comunis et populi perusii
puniri nec aliquem studiose noceri per nos vel nostros

familiam et operam dabimus de concordia
inter partes nisi dominum per partes steterit. De
civitate perusii non discedemus sine licentia
maioris consilii. Dummodo possimus ire et
redire per comitatum nostris expensis et ipsa die te-
neamur ad civitatem perusii redire. Ultra no-
strum salarium non petemus aliquid nec acci-
piemus. Et promictentes nobis aliquid illicite
et symoniace infra octo dies manifestabimus
in maiori consilio Civitatis. Et stabimus
finito nostro offitio in civitate perusii cum tota
nostra familia et offitialibus ad reddendum rati-
onem nostri offitii per tempus in statutis comunis perusii
contentum et cuilibet conquerenti de nobis vel aliquo
nostrum vel de nostra familia non faciemus nos
absolvi nec aliquem de nostra familia offitio no-
stro durante. Et parentelam seu compatriam
cum aliquo cive vel comitatense perusino non
contrahere nec alicui nostro familiari contrahe-
nti consentiemus. Hereticos contra fidem
catholicam errantes nisi parati fuerint ad fi-
dem redire de civitate et comitatu expelle-
mus et cuncta eorum bona comuni perusii publica-
bimus. Latrones falsarios affinatores
et cursatores et oppinatores capi faciemus
et de civitate et comitatu perusii expellemus
et dabimus operam quod ulterius non valeant
morari. Et predicta omnia faciemus cum
accusatore et sine accusatore. Statuta populi
perusii et reformationes artium et rectorum ser-
vabimus et in qualibet ebdomada admittemus
et quilibet nostrum mittet ad custodiam civitatis
unum ex militibus nostris et quilibet nostrum vel iu-
dicibus cum aliis de nostra familia toto tempore
nostri offitii et cuilibet nostrum et omnia et sin-
gula supradicta firmiter adimplebimus.

De quibusdam spectantibus ad offitium potestatis et .v.
Capitanei. Rubrica.

Potestas et capitaneus et quilibet eorum
teneantur et debeant tractare et facere
omnia honorem et utilitatem civitatis Perusii et
utilitatem communiter habitantium in eadem et
in omnibus quibuscumque querimoniis proponen-
dis apud eos et quemlibet eorum et eorum et
cuilibet iudices in scriptis vel sine scriptis ius
facere reddere et stare de mane et de sero secundum
pulsationem campane ordinate ad sonan-
dum pro iure reddendo et facere debeant
hostia stare aperta tempore quo ius redditur et
nulli coram eis dicto tempore ire volenti deni-
dantur. Et statuta et ordinamenta communis et
populi Perusii observare et consuetudines appro-
batas et questiones diffinire facere per se et
suos iudices vel alium cui commiserit infra
tempus ordinatum per commune Perusii et tractare
inter partes de concordia facienda si de
partium fieri poterit voluntate, remoto
hodio amore timore vel precibus per que
ius alterius tolli possit. Capitaneus
predictus teneatur pro posse suo defendere et
manutenere salvare et guardare omnia
castra et iura et rationes et iurisdictiones
et villas et comunantias civitatis et comi-
tatus Perusii bona fide sine fraude ad totum
id quod ad honorem et laudem et bonum statum
civitatis et comitatus Perusii spectet et nosca-
tur pertinere. Et si quis accesserit coram
potestate vel capitaneo vel altero ex eorum iudi-
cibus et notariis eorum vel alterius eorum vel ali-
quibus offitialibus communis Perusii ad pro-
ponendum factum suum vel sui amici in aliquo con-
silio vel alio loco, dummodo illud factum non
sit contra commune Perusii non possint nec debe-
ant potestas et capitaneus vel alii offitiales
communis Perusii aliquam verecundiam vel gravamen
aliquod sibi inferre vel ei prohibeatur ne
suum ius petat vel proponat sui amici vel
amicorum suorum et si contra fieret per potestatem
vel capitaneum vel alios offitiales communis
Perusii teneatur ille qui contra fecerit vel gra-
vamen intulerit ei cui esset illata vere-
cundia vel gravamen reficere omnes expe-
sas quas occasione illius gravaminis
substineret et centum libras denariorum communi Perusii pene
nomine solvere teneatur. Et potestas et capitaneus
quilibet intelligatur debeant et audire de iure
suo sui que amici ad penam supinus nominatam.
Teneantur etiam potestas et capitaneus da-
re operam iusta posse qualiter integrumta et
depredationes facta et facte inter eos et nostras
vicinantias vicinique sunt possit recon-
ciliari et de hiis concordia fieri et cives no-
stri cives et comitatenses ire et stare et redire
cum eorum rebus sine aliquo impedimento
valeant et securi.

**Quod nulli liceat accedere ad partes superiores pala-
tiorum habitationis offitialium. Rubrica.**

Cum domini rectores civitatis in locis
iudiciis publice omnibus teneantur
reddere rationem et non cum aliquibus sub- ·vi.
ditis occulte loqui. Statuimus et ordina-
mus quod nullus civis comitatensis vel districtu-
alis Perusii nec etiam forensis qui steterit Perusii
per tempus octo dierum nec etiam fratres nec reli-
giosi qui non irent ad aliquem infirmum
liceat accedere ad partes superiores palati-
orum communis Perusii in quibus morantur potestas
et capitaneus a quinque gradibus scalarum clau-
stri inferioris palatii populi supra et a quinque
gradibus scalarum communitarum loggie maioris
palatii communis coniuncte palatio canonice
versus superius sub pena quingentarum librarum
denariorum de die et de nocte sub pena ducentarum
librarum denariorum pro qualibet vice. Quam penam
potestas et capitaneus et quilibet eorum de facto a con-
trafacientibus exigere teneantur. Et potestas
et capitaneus vel aliquis eorum vel alicuius
eorum offitialis et familiaris non permictat aliquem
accedere contra predictam formam sub pena

durentarum . libr. den. pro qualibet vice et intel
ligatur promisse eo ipso quod aliquis accesserit contra
dictam formam et de facto non accepit dictam pe
nam de quibus expresse debeant sindicari et te
neantur reddere rationem et quilibet in dicto sit
accusator tam contra accedentes quam permictentes
accedere contra formam predictam. ¶ Salvo
et reservato et predicta non intelligantur in pri
oribus artium sicut septem ad minus et in corpore
notariorum et nuptio dummodo dicti notarius et nun
ptius vadant mandato et voluntate saltem sep
tem priorum et in concordia de quo mandato
bollectam portare debeant scriptam manu can
cellarii comunis perusii vel in aliquo officiali fo
rense civitatis perusii nec in preconibus
quando irent de mandato dictorum dominorum po
testatis et capitanei. ¶ Nec etiam predicta
locum habeant nec intelligantur in consul
ibus mercatorum nec auditoribus cambii nec
camerariis calzolariorum nec aliis camerariis
aliarum artium civitatis et burgorum perusii qui
bus sit licitum et cuilibet eorum accedere et ire
ad dictas partes superiores. ¶ Et etiam non
intelligantur predicta in illis religiosis vel
fratribus de penitentia qui haberent aliquod
offitium a comuni occasione dicti offitii nec etiam in
aliquo vel aliquibus superstitibus vel offitia
libus palatiorum comunis vel populi perusii occasio
ne operis dictorum palatiorum. ¶ Nec in hiis
qui ducerentur occasione alicuius condempnationis
vel inquisitionis seu accuse pro qua deberent
in palatio detineri et in hiis qui ducerentur
occasione bremium in consilio comunis et sumptorum nec in hiis
qui accederent ad consilia quando in superioribus
perioribus palatiis et partibus ipsa consilia

congregarentur. ¶ Nec etiam predicta intelligan
tur in medicis curantibus vel visitantibus aliqu
em egrum nec in deferentibus medianas tempore ne
cessitatis. ¶ Nec in artificibus reparantibus te
ctum vel solaria vel aliquid aliud necessarium
supradictis potestati vel capitaneo vel eorum offitiali
bus et familie sine fraude. ¶ Quibus dominis pri
oribus teneantur potestas et capitaneus et eorum offi
tiales facere aperiri hostia palatiorum quandocumque
ipsis prioribus placuerit dummodo septem sint
in concordia ad minus pena quingentarum libr. den.
et credatur sacramento septem ex dictis prioribus
ad minus. ¶ Nec etiam predicta locum hab
eant in cameraiis artium. ¶ Et quando irent
ad loquendum eis vel alteri eorum capitanei partis
guelfe cum eorum adiunantia vel quatuor ex
eis capitaneis sine adiunantia vel baiuli seu
conservatores alicuius sotietatis cum decem hominibus
de sua sotietate et in priore iudicum cum qua
tuor de collegio ipsorum ad minus vel in prioribus
consortii notariorum cum octo notariis de ipsorum
consortio ad minus nec in civibus perusinis nu
mero decem congregatis ad minus vel ab inde supra:-

De iuramento iudicum sotiorum domicellorum et berua
riorum dominorum potestatis et capitanei. Rubrica.

Nos iudices, milites et sotii domicelli et ber
rovarii potestatis et capitanei iuramus ad
sancta dei evangelia facere et exercere offitia
nobis commissa et committenda et adimplere
bona fide sine fraude omnia que spectabunt et spe
ctant ad nostrum offitium et nobis imponen
tur sine aliqua exceptione personarum secundum
leges et statuta comunis et populi perusii et consuetudin
es approbatas remoto hodio amore timore pre
tio vel precibus alicuius :- xiij.

De iuramento notariorum potestatis et capitanei. Rubrica.

Nos notarii potestatis et capitanei comunis et
populi Perusii iuramus ad sancta Dei evan
gelia bona fide sine fraude dare operam consil
ium et auxilium potestati et capitaneo comunis Perusii
ad conservandum omnia capitula statuti et per nos
observare in nostro offitio et ad conservandum civi
tatem et omnes et singulas personas ipsius comunis
in bono statu et unitate et ad hoc operam dare
nec tractare nec tractantibus consentire aliquid
contra honorem potestatis et capitanei nec fur
tum facere de rebus comunis nec facienti consenti
re et si sciverimus aliquem contra facientem
potestati et capitaneo quam citius poterimus manife
stabimus et omnes libellos et accusationes et
inquisitiones et acta causarum si fuerimus cum iudice
ad offitium deputati in quaternis comunis scri
bere et publicare et omnes scripturas nobis co
missas a potestate vel capitaneo vel iudice
sub quo erimus et non mutare easdem et ipsas
scripturas autenticas dare infra octo dies
postquam a nobis fuerint petite sine pretio Et si
comodum non habuerimus exemplandi da
bimus ipsas scripturas parti vel partibus
in continenti ad eorum petitione ancumque non
tamen volunt partes ad exemplandum et sic
cessaverimus pro unaquaque vice quilibet
nostrum contrafaciens et vetans illi cui ne
cesse erimus viginti quinque libras denariorum solvere te
neantur et denuptiatoris sacramento credatur
Et observabimus bona fide que in sta
tutis de nostro offitio continentur et statuta
camerasia populi Perusii observabimus si fuerimus

cum iudicibus deputati et continue stabimus
sine fraude ad nostrum offitium exercendum
Et omnes credentias nobis impositas a pote
state vel capitaneo vel iudicibus seu consilio
vel ab alio cum erimus in offitio secretas te
nebimus et eas nulli manifestabimus donec
erunt publicate Testes interogabimus cum
eos recipiemus et antequam testes recedant
a nobis legemus eisdem integraliter et vulgariter
dictum suum ita quod ipsum bene intelligere po
ssint Et aliquid non petemus nec re
cipiemus per nos vel alium ultra id quod
fuerit concessum per statutum nec emenmus vel
emi faciemus aliquid fraudulenter Et hec
omnia et singula observare iuramus remoto
hodio et amore timore pretio vel precibus
alicuius speciali lucro vel damno Et hoc
capitulum nostri iuramenti omni mense
legemus ut predicta possimus melius in
emorie commendare.

De electione et offitio directorum executorum comunis Perusii. Rubrica.

Communi utilitati tam circha habunda
ntiam pecunie camere comunis Perusii et de
debentes solvere solvere dicte camere so
lerter temporibus debitis persolvant occur
rentia honera quam etiam circa conservatio
nem subiectorum ex maiore comitatensium qui
retrohactis temporibus in exactionibus publicis
que a modo fuerint exausti salubri edicto
providere volentes Statuimus et ordinamus
per hanc legem aurream inviolabiliter observari

Item decetero per dominos potestatem et camerarios artium
Civitatis pisarum noviter eligendos seu extrahen
dos de sacculo ante kalendas mensis Januarii pro
xime venturi pro tempore sex mensium et sic sub
cessive ante kalendas mensis Julii proxime venturi
et de sex mensibus in sex menses proxime venturis in
fra octo dies ante introitum eorum offitii in ecclesia cappel
la sancti herculani ubi congregari teneantur vin
culo iuramenti et pena quingentarum librarum denariorum per ma
iorem sindicum comunis pisarum eis et cuilibet eorum
auferenda eligantur et debeant eligi tres boni
homines de populo pisano qui vocentur dire
ctores et unum expertum notarium qui sint et
esse debeant offitiales comunis pisarum ad sollicitandum
omnes et singulas exactiones fiendas per eos pro
ut infra de omnibus et singulis que deberentur ipsi
comuni et cuicumque camere dicti comunis tam conserva
torum monete quam etiam massariorum dicti comunis
quam etiam offitialium campionis bladi vel cu
iuscumque alterius camere dicti comunis et dicta de
bita cum effectu exigi et exequi faciendum
per offitialem et exactorem comunis pisarum ad hec spe
cialiter deputandum. Qui boni homines
et offitiales et notarius eorum ex debito dicti eorum
offitii teneantur et debeant perquirere et inve
stigare a dominis conservatoribus monete massa
riis et quibus cumque aliis offitialibus comunis
pisarum de omnibus et singulis debitis et exactio
nibus que deberentur per quoscumque et quacum
cumque causa ipsi comuni pisarum et ipsis camerariis
et cuilibet earum quorum eorum notarius de predictis
debitis registrum facere teneantur. Et quod pre
dicti domini prefati conservatores massa
rii offitiales campionis et alii offitiales comunis
pisarum aliquid debentes exigere vel recipere pro comuni
et eorum notarii super introitibus vinculo iuramenti
et sub pena Centum librarum denariorum pro quolibet eorum
teneantur et debeant infra quindecim dies pro
xime sequentes a die finiti termini infra quem aliquis
non solvisset quod solvere debuisset ipsi comuni dare
in scriptis pro extractis dictis tribus offitialibus
et eorum notario sub dicta pena, nomina et pre
nomina debentium aliquid solvere et quantitatem
quas deberent et etiam eorum fideiussores. Qui
tres offitiales teneantur dare eidem exactori scon
tinenti nomina et pronomina debentium solvere et
fideiussores et quantitates et instare et protesta
ri eidem et eius offitialibus quod dictam exactionem
facere teneantur realiter et personaliter et quibus
cumque remediis infra mensem a die sibi datorum
nominum et quantitatum predictarum postquam eis et
eorum notario in scriptis assignata fuerint
pena vigintiquinque librarum denariorum pro quolibet eorum
et qualibet vice per eorum sindicum auferenda
Teneantur insuper predicti offitiales perquirere
et investigare omnes et singulas condempnationes
dominorum potestatis et Capitanei et aliorum offitialium
forensium comunis pisarum fiendas in futurum que
exacte non fuerint quas in dicto Registro poni
et scribi faciant per eorum notarium. Et insuper
domini potestas et capitaneus et alii offitiales
forenses et quilibet eorum teneantur et debeant
dictis offitialibus infra octo dies a die condempn
ationum factarum in scriptis dare dictis tribus
offitialibus et notario nomina et pronomina
hominum et personarum per eos vel alterum eorum con
dempnatarum et declaratas quantitates in quibus
condempnati sunt sub pena supra declarata

quibus habitis predicti offitiales et eorum notarius
teneantur et debeant dicto offitiali exactori dare
et per eundem exigi facere dando eidem catastum
et bona talium condempnatorum per quibus inquirere
debeant quibuscumque modis et prout melius et
habilius viderint convenire. Que bona publice
subastari debeant per dictos offitiales vel alios
quibus duxerint committendum et plus offe-
renti dare vendere et stabilire. Et dicti offiti-
ales vel alii quibus commiserint auctoritate presentis
statuti intelligantur et sint sindici communis pistorii
ad predicta faciendum spetialiter constituti. De quibus
bonis vendere teneantur usque ad integram sati-
sfationem dictarum condempnationum et cuiuslibet
earum que venditio et subastatio fieri debeat in-
fra mensem a die notificationis facte dicto exactori
si negligentes de condempnatione predicta pena dictis
offitialibus et dicto exactori si negligentes fuer-
int in predictis centum librarum denariorum pro quolibet
eorum. Et in [illegible] predicta posita facere con-
pellantur. ¶ Volumus etiam statuentes quod
predicti tres boni homines et offitiales sic elig-
endi sint et esse intelligantur offitiales super in-
debitis et inmoderatis gravaminibus que cotidie
inferuntur civibus et comitatensibus pe-
rusticis et aliis quibuscumque qui dicerent
vel allegarent coram eis se indebite vel inmo-
derate gravatos vel oppressos pro aliqua
exactione que fieret nomine communis pistorii vel
cuiuscumque habentis causam a dicto communi et ab offi-
tialibus quibuscumque transmissis seu baiulis
vel berroariis et familiaribus cuiuscumque offi-
tialis communis pistorii vel aliis quibuscumque per-
sonis que gravamina indebita et inmoderata

illata possint et debeant tam per se quam per dictum
exactorem prout eorum discretioni videbitur
convenire tollere diungere et tolli facere dicta
gravamina per dictum exactorem. Qui etiam exa-
ctor dicta arcta predicta plenam habeat pote-
statem et etiam imponendi dictis baiulis vel
aliis gravatoribus in suprascriptis penis et pro
hiis que fecerint contra dictos baiulos et gra-
vatores et pro omnibus detentionibus gravaminibus
que eis inferentur sindicari non valeant
ullo modo. ¶ Et ne imposterum comitatenses
pistorii more solito indebite agraventur, sta-
tuimus et ordinamus quod baiuli quicumque be-
rroarii et alii offitiales communis pistorii pro ipsis
exactionibus debendis ipsi communi pistorii et debitis
vel aliis emptoribus vel habentibus causam
ab ipso communi non possint ire seu accedere mitti
vel destinari in et per comitatum pistorii ad grava-
dum dictos comitatenses vel alios in comi-
tatu sine expressa licentia et bolletta seu sigillo
ipsorum trium offitialium pena dictis baiulis et
aliis contrafacientibus pro quolibet eorum
quinquaginta librarum denariorum dicto communi et cuilibet eorum
auferenda ad petitionem cuiuscumque petentis cuius
pene medietas sit et esse debeat dampnifican-
tis vel accusantis coram dicto exactore.
quam medietatem camerarius communis pistorii sine
alio precepto vel apodissa auctoritate presentis sta-
tuti statim ex quo dicta condempnatio soluta fuerit
dicto dampnificanti vel accusanti dare et solvere
teneatur pena centum librarum denariorum. Qui tres boni
homines non concedant nec permittant quod
aliquis civis pistoriensis vel alius preter baiulos
et berroarios dicti exactoris vadant in co-
mitatum ad faciendum aliquam exactionem nomine
communis pistorii vel aliquarum specialium personarum

causam a communi set ubi necesse fuerit aliquem mit-
tere extra baiulos et berrovarios mictant unum
ex notariis dicti exactoris qui baiuli et berrovarii
et notarius predictus habeant et habere debeant
pro expensis eorum et salario triginta solidos denariorum pro quoli-
bet die set quando ivent sine notario habere debe-
ant tantum viginti solidos pro qualibet die inter bai-
et berrovarios a communi parmensi ad mandatum dictorum
trium bonorum hominum sine alio precepto vel
apodissa ab offitialibus communis parmensis quibus-
cumque pro qualicumque exactione mandaverint
Et hoc locum habeat quando notarius iret vel
accederet pedes et sine equo quando vero eques
accederet habeat ultra quinque solidos denariorum
pro qualibet die et nichil aliud percipere vel
habere possit sub penam Centum librarum denariorum
si contra fecerit pro quolibet eorum Et quicquid
dicti offitiales communis parmensis solverent occasione
predicta debeant rehabere et exigere ab hiis
contra quos fiet dicta exequtio ¶ Si non exa-
ctionem fecerint ad petitione singularium hab-
entium causam a communi dicte singulares persone
dictam quantitatem et salarium solvant et
demum rehabeant ab hiis contra quos exactio
fiet ¶ Et nichillominus baiuli berrovarii et
alii qui dicta gravamina intulerint preter
vel contra forma presentis statuti et ordinam-
enti de hiis gravaminibus que fecerint vel in-
tullerint contra vel preter ~~dictam~~ dictam for-
mam accusari possint coram potestate vel
capitaneo de furto vel robbaria non obstante
aliqua alia licentia sibi concessa per ipsos
alios offitiales que sibi patrocinari non debeat
in aliquo ¶ Et quia pessimum genus exac-

torum et baiulorum est pro pignora que accipiunt et
gravamina que inferunt modicum curant pu-
blicare seu manifestare set potius ipsa celant
et occultant et in eorum comodum extractant et
convertunt ¶ Statuimus et ordinamus quod quili-
bet baiulus vel alius qui pro dictis exacto-
nibus pignora quecumque accepit seu gravamina
intulerit teneatur et debeat ipsa demonstrare et
referre notario trium offitialium infra decem dies
a die illati gravaminis sub pena decem librarum denariorum pro
quolibet baiulo vel alio et qualibet vice que
pena per dictum exactorem debeat auferri de
facto ¶ Et nichillominus si dictam relatione
non fecerint infra dictum tempus possit coram po-
testate vel capitaneo de furto vel robbaria
accusari non obstante aliqua licentia sibi conces-
sa que extunc pro nulla et cassa haberi debeat
ipso iure ¶ Teneantur etiam prefati baiuli vel
alii animalia quecumque abstulerint et alia p-
ignora reduci facere vel apportari in Civita-
te parmensi vel ad alium locum ubi dictis tribus
offitialibus videbitur assignando illi vel illis
quibus dicti tres offitiales et boni homines duxe-
rint eligendo vel eligendis infra dictum tempus
sub dictis penis ¶ Prefati offitiales teneantur
et debeant ad minus duo ex eis cum eorum notario
et cum dicto exactore et eius offitialibus vel sal-
tem cum milite dicte exactionis et cum tribus
vel duobus et notariis eiusdem saltem duobus
diebus in ebdomada videlicet die veneris et die sabbati
sub volta sancti herculani publice sedere et mo-
ram trahere ad audiendum quemlibet querelantem
Et habeant et habere debeant dicti offitiales
et eorum notarius et quilibet eorum pro eorum sa-
lario dictorum sex mensium auctoritate presentis statuti sine

alia apodissa uel precepto uigintiquinque soldorum pro quolibet eorum a dictis seruatoribus monete comunis Perusii. Et ultra dictum salarium aliquid aliud habere uel percipere non possint. Possint tamen eorum notarius pro qualibet licentia quam scripserit uel subscripserit percipere a privatis personis .xii. denarios pro qualibet licentia et ultra dictum salarium aliquid non debeat percipere uel habere. Et si contingerit quod aliquis dictorum trium offitialium bonorum hominum et eorum notarium infirmaretur moriretur uel ex aliqua iusta causa se absentaret quod eo casu domini priores et camerarii artium possint et debeant loco dicti talis ponere et substituere sive subrogare alium. Et hoc capitulum et contenta in eo locum habeat in futuris.

**Quod maior syndicus sit etiam capitaneus custodie Civitatis et executor omnium debitorum comunis et non alius. Rubrica.**

Et quia parum prodesset iura condere nisi essent magistratus qui ea exequerentur et in ultis locis capituli precedentis sit mentio de exactore et eius offitio. Ideo statuimus quod maior sindicus iudex appellationum capitaneus custodie seu guardie Civitatis Perusii eius offitium custodie et guardie volumus perpetuo debere in dicta civitate vigere pro custodia dicte civitatis maior sindicus et capitaneus sit et esse debeat exactor omnium debitorum comunis Perusii et que deberentur cuicumque camere comunis Perusii et eius offitialibus et etiam omnium habentium causam a comuni Perusii. Et
XX nullus alius offitialis comunis Perusii de dictis exactionibus et executionibus intromictere se debeant quoquo modo set exuit offitialibus comunis aliis Perusii quibuscumque intelligatur et sit adempta omnis iurisdictio congnitio seu quecumque concessio per quecumque ordinamenta seu statuta comunis super dictis exactionibus aliquo statuto uel ordinamento uel reformatione in contrarium loquentibus non obstantibus quibus per hoc sit et intelligatur derogatum nisi quando se intromicteret pro executione sententiarum latarum per eos tamen uel pro exequtione instrumentorum confessionatorum uel dominum habentium dictorum instrumentorum uel sententiarum que per eos fierent inter privatas personas pena cuicumque alteri offitiali comunis Perusii qui se de dictis exactionibus intromicteret quingentarum librarum denariorum pro qualibet vice per ipsos sindicatores auferenda de facto et nichilhominus de ea via et furto seu captione liberi hominis accusari possit tempore sindicatus. Et possit percipere et habere pro quolibet soldo cuiuslibet pecunie quam fecerit venire in comuni ab offitialibus camere cui venire fecerit exequendo ab hominibus ea usum habentibus a comuni predicto vel habentibus comunantias seu gabella duodecim denarios quando denarios finaliter solvantur et solvi debeant per debentes solvere aliquid alicui camere comunis Perusii uel alicui emptori comunantiarum et gabellarum. Et ultra predicta salaria et perceptiones per exactionibus et exequtionibus pctis percipere non possit nec etiam rnonatii pro captura aliquid nisi salarium quod percipere possint quando accedunt in comitatu secundum formam presentis ordinamenti et si ultra aliquid perceperint in quadruplum tempore sui sindicatus per eorum sindicatores debeant condempnari. Et ubi contigneret propter multitudinem

exactionum quod dictus capitaneus et exactor non possit omnia exigere priores et camerarii possint partem dictarum exactionum committere alteri officiali communis perusii. Et simili modo priores et camerarii qui fuerint de mensibus Januarii et februarii cuiuslibet anni teneantur et debeant de anno in annum eligere et nominare duos bonos homines divites et sufficientes viros de populo perusino ad recipiendum et qui reddant rationem et rationes prioris sive priorum hospitalis de colle quibus dicti priores vel priores teneantur reddere ratione administrationis dicti eorum offitii que redditio fieri et expediri debeat per dictos duos bonos homines in duos mensibus a die electionis eorum qua reddita debeant assingnare maiori sindico communis perusii in forma publica infra octo dies post dictam redditionem factam que redassignatio habeat pro plena probatione. Qui maior sindicus debeat et teneatur exactione facere de omni eo quod dicti boni homines assingnaverint in scriptis ipsos priores debere restituere dicto hospitali et assingnari facere ipsis bonis hominibus recipientibus pro ipso hospitali. Quam quantitatem teneantur dicti boni homines convertere in utilitatem dicti hospitalis infra tempus unius mensis postquam dicta quantitas restituenda per dictos priores hospitalis predicti et eis fuerit assingnata et de hoc expresse debeant sindicari. Et si dicti priores et homines predicta non expediverint et observaverint ut supra dictum est puniantur et condempnentur per maiorem sindicum in quinquagentis libris denariorum.

Quod cancellarius notarius priorum et alii notarii qui fuerint rogati de aliquo contractu seu instrumento communis teneantur ipsum scribere in libro cancellarie communis perusii. Rubrica.

Si cancellarius notarius priorum et notarii potestatis vel capitanei vel aliquis ipsorum seu aliquis alius notarius fuerint rogati de aliquo contractu communis seu aliquem contractum emptionis vel permutationis vel sindicatus vel alterius rei seu alterius conditionis pertinentis vel spectantis ad dictum commune fecerint vel rogati fuerint facere teneatur ille notarius qui talem fecerit vel scripserit instrumentum seu contractum infra quindecim dies postquam rogatus fuerit ipsum cancellario cancellarie assingnare. Qui cancellarius teneatur et debeat scribi facere per eundem et autenticare et ipse etiam teneatur de hiis de quibus rogatus fuerit in publicam formam scribere in quodam libro qui esse semper debeat in cancellaria communis de cartis pecudinis religatum et copertum cum assidibus et vocetur liber contractuum communis perusii. Quod si non fecerint teneatur solvere communi perusii nomine pene quingentas libras denariorum in qua pena maior sindicus debeat condempnare contrafacientes et predicta non observantes. Et dictum librum fieri faciant massarii communis perusii ad petitione dicti cancellarii sine alio precepto vel mandato. -xi-

De electione et offitio notariorum palatiorum et de offitialium offitio super furnariis, panicoculis, viis, fontibus et mactonatis. Rubrica.

Statuimus et ordinamus quod ad scribendum omnia acta et scripturas civilium causarum et ad copiandum ad bancos malefitiorum et potestatis scribendum eligantur sorte brevium in maiori consilio civitatis perusii viginti -xii-

viginti quinque notarii. scilicet tres in palatio
capitanei ad banchum malleorum ad copiandum et
protestationes scribendum, et ad scribendum in actis
appellationum hominum castri plebis de quibus dominus
capitaneus habet congnitionem per se et suos iudices
unus scilicet de porta sancti petri unus de porta sa-
ncte subxane et alius de porta heburnea, et qua-
tuor pro qualibet et de qualibet porta portarum
sancti petri sancte subxane et heburnee cum iudi-
cibus causarum civilium domini capitanei et domini potestatis.
unus de porta solis alius de porta sancti angeli
ad copiandum ad banchum malleorum in palatio
potestatis et protestationes scribendum et quatuor
notarii pro qualibet et de qualibet porta por-
tarum sancti angeli et solis cum iudicibus causa-
rum civilium in palatio potestatis quorum
notariorum offitium duret et durare debeat sex
mensibus. Et nullus notarius qui fuerit sex
mensibus in aliquo dictorum offitiorum possit ad
idem offitium seu in eodem offitio esse nisi ad
sex menses a die depositi offitii et si aliter eligeretur
electio non valeat et acceptans puniatur in qui-
nquaginta libris denariorum. ¶ Si quis vero notarius
electus ad aliquod offitium de predictis ad ipsum
esse noluerit seu ipsum renuerit possint domini priores
artium alium eligere et deputare loco sui qui
ei esse possit de iure secundum quod supra dispo-
situm est. Et teneat huiusmodi electio et proinde
habeatur ac si in dicto consilio ad brevia electus
esset. Et hoc etiam trahatur ad preterita, scilicet
quod priores predicti potuerunt eligere loco renuntia-
antium dicto modo. ¶ Et valeat et teneat scri-
ptura et scribenda per notarios sic electos quemadmo-
dum si per aliam formam a statuto tradita electi fu-
issent seu essent. ¶ Et quilibet dictorum notariorum
sit et scribat sub iudice et cum iudice sue por-
te et ad locum et ad banchum sibi deputa-
tum et non possit nec debeat scribere sub alio
iudice vel in causis seu questionibus coram alio
iudice vertentibus. ¶ Et in causis civilibus
actor adeat iudicem sue porte et non alium
de quacumque porta seu loco esset conventus. Exceptis
hiis casibus in quibus aliter esset dispositum
per formam presentium statutorum. ¶ Et cum unus
notarius inceperit scribere in una causa nul-
lus alius scribere possit vel debeat in eadem
donec primi notarii durabit offitium pena cui-
libet notario contrafacienti in aliquo ex predictis
centum librarum denariorum pro quolibet et qualibet vice.
Salvo si aliquis notarius qui in causa scribere
inceperit vel scripsisset esset infirmitate vel
alia iusta causa impeditus vel absens esset
vel si placuerit litigantibus vel alteri litigato-
rum alium notarium de notariis scribentibus
ad eandem bancham adesse ad scribendum possit
scribere cum notario qui scribere cepit in causa
dictis casibus alter notarius et sotius in prime
in dicta causa, dum tamen variari non possit
modo unum modo alium eligendo. ¶ Et nullus
alius notarius de eorum mandato de offitio dictorum
copiatorum se intromittere possit sub dicta pe-
na, nec scribere ad banchas malleorum in palatiis
ad que deputati sunt nisi dicti copiatores
possit tamen quando ius non redderet alium notarium
vel alios notarios vocare ubi esset necesse
pro copiando scripturis et dando partibus.
¶ In maleficiis autem seu criminalibus causis dicti
notarii se intromittere non valeant sub dicta
pena, nisi copiando et protestationes scribendo
ut dictum est quas scribere teneantur prout erunt

sub pena quinquaginta lib. den. si scribere noluerit et pro qualibet vice. ¶ Per potestatem et capitaneum vel alium offitialem communis Perusii alicui notario nequeat prohiberi quod non scribat protestationem quam aliquis vellet eis vel alteri eorum contrafaciens non centum lib. den. nomine pene communi Perusii solvere teneatur. Et de hoc debeat singulariter sindicari

¶ Et quod nullus notarius predictorum possit vel debeat in palatio in quo habet offitium facere vel exercere aliquam procuratione vel advocatiam pro aliqua alia persona nec propriam causam incipere seu monere coram iudice ad cuius banchum scribere deputatus esset durante offitio ipsius notarii et si contra fieret processus non valeat et incidat in penam in viginti quinque lib. den. pro quolibet contrafaciente et qualibet vice possit tamen causam suam agere in aliquo alio palatio in quo non esset notarius coram uno ex iudicibus dicti alterius palatii quem elegerit qui tamen postquam eum elegerit variari vel mutari non possit non obstante quod non esset de sua porta ¶ Et nullus alius notarius ipsas scripturas quas scribere debent ipsi notarii nec que ad eorum offitium spectabunt scribere vel facere possit et si fecerit non valeat ullo modo et ipsis scripturis nullatenus adhibeatur fides ¶ Unus autem socius potestatis et capitanei sit et esse debeat super tabernariis pizicarolis panicocolis fornariis et super fontibus reactandis muniendis et meliorandis et purgandis ubi fuerit opportunum cum quo sit unus ex notariis potestatis cum socio potestatis cum socio capitanei sit unus ex notariis capitanei ¶ Debeat insuper unus sotius cum suis notariis superesse portis qui videat ad statum per civitatem et burgos et pallottantibus et balistariis et possint et debeant ex eorum offitio inquirere de omnibus eis commissis et accusare et denuntiare possint contrafacientes in predictis et quolibet predictorum ¶ Et quod potestas et capitaneus et eorum iudices teneantur inquirere de omnibus eis commissis et accusare et denuntiare possint contrafacientes in predictis et quolibet predictorum ¶ Et quod potestas et capitaneus et eorum iudices teneantur inquirere publice et secrete aliquo casu non obstante contra dictos pallottantes et balistantes et quem inveniretur cum balista vel pallottorio per civitatem et burgos causa balistrandi vel pallottandi condempnent sibi de facto centum sol. den. pro qualibet balista et pallottorio et pallottorium et balistam accipiant et eam devenire faciant in commune Et etiam quilibet homo possit quilibet accusare et habeat medietatem banni ¶ Sint etiam et esse debeant socii predicti super mundatione et purgatione et exoccupatione platee communis Perusii et platee nove de supra murum et platearum omnium et circum alarum viarum civitatis et burgorum et comitatus Perusii fieri faciendis Et teneatur per se et dictos suos notarios vel alterum eorum pro qualibet septimana ad minus et totiens quotiens viderit convenire circa ipsam plateam magnam et supra murum voltam palatii communis et omnes alias vias civitatis et burgorum Perusii sive sint mattonate sive non et portas civitatis et burgorum et plateas ipsas nec in ipsis plateis viis vel aliis predictis fiat vel sit aliquod imponimentum turpitudo vel immunditia circa lapides cumulum vel letamen vel aliquod imponimentum contra formam statuti et datur eis vel alteri eorum et relationi alterius eorum et puniatur quilibet contrafaciens et non elevans vel removens vel mundans ad terminum sibi datum per ipsum socium in viginti sol. den. que pena sibi de facto auferatur pro qualibet vice et quolibet precepto et qualibet de nulla alia sollempnitate requisita non obstante aliquo capitulo precedente vel sequente quod

in contrarium loqueretur. Et hoc non intelligatur in
illo qui edificaret uel hedificare uellet aliquod
opus quin possit donec hedificaueret seu hedifica
re uellet inpomimenta tenere impune. Et hoc
remaneat in albitrio et discretione iudicantis.

Item quia ad honorem et decorem pertinet ciui
tatis quod platee communis perusii magna et alia platea
noua communis que est supra murum et strate et uie
Ciuitatis et burgorum sint mattonate et consuerunt
mattonate postquam mattonate extiterint et ad hoc ut
omni die non sit necesse quod noua fiant ordinamenta
super hac materia et reformationes, ordinauerunt
prouiderunt et reformauerunt hoc presenti capitulo
imperpetuum ualituro, quod domini potestas et capitanei qui
erunt de mensibus Iulii et augusti sub pena centum
librarum denariorum pro quolibet eorum qui in predictis fuerit
negligens teneantur et debeant facere expensis et
sumptibus communis perusii mattonare plateam nouam
communis perusii que est supra murum et stratas et
uias que sunt in Ciuitate et burgis perusii et in
consilio ad hoc et ad talia consueto, habito prius tractatu
si est aliquid qui uelit conseruationem dictarum stra
tarum et uiarum sic mattonatarum suscipere per tempus quinque
uel decem annorum et illi qui promiserit predicto se facturos
obtulerit stabilire et potestatem habeant dicti do
mini potestas, pecuniam dandi facere per massarios
communis perusii. de qua tamen pecunia ad manus receptoris
peruenerit, uel peruenienda uel illi cui dictum opus stab
ilitum fuerit dari et dare teneatur et cogatur. Et
nos etiam dominos fideiussores, de manutenendo et
conseruando dictas plateas stratas et uias sic ma
ctonatas et reparando que destruerentur in
aliqua parte et teneatur infra octo dies suis
sumptibus facere reparari ad eo quod fuerint destru
ucte uel deguastate quod si non fecerit in centum

libris denariorum pro uice qualibet per maiorem sindicum
debeat condempnari ad petitionem cuiusque pete
ntis. Et etiam miles et socius maioris sindici te
neatur perquirere per ciuitatem et burgos ubi cent
destructe uel deguastate platee predicte et strate et
uie et talem cui dictum opus stabilitum fuerit
cogere ad reactandum et reparandum ut necesse
fuerit. Et si in predictis negligens fuerit per suos sin
dicatores tempore sui sindicatus inuenti in libris x.
debeat condempnari. Debeant etiam dictus
socius et notarius dicti maioris sindici et iudicis su
stitue et quilibet eorum teneantur semel in
qualibet ebdomada omnes et singulas portas
Ciuitatis et burgorum necnon plateas iuxta portas
uel circa ipsas portas aliqua turpitudo si
ue inmunditia proiciatur et si inuenerint in
ipsis plateis uel circa ipsas portas turpitudinem
aliquam seu inmunditiam debeant et possint
ex eorum offitio inquirere et polluentes sine de
turpantes seu proicientes si non eleuauerint
termino sibi assignato condempnetur pro uice
qualibet in centum solidis denariorum communi perusii. Et te
neatur dictus socius et notarius et quilibet eorum
ut supra continetur semel omnes et singulas
stratas et uias mattonatas et alias uias et
remouere facere omnes scalas sedilia lapidea
seu lignea et omnia alia inpomimenta in ipsis
stratis et uiis posita extra muros domorum
facta per eos, differentia inter cives et homines speci
ales qui haberet tenere aliquod extra murum.

Volumus tamen quod liceat cuilibet sine pena
eo quod dictum est supra non obstante habere
ante domum suam unum banchum de lingno
amplum et altum ad plus uno pede ad pedem

14

communis perusii. et hoc possit fieri in illis viis in
telligatur dumtaxat ubi vie a dictis banchis
ampliorem octo pedibus remanerent a pede infra
ius nominatum. In aliis vero viis actionibus
banchum habere vel aliam facere volumus.
non liceat. Et si quis bancham tenuerit vel
dictam formam vel in aliquo alio loco vetito et
prohibito puniatur pena viginti quinque librarum denariorum
per potestatem et capitaneum vel maiorem sindicum
vel iudicem iustitie et dicta bancha reducatur
ad dictum modum pena viginti quinque
librarum denariorum potestati capitaneo maiori sindicho et
iudici iustitie negligenti. Ille autem ante cuius
domum inventa fuerit turpitudo vel immun-
ditia teneatur solvere pro vice qualibet pene
nomine quinque solidos denariorum et ipsas immunditias tra-
here et
elevari et impedimenta removeri faciant dominus
potestas vel eius notarius vel socius aut no-
tarius maioris sindici iudicis iustitie de
viis publicis et vicinalibus et plateis et aliis
locis supradictis et volta palatii communis perusii
et ipsum palatium sicut plateam communis perusii
remundari et purgari de putredine et immun-
ditia facere teneantur. Debeant etiam
quotiens opus erit facere inquisitionem contra
omnes qui sunt circha plateam communis perusii.
de putredine que fieret in dicta platea et
si invenerint aliquem culpabilem de predictis
per inquisitionem quam faciet debeat et tenea-
tur ille qui inventus fuerit culpabilis pro
vice qualibet solvere communi perusii decem libras
denariorum. Preterea volumus quod quilibet ex predictis
iudicibus sive ad infrascripta officia est desti-
natus et ordinatus per presens capitulum vel aliquid
aliud in toto presenti statuto contentum cum suis
notariis vel notario officium vel officia ad que
vel ad que ordinatus est ut dictum est cum suis no-
tariis sollicite facere ac exercere debeat et teneatur
secundum formam statutorum ipsorum et cogere quemlibet
ut sibi commissum est per formam alicuius statuti a
parte
suam bene ac fideliter exercere secundum tenorem et for-
mam capituli statuti loquentis de predictis ad
penam in ipso capitulo vel capitulis denotatam
dummodo iudex maleficiorum potestatis vel capitanei
non debeat se intromittere in aliis questionibus
nisi in maleficiis tantum. Possit tamen iudex ma-
leficiorum interponere auctoritatem super curia minoris
volentium se representare coram eo occasione alicuius
accusationis denumptiationis vel inquisitionis que
fieret contra talem minorem vel volentium accusare.
Item statuimus et ordinamus quod socii et offitiales
potestatis et capitanei positi super offitio viarum et
potestas et capitaneus et eorum et quilibet eorum offitiales
teneantur et debeant compellere ad petitionem
cuiuscumque petentis omnes et singulas personas do-
mos habentes prope rembucthos et vias vici-
nales explanare et clavicinas novas facere et
factas remundare expensis et costamentis dictarum
domorum iuxta ipsas vias et rembucthos et possit
ipsi offitiales et quilibet eorum et debeant et tene-
antur imponere penam cuilibet eorum recusanti
facere predicta et omnes non obbedientes super predictis
viginti quinque libras denariorum punire et condempnare et
ipsam penam pro communi exigere et auferre de facto sine
aliqua condempnatione inquisitione seu denumpti-
atione fienda et si dicti offitiales vel aliquis eorum
fuerint negligentes tempore eorum sindicatus communi pe-
rusii de eorum salario solvere debeant viginti quin-
que libras denariorum. Item teneantur dicti socii et offi-
tiales facere expediri remolli et actari quaslibet

de clyis ante c
domum c immunditia

fontem et aque ductum sine ecclesiam quorum libet
fontium existentium prope civitatem pisanam per unum
miliare et in civitate predicta ad petitionem petentis.
Et etiam suo offitio expensis comunis pisani. Fontes vero
qui essent ultra miliare et intra miliare qui essent
in territorio alicuius castri vel ville mundentur et
actentur et destructi reficiant et reparentur expe
nsis hominum ipsius castri vel ville in cuius iurisdi
ctione essent. Pro illis vero qui debent fieri
expensis comunis pisani intra miliare ad petitionem dicti
offitiales portes artium qui pro tempore fuerint tene
antur facere apodissam et ipsos solum facere dege
nari usque pecunia que est in camera massariorum
et per quocumque facto ipsius comunis pena centum librarum
denariorum. Et si aliquis dictorum offitialium fuerit negligens
puniatur ad petitionem cuiuscumque petentis in quin
quaginta libris denariorum. Ita quod dicta aqua ad dictum fo
ntem libere decurratur et facere elevari terram
sine impedimentum quod est post vel circha
ipsos fontes. Item statuimus et ordinamus
quod quicumque fecerit vel fecisset aliquem puteum
vel aliquid aliud propter quod aliqua alicuius fontis
publici vel vena ipsius fontis impediretur
vel minueretur quod dicti offitiales et quilibet ipsorum
teneantur et debeant percipere precisse illi vel illis
qui predicta fecerit vel commiserint quod infra ter
minum eidem per dictos offitiales vel alterum assigna
tum ipsum puteum debeat replere et replevisse et
omnem novitatem quam fecisset in preiuditium ipsius
fontis removere et removisse ad penam centum
librarum denariorum. Et nullus possit vel debeat facere vel
tenere aliquam decossatam prope aliquem fontem per
quinquaginta passus pena centum librarum denariorum
pro quolibet contrafaciente. Item statuimus
et ordinamus quod quicumque fraudolenter evacuaverit

vel evacuari fecerit aliquem fontem publicum
vel derivaverit aquam ipsius fontis ita quod ve
niat ad ipsum fontem vel aliquam formam sive la
vatorium fecerit vel fieri fecerit propter quod dictus
fons et aqua ipsius fontis possit evacuari vel
modo quolibet ledi solvat comuni pisano pene nomine
centum libras denariorum. Et de predictis potestas et capitaneus
et ipsorum quilibet et eorum et cuiuslibet eorum offitiales
possint et debeant inquirere et inquisitionem
facere publice tam cum promotore quam etiam sine
promotore et habita publica voce et fama contra
malefactores ad tormenta procedatur vel per
unum testem. Et hoc capitulum potestas et capi
taneus et quilibet eorum in principio eorum regiminis
publice bandiri facere teneantur vinculo iuramenti
prestiti. Item teneantur et debeant ad petitio
nem cuiuscumque petentis dictus offitiales cogere
et cogi facere omnes et singulas universitates
castrorum et villarum qui propinquiores essent
infrascriptis fluminibus et formis qui teneantur
elevare et debeant elevare et radicitus deva
stare omnes et singulas clusas muros pilastras
et omnia alia impedimenta facta et imposita in
fluminibus Arne et Auseris que ibi possint
remanere secundum formam statuti. Et quod dicti offi
tiales teneantur ad petitionem cuiuscumque pe
tentis facere expediri et remundari omnes et
singulas res existentes in dictis fluminibus
et in quibuscumque formis que haberent seu po
ssent prestare impedimentum cursui aque ad
penam viginti quinque librarum denariorum de suo salario. Tene
antur etiam dicti offitiales cogere et costringere
et constringi facere omnes et singulas personas
habentes terras et possessiones iuxta ipsas for
mas et flumina vel etiam illos ad quos spectat

utilitas quod mictant et mictere debeant et incipare
et de novo mictere ipas formas in termino dato
per dictum offitialem ad hoc ut non possint presta
re impedimentum et liberum habeat decursum
aquarum Et quicumque contrafecerit et mandato vel
precepto dictorum offitialium vel alicuius eorum
vel non obbedierit puniri debeat per dictum offitia
lem vel alium ex parte cuius fuerit facta mandata
et precepta in viginti quinque libr. den. pro vice qualibet
et quilibet possit accusare coram dicto iu
dice et aliis offitialibus communis perus. teneantur
et debeant de facto sine aliqua solepnitate iu
ris tali inobedienti dictum bannum et penam exe
qui et penes massarios communis facient deveni
re Et nichilhominus teneatur precepta et man
data servare et executioni mandare

Item statuimus et ordinamus quod offitiales sup
vijs communis perus. teneantur et debeant vinculo
prestiti iuramenti ad petitione cuiuscumque petentis
cogere et compellere et cogi et compelli facere
omnes et singulas personas habentes res possessiones
sive quascumque personas sive vias po
sitas et sitas ubicumque per comitatum et districtum
perus. ipas formas mictere incipare et rem
undare et amplare et dirictare et omnia im
pedimenta imposita in ipsis formis existentia
et decurrentia habeant liberum cursum et
exitum et possint et debeant ubicumque per
totum comitatum et districtum perusii necesse
fuerit seu utile committi facere formas ex ipsis
illorum ad quos pertineret utilitas et illi qui
debent facere iuxta viam publicam tenean
tur mictere formam iuxta ipas vias et in
ipsis manutenere Et possint cogere et con
pellere ad predicta coptumatores et laborato
res terrarum et possessionum quarumlibet ad pe

titionem cuiuscumque et realiter et personaliter defecto
aliquo non obstante ¶ Et possint et debeant
etiam dicti offitiales cuilibet inobedienti circa
predicta penam imponere et eam effectu exigere
pro communi viginti quinque lib. den. que pena tali inob
edienti exigatur et auferatur de facto pro communi sine
accusa et inquisitione et sine denumptiatione Et
si dictus iudex et offitiales fuerint negligentes
in predictis tempore sui sindicatus solvere teneantur
et debeant communi perusii de suo salario centum lib.
den. ¶ Item statuimus et ordinamus quod nemo
audeat vel presumat facere vel fieri facere
aliquam turpitudinem immunditia mictere
vel pannos lavare in fontibus communis sine pu
blicis vel prope ipsos fontes per decem passus ad pe
nam decem lib. pro vice qualibet qua inventus
fuerit vel probatum fuerit ¶ Et nullus possit
nec debeat in dictis fontibus vel aliquo ipsorum
balneare ad penam centum sol. den. pro vice quali
¶ Et quicumque receptus fuerit balneare in aliquo
fonte in quo est aqua bona et apta ad bibendum
solvat nomine pene decem lib. den. Et de predictis
quolibet predictorum potestas et capitaneus et eorum
offitiales possint et debeant ex eorum offitio cum
promotore et sine promotore inquirere et in
quisitione facere et culpabiles repertos sine in
ventos in dictis penis punire et penam de facto
auferre ¶ Ad hoc ut in fontibus non fiat
turpitudo set mundi serventur Statuimus
quod nulla persona audeat vel presumat facere vere
vel retinere prope aliquem fontem prope civi
tatem perusii per unum miliare aliquam trossiam
sive fossam vel lectum prope aliquem dictorum
fontium per centum passus et qui contrafecerit
solvat pene quinquaginta lib. den. Et voli
mus quod suprastites viarum et domini vocatus tene

antur legas factas in viis et fenestras ita quod claudat in ipsas fossas et trossias penitus destruere et destrui facere. ¶ Et quicumque habet vel habuit arborem super aliquo fonte communi vel prope aliquem fontem ad decem pedes teneatur infra terminum eidem assignandum per potestatem vel capitaneum vel eorum vel alterius eorum iudicem vel officialem removere et qui contra fecerit solvat pene nomine pro qualibet arbore centum solidos denariorum. Et nichilominus arborem vel arbores incidi facere teneatur dummodo vites non debeant incidi facere set non pendentes super fontes. ¶ Notarius

De sigillis

milites predicti domini potestatis et capitanei qui esse debet super tabernariis et pignitare (?) collis et aliis per formam statuti hoc sit officium attributum, videlicet quod idem notarius teneantur facere sigillari omnia vasa cum quibus vinum venditur minutatim sigillo publico ad arma populi perusini et si per ipsa vasa sigillo plumbeo non fuerit sigillatum puniatur pro qualibet vice in centum libris denariorum. ¶ Camerarius et communitas artis aurificum eligere teneantur de sex mensibus in sex mensibus quendam aurificem ad faciendum dictam sigillationem qui habeat et recipere possit pro quolibet sigillo plumbeo sex denarios. et fiat sigillatio de sex mensibus in sex menses qui aurifex debeat habere mensuras iustas cum quibus debeat mensurare et videre vasa sibi transmissa per dictum militem potestatis et si invenerit ea iusta et sufficientia ea sigillet et aliquin sigillare non debeat non obstante quod fuerint sigillata et adprobata per dictum militem. Et si dictus aurifex contrafecerit solvat pro quolibet vase viginti quinque libras denariorum et inde quilibet possit esse accusator. Et de predictis possit inquiri aliquo statuto non obstante et sufficiat sigillum donec durabit si mensura erit iusta nec sit necesse tale vas iterum sigillari.

¶ Et idem notarius sub pena quinquaginta librarum denariorum teneantur singulis diebus inquisitionem facere contra omnes et singulos qui tenerent porcos euntes ad stratam per civitatem et burgos perusii. Et porcos inventos debeat omnino facere et vendi pro communi. Et insuper puniatur dominus porci seu porcorum pro quolibet porco in centum solidos denariorum. Et nichilominus quilibet impune possit capere et occidere dictos porcos intrantes domum suam hoc tamen non vendicet sibi locum in porcis sancti Antonii qui signati sunt de campanellis et signo T qui incedere possint usque ad numerum decem qui sint masculini sexus. Et habeat dominus militis solius medietatem porci que devenire fecerit in commune et quilibet possit esse accusator. Et si dicti milites de predictis omnibus et singulis non fecerint inquisitionem de omnibus quibus tenentur per forma statuti puniatur ipso facto in viginti quinque libras denariorum et inde expresse sindicentur et teneantur reddere rationem.

¶ Et nullus possit habere nec tenere bancham seu aliquod aliud impedimentum sub portis civitatis vel burgorum perusii et sub arcubus ipsarum portarum et qui contra

fecerit puniatur pro quolibet vice in decem
libr. den. que pena de facto a contrafacientibus
predictum solutum auferatur de quibus dic-
torum sub pena vigintiquinque libr. den. inqui-
sitionem facere teneatur. Salvo quod non intel-
ligatur in bancis marcelli subtus portam
magnam sancti angeli que possint teneri
impune. ¶ Et nulli liceat a portis subur-
gorum prius supra versus civitatem prius ducere
seu duci facere currus carrectas seu rotas pe-
sendum facere currus carrectas seu rotas pe-
na pro quolibet contrafaciente et qualibet vi-
ce vigintiquinque libr. den. Et de predictis quilibet
possit accusare et habeat medietatem banni et
credatur sacramento accusatoris cum uno te-
ste de visu. Et nichilominus potestas et
inquisitio capitaneus et eorum iudices inquisitione facere
teneantur cum promotore et sine promoto-
re pena vigintiquinque libr. den.

De assignatione et restitutione librorum potestatis et capitanei et sequestro fiendo de equis et arnensibus eorum. R[ubric]a.

xiiij. [T]es statuitur quot diebus domini potestas
et capitaneus ante finem eorum et cuilibet eorum
offitii libros reassingnare teneantur. Dicimus
statuentes quod potestas et capitaneus civitatis pe-
rusii presentes et futuri non teneantur nec debe-
ant de incepto dare fideiussores vel sati-
sdare de stando ad sindicatum vel pro sindi-
catu. Sed servetur iste modus et forma videlicet
quod quilibet eorum relinquat et dimictat in comuni
penes conservatores monete dicti comunis ter-
tiam partem totius eorum salarii usque ad finem
sindicatus. ¶ Et teneantur equos et ar-
nensia ponere in sequestro ad instantiam

et dicti sindici teneantur et debeant sequestra-
re penes hospitatorem ubi hospitatus fuerit
prima die qua venit ad hospitium et si ad hospi-
tium non ivit quod mictere debeat equos suos et
arnensia ad hospitatorem apud quem debeat
sequestrari ut dictum est. Et idem intelliga-
tur et sit de omnibus aliis offitialibus fore-
sibus dicti comunis usque ad finam sindicatus la-
tam de quibus equis et residuo salarii predicti
satisfiat omnibus debentibus recipere secundum for-
mam sententie et mandati sindicorum. Et si pote-
stas et capitaneus non permanserint et non fecerint
cum effectu predicta in centum libr. den. per suos
sindicatores debeant condempnari. ¶ Et si in
sindicatu potestatis vel capitanei et aliorum
offitialium forensium daretur aliquis libellus
propter quem deberent personaliter detineri quod non
mictantur ad carceres. Sed si fuerit potestas
ille cui daretur talis libellus persona pote-
statis teneatur per capitaneum populi in suo pa-
latio. Et si fuerit capitaneus teneatur eius
persona per potestatem in suo palatio quem
recipere tenere et custodire ac post finem sin-
dicatus reassingnare comuni potestas et capi-
taneus recipiens ipsam custodiam sub pena
mille libr. den. ad petitionem sindicatoris vel
comunis perusii penitus teneatur usque ad finam
latam. Et si contra eum fieret condempnatio
tota eum mictat et mictere debeat ad car-
ceres comunis perusii statim lata sententia persona-
li principaliter. ¶ Alii vero offitiales fo-
renses eo casu quo detineri deberent perso-
naliter de[illegible]antur per domini capitanei populi

detinendi et mictendi ut supra dictum est de pote
state et Capitaneo Et idem intelligatur in iudi
cibus et militibus et notariis qui deberent person
aliter detinendi alia autem familia et offitiales
stent in hospitio in quo voluerint tempore sin
dicatus non obstante aliquo statuto ordinamento
vel reformatione generali vel speciali in contrarium
loquente ¶ Et ad hoc ut facienda per sindicato
res dictorum offitialium fieri et commode expleri po
ssint Sancimus quod potestas et capitaneus te
neantur et debeant quinque diebus ante finem
eorum offitii et regiminis restituere et rassingnare
massariis communis Perusii in maiori consilio Civita
tis Perusii omnes et singulos libros et scripturas pro
cessuum et eorum que facta fuerint per se et suos
offitiales toto tempore sui offitii et Regiminis ab inde
in antea nullum offitium facere vel exercere
possint in civilibus vel criminalibus nec in ali
quo alio actu iudiciario Ita tamen quod termini et dila
tiones causarum et processuum vertentium et penden
tium in curiis ipsorum dominorum potestatis et Capitan
ei currant nec currere intelligantur usque ad secun
dam diem iuridicam inclusive post restitutio
nem librorum que fieri debeat dictis subcessoribus
per massarios dicti communis Set ipsa secunda die sint
in eo statu in quo erant die rassingnationis
librorum factam per eorum predecessorem dictis massa
riis et tertia die incipiant dicti termini currere
si erit dies iuridica et sedeant offitiales ad iura
reddendum aliquo non obstante Dum tamen cause
librorum in quibus essent scripta nomina testium
receptorum et non dum publicata restituantur ita
clausas sutas et sigillatas quod non possint videri
nec inspici per sindicatores qui debent dictum

offitialem sindicare vel alium nisi per successorem
cum dictum possint quas etiam sindicatores
predicti ita teneant et conservent clausas sutas
et sigillatas quod ipse nec alius videre vel legere po
ssit quousque fuerint restitute subcessori quae
restituere teneantur massarii communis Perusii facta
ipsorum librorum examinatione et tunc per ipsos ma
ssarios restituantur subcessori et facta dicta
restitutione librorum. ¶ Preterea volumus
quod notarii maleficiorum potestatis et capitanei nec
alius eorum notariis ipsis existentibus in offitio
vel extra offitium ad sindicatum nichil ab ali
quo accipiant pro aliqua scriptura quam scrip
serint vel scribent Set omnes scripturas quas
ceperint scribere dum erunt in offitio super aliqua
Inquisitione denumptiatione vel accusa vel alia
quacumque et que completi non erunt cum aliis resti
tute ut dictum est teneantur dum erunt in sin
dicatu ad petitionem partis petentis pena
viginti quinque librarum denariorum pro quolibet eorum ipsas scri
bere et autenticare et parti petenti sine pretio
restituere tam inquisitionem denumptiationem et
accusam quam relationes et alia acta que scripserit
super ipsis Et si contra fecerint puniatur quili
bet eorum in pena periurii nominatim per sindicato
res eorum et stetur sacramento partis petentis si
de scripturis fieri cum uno teste Et predicta
omnia et singula potestas et capitaneus quilibet
eorum a suis notariis faciant observari sub pe
na centum librarum denariorum pro quolibet eorum ¶ Et
Insuper volumus quod notarii omnes tam pote
statis quam Capitanei et aliorum offitialium fore
nsium teneantur et debeant omnes et singulas
scripturas que occurrerent faciendas per eos
de quibus rogati fuerint ponere in libris pro
cessuum et actorum et aliarum scripturarum facienda
rum per eos et omnes libros quos scripserint ipsis

existentibus in offitio debeant autenticare et
in fine eorum offitii restituere autenticatas ita quod
semper appareant et de ipsis possit melius copiam
volentibus exiberi. Et potestas et capitaneus
et quilibet eorum a suis notariis predicta fieri fa-
ciant sub pena Centum librarum denariorum pro quolibet
libro non autenticato, et qualibet scriptura non
posita in libro auferenda a dictis potestate
et capitaneo et aliis offitialibus forensibus vel
altero eorum contrafaciente. Et quinquaginta librarum
denariorum pro quolibet libro non autenticato a quolibet
eorum notario contrafaciente auferenda, et de hiis
penitus sindicentur.

De sindicatu potestatis et capitanei et aliorum offitia-
lium et de electione et offitio eorum sindicatorum. Rubrica.

Ad hoc ut sindicatores potestatis et capi-
tanei maioris sindici et iudicis iustitie
sine aliqua suspictione procedat, Statuerunt
et ordinaverunt quod ad sindicandum potestatem
xiiij. et capitaneum et eorum familia eligantur et de-
putentur tres boni homines de populo perusino
ad sacchettum et de sacchetulo cum facto quod fieri
debet quem sacchettus fieri debeat tempore quo sacch...
de ... fiunt priorum et aliorum offitialium comunis pe-
rusii per illos bonos homines et extrahantur
de ipso sacchetulo die restitutionis librorum dictorum
offitialium in consilio populi. qui tres boni homines
sint et esse intelligantur sindici et sindicato-
res dictorum offitialium pro eorum sindicatu tractare
et eius offitialium et familie qui habeant
et habere debeant secum unum iudicem foren-
sem qui eligatur per offitiales ad hoc deputa-
tos vel deputandos a quo possint recipere
consilium et informatione super dicto et de
dicto sindicatu, et testes et eorum dicta recipiat
et examinet cum examinatori etiam adesse po-
ssint dicti sindici et dictis sindicis consiliu-

dare debere tam super processibus factis per po-
testatem vel capitaneum quam etiam super hiis qui fient
coram dictis sindicis et etiam habere debeant
unum notarium qui de sacculo una cum dictis
sindicis extrahantur. Qui sindici et notarius
dictum offitium die extractionis vel publicationis
vel saltem die secunda teneatur acceptare et
offitium predictum exercere pena quingentarum
librarum denariorum pro quolibet et nichilominus ad dictum
offitium acceptandum et exercendum per potestatem
et capitaneum de facto cogantur non obstante
aliquo statuto vel ordinamento generali vel spe-
tiali in contrarium loquente. Volumus
tamen quod non obstante dicto offitio quod possint aliud
offitium si de sacculo extraherentur acceptare et
exercere vel si eligerentur ad aliquod aliud of-
fitium post depossitione dicti offitii sindicatus.
Et habeant et habere debeant dicti tres
boni homines iurisdictione et arbitrium aucto-
ritatem et bailiam in congnoscendo procedendo
et finando quod et quam habent et habere po-
ssent quicumque ad sindicandum eligeretur
per totum populum perusinum et eorum processus et sen-
tentie valeant et teneant et executioni man-
dentur, tamquam valeret iudicium ordinariorum quo
nimcumque possint tamen dicti sindici procedere
summarie et de plano sine strepitu et figura iu-
ditii et ordine iuditiario non servato. Item
ordinaverunt quod a die extractionis et publicatio-
nis dictorum trium bonorum hominum usque ad diem
primam post finem offitii in exitu dictorum
potestatis et capitanei et non postea quilibet
volens libellum porrigere sive libellos po-
ssit et debeat exibere et porrigere et aliter non
audiatur a dictis sindicatoribus super quibus
dicti sindici possint et debeant congnoscere.

+ Ita ... ad quod ... possit ... petitores

procedere et diffinire et ferre sententiam super omnibus
tam inquisitione generali quam etiam libellis de octa
va a die finiti officii inclusiue computanda
et intelligatur finitum officium elapso ultimo
die temporis et in electione contento. Qua sententiam
ferre debeant de die et ante pulsationem
vesperarum sub pena et ad penam dictis sin
dicatoribus auferenda. Et auferendam per maio
rem sindicum communis perusii tempore eorum sindica
tus centum librarum denariorum pro quolibet dictorum sindi
corum. Et teneatur et debeat notarius predictus
scribere quod ante vesperas sententia lata extitit et
inde facere publicum instrumentum quod suffi
ciat ad condempnationem dictorum sindicatorum
coram maiori sindico temporis eorum sindicatus. Et u
bi et eo casu quo nullus libellus datus fuit
vel si datus et renovatus fuit vel retractus
quod fieri possit ante litis contestationem
quod dicti sindicatores teneantur sententiam ferre sexta
die a die finiti officii dictorum officialium in
clusiue computando. Item quod dicti sindicatores
possint et debeant videre et examinare et vi
deri et examinari facere predictum iudicem et
iudices cedulas inquisitionum et accusationum
missas ad dictos massarios tempore eorum officii
et processus missos per dictum ipsum potestatem vel ca
pitaneum vel eius curiam camere massari
orum communis perusii. De quibus processibus dicti
massarii eis copiam facere teneantur pena
centum librarum denariorum pro quolibet dictorum massa
riorum si negligentes fuerint in predictis. Et etiam
de processibus reassignatis et reassignandis
per quemcumque dies ante ut dictum est ut quilibet

volens possit et debeat habere copiam quando
cumque voluerit et petierit. Quam copiam tam po
testas quam capitaneus cum libri dictorum proce
ssuum reassignati fuerint vel massariis
vel alii officiali penes quos petere debeant
potestatis vel capitanei vel alia de causa dicti
libri forsitan reassignarentur teneantur
et debeant pena ducentorum librarum denariorum pro quo
libet exhibere cuicumque et quandocumque petenti
quam copiam etiam dicti sindicatores exhibe
ri faciant cuicumque quibus sindicatoribus ad
cumque pro predictis debeant obbediri non obsta
nte aliquo alio in contrarium loquente.
Item quod in omnibus agendis super dicto et causa
dicti sindicatus dicti boni homines sint et
esse debeant omnes tres vel saltem duo ex
eis presentes et concordia. Et ubi de sancte
ctho extraheretur aliquis mortuus vel
infirmus vel absens adeo quod officium comode
exercere non possit vel condempnatus ad dicto
officiali sindicando ipse vel filius vel nepos
ex filio vel frater carnalis a quinquaginta li
bre supra, extrahatur substitutus qui fieri debe
at in dicto sacchetto. Item quod dicti boni ho
mines et eorum notarius et habeant et habere
et percipere possint et debeant per eorum salario
a massariis communis perusii tres florenos auri pro quo
libet eorum visa solum eorum electione vel pu
blicatione de sacchetto et sine alia apodissa
precepto vel mandato quod salarium dicti
massarii eisdem bonis hominibus et notario
dare et solvere teneantur. Item quod nota
rius dictorum sindicorum teneatur et debeat sta
tim lata sententia ipsius sine dare copiam in publi

formam potestati vel Capitaneo / sindicato ad
petitionem ipsius potestatis vel Capitanei vel
cuiuscumque alterius petentis pro eis vel altero
eorum / Et promictere scripture ipsius sine accipe[re]
possit unum soldum cum ad plus pena ipsi notario
contrafacienti / Centum librarum denariorum, in qua pena
statim per maiorem sindicorum ex offitio ipsius
sindici vel ad petitionem cuiuscumque debeat de facto
condempnari. Simili pena eidem maiori sindico
si negligens fuerit in predictis aliquo alio generali
vel speciali non obstante. ¶ Item ad hoc ut of
fitialium sindicatus procedat pacifice et sine
aliqua contemptione inter Cives Statuimus
quod nullus Civis cuiuscumque conditionis existat
tempore quo dicti Sindicatores sedebunt ad iure
reddendum cum eorum Judice et notario sub volta
sancti herculani in loco consueto ad sedendum
audeat vel presumat ascendere scalas primas
dicte volte nec stare in Ecclesia sancti Lauren
tii iuxta locum ubi sedere debent dicti sindica
tores, videlicet quantum protendit cappella beati hercu
lani nec ad fenestram ferratam iuxta dictam
cappellam sancti herculani. Set cum sotia
bunt aliquem de dictis offitialibus / reman
ere debeant in platea iuxta scalas / et quicumque
contrafecerit puniatur pro qualibet vice per po
testatem vel capitaneum in viginti solidis denariorum de quo
specialiter inquirere debeant et familiam mit
tere cum milite ad videndum si aliquis Civis
presumpserit dictas scalas ascendere et intra ecclesiam
steterit ut dictum est et repertos culpabiles punire
in dicta pena / Et dicti Sindicatores debeant
bapnum facere per precones dicti comunis quod nullus
Civis ascendere debeat dictas scalas / nec stare
in dicta Ecclesia nec aliquis pretendere valeat in
gnorantiam. Possint tamen licite et impune om
nes volentes libellos porrigere ascendere dictas
scalas et ante dictos sindicos ire et stare et causam
suam prosequi et testes producere et ante dictos
sindicatores ducere et ad defensionem cause sue cum uno
patrocinatore tantum cum procuratore liceat ascendere
et stare / Teneatur tamen dominus porrigens libellum
vel petitionem dare inscriptis testes dictis sindi
catoribus, ne possit fraus committi / qui testes ita
re non possint nisi tempore quo ineunt ad iu
randum vel deponendum eorum dicta. ¶ Item ut
Justitia fiat omnibus volentibus conqueri de dictis
offitialibus et dicti sindicatores plena possint
omnibus exhibere iustitiam Statuerunt quod nullus
de dictis offitialibus postquam fuerint extracti de sa
cculo et publicati possint ingredi palatium
dominorum priorum artium Civitatis perusii durante de
eorum offitio sindicatus sub pena ducentarum
librarum denariorum pro quolibet, que pena per eorum sindicatorem
debeat auferri et singulariter de hoc sindicari
Et quod dominis prioribus non sit licitum aliquem de
dictis offitialibus ad eos vocare nec dictum eorum
palatium ingredi permictere nec aliquem de predictis
sindicatoribus capi vel detineri facere duran
te dicto sindicatu per se nec per aliquem offitialem
dicti comunis sub dicta pena / nec aliquod ordina
mentum facere nec consentire quod fiat quod prece
ndat in preiuditium offitii dictorum sindicatorum
vel aliquod impedimentum tribuat quo minus
libere et sine aliqua contemptione iuris vel facti
dictum eorum offitium exercere possint ad penam et sub
pena / Quingentarum librarum denariorum pro quolibet priore de
quibus expresse debeant sindicari ad petitio
nem cuiuscumque petentis vel denuptiantis et
talis petens vel denuptians habeat etiam
partem bapni a massariis comunis perusii sine aliqua
alia apodissa, precepto vel mandato. Possint

tamen potestatis et Camerarii cum erunt numero septem
ex prioribus triginta Camerarii predictis et viginti
in concordia et mittant per eisdem sindicatoribus
et ipsos rogare et inducere ubi viderint convenire
ad benignam tractationem de dictis offitialibus
ne aliquis erroneus posset fieri illud quod
non esset de honore communis Perusii contra predic-
tos offitiales.

De quibus et quomodo syndicentur potestas et Capitane-
us maior syndicus et eorum offitiales. Rubrica.

- xv. Potestas et Capitaneus et maior Sindicus
Judex Justitie et offitialis de pignorum datorum
et quilibet alius offitialis et quilibet eorum et cum
temporibus futuris erunt vel cum altero eorum steterint
in Civitate Perusii finito suo offitio et Regimine
debeant examinari et sindicari per sindicos ad hoc
deputatos vel deputandos super eo quod dicti po-
testas et capitaneus maior sindicus Judex iustitie
et quilibet alius offitialis vel socii vel Judices vel
notarii eorum vel aliquis eorum reperientur defrauda-
sse de havere communis Perusii vel alicui speciali persone
furtum vel robbariam commisisse vel baractari-
am in quadruplum quantitatis defraudate
subtracte vel derobbate vel barattariam habite de-
beat condempnari. Et non possit eis vel alteri
eorum dari licentia vel concedi absolutio aliqua
per consilium aliquod vel alio modo quominus
examinentur et stent ad sindicatum secundum for-
mam supradictorum statutorum. Et quod potestas et Came-
rarii non possint ordinare nec reformare nec
etiam potestas proponere nec etiam notarius scribere
nec etiam aliquis arengare contra tenorem a
supradicto statuto ordinatum absolvatur ita quod
ad sindicatum non stet. Et si potestas vel aliquis de
predictis contrafecerit puniatur pena ducentarum
librarum denariorum pro quolibet de quo expresse debeant sindicari
per eorum sindicatorem dicti potestas et Camerarii et

notarius et alie singulares persone per potestatem et
capitaneum in dicta pena debeant compelli sine
probatione que contingaverint per dictos testes [illegible]
et accusator vel denuntiator habeat tertiam par-
tem banni a massariis communis Perusii sine aliqua
apodissa precepto vel mandato eius quod deveniet
in commune. Et si potestas et capitaneus in predictis
fuerint negligentes simili pena puniantur tempore
eorum sindicatus nec etiam tempore sindicatus possit
per potestatem et Camerarios mitti ad aliquam terram
vel locum sub quocumque colore ut ex hoc [illegible]
quominus stare debeat et stet ad dictum sindica-
tum. Et potestas et Capitaneus et quilibet
dictorum offitialium et quilibet eorum seu ali-
quis de eorum familia seu aliquis eorum examinentur
secundum tenorem et formam presentis capituli
et aliorum capitulorum populi Perusii. Et si potestas
et capitaneus per se vel alium dictam licentiam peti-
erit vel in consilio aliquo aliquid contra predicta
proponeretur vel proponi faceret vel permitteret
arengari in aliqua arengia seu congregatione
solvat de suo communi Perusii quinquaginta libras denariorum.
Et si aliquis in aliquo consilio vel arenga vel
parlamento vel congregatione vel adunantia sur-
rexerit et dixerit quod potestas et Capitaneus ma-
ior sindicus Judex Justitie vel alius offitialis
dicti communis forensis vel aliquis de suis fami-
liaribus vel familia absolvatur et non exa-
minetur maior sindicus communis Perusii teneatur
ei auferre pene nomine et banni Quingentas
libras denariorum. Et si dictam penam solvere non poterit
ei linguam faciat amputari ita quod de cetero
non loquatur. Et si ad hoc faciendum dictus ma-
ior sindicus fuerit negligens dictam penam
pecuniariam de suo solvere teneatur. Et huic
capitulo per aliud capitulum et ordinamentum
factum vel faciendum non valeat aliquid dero

gari. ¶ Debeant etiam examinari et sindicari de
omnibus que continentur in statutis populi supradicti
et secundum formam ipsius statuti et iuris.
¶ Et quia solet indubium revocari utrum possint
dicti sindicatores congnoscere contra predictos de
certis criminibus de quibus certum tempus datur ad
accusandum et dictum tempus curreat tempore eorum regi-
minis in criminibus predictis, et postea dicatur quod
ex quo non possint eos accusare post elapsum dicti
temporis et sic transeunt impuniti quod est valde
absonum et absurdum audire, providendo statui-
mus de omnibus maleficiis que per eos committerentur
vel per eorum offitiales vel per eorum familiares tempore
eorum offitii teneantur ipsi potestas et capitaneus
et eorum offitiales et familiares rationem reddere et
respondere coram predictis et ipsi sindici potestatem
et baliam iurisdictionem habeant congnoscendi et puni-
endi non obstante aliquo lapsu termini assignati
per legem aliquam ad accusandum qui terminus
laberetur ante finem eorum offitii et tam potestas
et capitaneus per se ipsis et pro eorum offitialibus et fami-
liaribus quod etiam ipsi offitiales pro se ipsis teneantur
de commissis per eos offitiales et familiares
etiam teneantur per se ipsis respondere et ipsis con-
dempnari possint et contra eos executio fieri non
obstante quod potestas et capitaneus pro eis promisissent
et teneantur ac si principales ad hoc se obligassent
et hoc auctoritate presentis legis. Et etiam exbanniti
et condempnati communis Perusii qui fuerint exbapniti et
condempnati tempore ipsorum sindicandorum possint per
eorum sindicatores procuratores accusare et con-
queri de eorum exbapnimentis et condempnationibus
per procuratorem sive procuratores ad hoc habentes
speciale mandatum coram dictis sindicatoribus te-
mpore sindicatus et accusatione presequi possint
et iurare et fideiussores dare et omnia facere que
requirerentur usque ad finem probationem et sinaz
audire non obstante quod essent procuratores exbapni-
torum et condempnatorum et executionem petere et hec intel-
ligi debeat cum conquererentur vel accusaret de eorum
exbapnimento et condempnatione iniuste lata, et non aliter
ullo modo. ¶ Et quilibet offitialis communis Perusii
debeat sindicari et rationem reddere de suo offitio
et gestis et gerendis per eum non obstante quod diceretur
in aliqua sua electione vel statuto quod non debeat
sindicari et predicta locum habeant in futuris.
¶ Et ne potestas et capitaneus vel maior sindicus et
iudex iustitie vel alter eorum vel alicuius eorum offiti-
ales alicui faciant contra ius et iustitiam vol-
umus quod ipsi potestas et capitaneus et quilibet
eorum et cuiuslibet eorum offitiales tempore quo sindicabu-
ntur prius debeant et possint sindicari ad peti-
tionem cuiuscumque petentis ipsos vel alterum eorum si
fecisset aliquid occasione eorum et cuiuslibet eorum
offitii contra iustitiam et formam statutorum et or-
dinamentorum communis et populi Perusii. Et ipsi potestas
et capitaneus et maior sindicus et iudex iustitie
et eorum et cuiuslibet eorum offitiales teneantur super
predictis et in predictis tam iudicii sindicatori eorum
quam communi quam aliis personis petentibus ut dictum est supra
ius respondere et in iuditio permanere et super
predictis comparere coram dictis sindicatoribus ipsorum
terminis eis vel eorum vel alteri assingnandis quod
si non fecerint habeantur pro confessis et possint pro
simodum condempnari non obstante aliqua petiti-
one sapientis vel aliquo alio quod possit in con-
trarium allegari. ¶ Et non possint dicti offiti-
ales et maior sindicus iudex iustitie eorum sindi-
catu habere in eorum et cuilibet eorum subsidium
et favorem aliquem advocatum vel procurato-
rem nisi suos offitiales tantum ad penam centum
librarum denariorum. ¶ Et si ille qui de potestate vel capitaneo

Non probans accusationem vel petitionem contra officiales condempnetur in centum sol.

No. pena contra accusatorem non probantem suam accusationem

Debet fieri in duas partes per sindicatores

vel maiori sindico et iudici iustitie vel alteri de
eorum offitialibus, seu familiis conquaerentur quod si
contra ius et iustitiam fecerit et contra formam
statutorum et ordinamentorum comunis et populi perusii sint
conquestus, et non probaverint accusationem vel pe-
titionem, quam contra eos fecerit vel altero eorum
seu altero de eorum familiis vel non ostenderit de iure
vel per statuta vel ordinamenta comunis et populi perusii. id
quod per eos factum fuisset de iure factum non fuisse
condempnetur pro qualibet vice in centum sol. den.
comuni perusii solvendorum. ¶ Si tamen aliquis condempnatus de co-
dempnatis comunis perusii accusaret aliquem ex dictis
potestate et capitaneo et maiori sindico, ex qua
accusatione resultaret pena personalis principalis
vel in defectum, et talem accusationem non probaret,
solvat nomine pene, Centum libr. den. comuni perusii.
in quibus quantitatibus predictis et qualibet predictorum
condempnetur per ipsos sindicatores in eadem
sententia quam tulerit de potestate vel capitaneo vel
maiori sindico et iudice iustitie absolvendo vel
altero de ipsorum offitialibus seu familiis quam
condempnationem infra tertiam diem post sententiam
latam, notarius dictorum sindicatorum teneatur dare
et assingnare tribus bonis hominibus super exequ-
tionibus deputandis, ut faciant fieri exequ-
tionem de dictis condempnationibus pena dictis
sindicatoribus si non condempnaverint et dicto notario
nisi si non dederit vigintiquinque libr. den. massario
comunis perusii solvendorum. ¶ Teneantur etiam pote-
stas et capitaneus et quilibet dictorum offitialium
sindicandorum sindicatoribus eligendis futuris tem-
poribus, prima vice qua venerint ad respondendum
et comparuerint coram eis et per ipsos si-
ndicatores rogantur iurare, ad sancta dei evan-
gelia, et sollepnes promissiones et obligationes
facere iudici sindicatori sive iudicibus sindica-
toribus comunis perusii quod si occasione alicuius offitii quod
fecissent ipsi vel alter eorum vel aliquis ex eorum
offitialibus in civitate perusii condempnarentur
in aliquo ipsi vel alter eorum non conquerentur
ad aliquam aliam curiam nec coram aliquo per
se vel per alium nec peti facient in bonis eorum vel
alterius eorum represalias contra comune perusii vel singu-
lares personas ipsius comunis nec licentiam ali-
quam represaliandi vel aliqua retinendi occasione
predicta, et quod occasione predicta non habebunt recur-
sum ad eorum vel alterius eorum civitatem nec aliter
ipsi nec aliquis eorum vel de eis et etiam redimptiare
teneantur omnibus beneficiis eis vel alteri eorum
competentibus, et finem et refutationem ante sententiam
ferendam per suum sindicatorem facere eisdem iu-
dici et sindicatori vel iudicibus et sindicatoribus
de omni eo quod extunc comuni perusii petere possent ex
causa predicta, et comune perusii et in aliquo minime
teneatur. Et hec singnificentur eis in
litteris quae mictuntur pro eorum electione
Et si dicti sindicatores non fecerint puniantur
pena vigintiquinque libr. den. pro quolibet eorum
per maiorem sindicum dicti comunis perusii. ¶ Et
iudices potestatis et capitanei comunis perusii qui pro
tempore erunt in offitio et dictores salariati
a comuni dare debeant et teneantur eorum consilium
et favorem sindicatoribus et iudici predictorum
sindicatorum potestatis et capitanei et maioris
sindici quotiens fuerint a dictis iudice et sindi-
catoribus ad predicta requisiti sine aliquo sala-
rio ad penam vigintiquinque libr. den. a quolibet
contrafaciente pro qualibet vice aufferenda pro comuni

No. pena dicentis iniuria officialibus ad sindicatum

Insuper volumus quod quicumque dixerit aliqua iniuriam verborum contra potestatem vel capitaneum vel maiorem sindicum et iudicem iustitie vel aliquem alium officialem communis Perusii vel aliquem suorum officialium vel iudicem fore sententiam stantem ad consulendum sindicatoribus dum stabunt in civitate Perusii ad sindicandum se sindicari puniatur pro vice qualibet centum libris denariorum pro quolibet verbo et qualibet vice quam penam potestatis et capitanei vel antianis ipsorum dignitatis fuerit aliquo casu auferri faciat de facto habita probatione per unum testem de necessitate sine alio processu summarie et de facto et sine aliqua sententia quam penam sindici absolverint et solvi fecerint puniantur in dictis libris denariorum per eorum sindicatores tempore sindicatus.

Insuper quod nulla persona de civitate vel comitatu Perusii audeat in sindicatu exeniare potestatem vel capitaneum vel alterum eorum nec tu eis vel alterum eorum comedere vel bibere et qui contrafecerit in aliquo predictorum quinquaginta libras denariorum communi Perusii solvere teneatur et de predictis quilibet valeat esse accusator. Item

No. quod iuretur per exibentes accusationem vel petitionem et de non perdendo.

Item volumus statuentes quod dicti sindicatores et iudices qui erunt ad dictum officium teneantur et debeant recipere petitiones libellos et accusationes tam civiles quam criminales exibendos contra predictos officiales seu alterum eorum seu alicuius eorum officiales et familiares et statim faciat porrigentem iurare ad sancta dei evangelia vera esse que in libello petitione vel accusatione continentur et quod nichil calumpnie committet vel faciet in causa quod sacramentum libelli petitionis sive accusationis porrectionis fieri possit presente et absente parte que porrectio et sacramentum habeat vim contestationis litis legitime facte et per iudicem possit in dicta causa procedi sine aliqua alia responsione vel contestatione ac si esset lis legitime contestata summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii et sententiam ferri diebus etiam feriatis in honorem dei. Reservatis nichilominus omnibus legitimis exceptionibus et defensionibus dictis officialibus et familiaribus dilatoriis declinatoriis et perhentoriis in quibus dicta litis contestatio nullum preiudicium eis possit auferre.

Intelliguntur respectu vero excepti

Item teneantur predicti potestas et capitaneus et maior sindicus et iudex iustitie et officiales dictorum priorum datorum et quilibet alius officialis communis Perusii vel eorum vel alterutrum eorum officialis respondere positionibus vel per procuratorem habentem ad hoc speciale mandatum que dabuntur contra eum vel eos per quancumque personam in termino eidem dando per sindicum qui sindicabit eundem quod si non fecerit habeatur pro confesso et contra eum procedi possit ac si positionibus respondisset confitendo non obstante aliqua appellatione vel petitione per eum vel alterum eorum facta de sapiente. Dummodo ipse petitiones sacramentum ponentis sint porrecte coram eum.

teneantur officiales respondere vel per procuratorem habentem ad hoc speciale mandatum ... positionibus in termino eis assignato ...

No. limitationem quod si positiones non sunt porrecte ...

Et quod iudex qui erit ad sindicandum predictos potestatem vel capitaneum seu maiorem sindicum et iudicem iustitie vel alium officialem communis Perusii teneatur et debeat de omni eo quod non fecisset et facere debuisset et de illis que gessisset et gerere non debuisset ipse vel aliquis eius officialis vel familiaris contra formam statutorum et ordinamentorum communis et populi Perusii. Et de omnibus que continentur in statuto communis Perusii punire et condempnare. Quod si non fecerit centum libras denariorum communi Perusii sol

nec teneatur. Volumus iussimus ordinamus quod nullus Comes vel marchio vel miles qui vel alius de proleminilitarum (?) usque in quarti gradum nec eorum familiar audeant vel presumant tempore sindicatus assotiare aliquem potestatem vel Capitaneum maiorem sindicandum et iudicem iustitie vel alium offitiale comunis pisani sindicandum ad dictum passus prope voltam sancti heraclini vel ubi sindicabitur ita quod passus quilibet sit quinque pedum nec personaliter ire debeat ad accusandum vel petitione dandum per se nec per alium contra aliquem sindicandum set per procur possint predicti mangnates accusare et denuptiare et admictatur pena cuiuslibet contrafacientis contra predicta vel aliquod predictorum quinquaginta libr. den. Et dies qui stabit ad sindicatum si assotiaretur per aliquem ex predictis contra formam dicti capituli puniatur per potestatem et capitaneum in Centum libr. den. Et facto nullo iuris ordine vel sententia requisitis Qui iudex sindica et notarius stare et sedere debeant ad bancham sub volta sancti avecilani (?) horis consuetis a campana que de mane pulsatur ad sedendum usque ad pulsationem campane que pulsatur ad levandum ita quod quilibet possit de predictis habere copiam Et simili modo de sero sub pena et ad penam viginti quinque libr. den. pro quolibet eorum et qualibet vice qua non sederent de quo ex predictis debeant sindicari et quilibet esse valeat accusator et de hiis que fecerint contra ius et iustitiam vel per gratiam quam solent sepe facere in causis civium vel forensium habentium causam comunis eius. Ad quod offitium nullus possit eligi vel vocari vel esse ad sindicandum aliquem dictorum offitialium ad quem inveniet eligendum vel electionem offitii presentandum per se vel aliquis de sua familia nec etiam iudex aliquis esse possit pro consiliatore nec eligi valeat qui staret in offitio tempore electionis cum aliquo Cive pisano vel staret de proximo per duos menses. et si dictis iudex acceptaret dictam electionem aliquod salarium habere non possit et electio sit ipso iure nulla et consiliatores monete nec massarii comunis dictum salarium solvere non possint Et supra sententia per eos sindicatores qua ad sindicatum per dictum cum dependitati non tenerentur infra tempus superius declaratum possit potestas vel capitaneus vel iudex iustitie et quilibet alius offitialis comunis pisani et eorum et cuiuslibet offitiales et familiares impune recedere et ad domum propriam redire absque alia licentia vel sententia absolutionalia aliquo capitulo non obstante sindicatores autem contrafacientes puniantur per dictum quolibet in trecentis libr. den. Iubemus statuentes quod semper tempore examinationis et sindicatus potestatis et Capitanei et aliorum offitialium predictorum examinentur et videantur et videri et examinari debeant condempnationes ipsorum potestatis et Capitanei et aliorum offitialium cum copia et libro condempnationum que denentur (?) notariis ipsorum actium et si qua condempnatio fuerit substracta vel remota debeat rescribi et reponi inter dictas condempnationes Et si qua condempnatio inveniretur ablata substracta amota vel cancellata et reperiet vel scietur ille qui hoc fecerit puniatur

in quadringentis libris denariorum. ¶ Statuimus et ordinamus quod sindicatores et officiales qui erunt ad sindicandum et examinandum potestatem vel capitaneum vel alios officiales communis Perusii et eorum vel alicuius eorum familiares seu iudices milites notarios domicellos seu berrovarios vel aliquos familiares non possint nec debeant aliquo modo expresse nec tacite confiteri vel affirmare vel ponere aliquid per quod potestas vel capitaneus vel alius officialis vel aliquis predictorum possit in aliquo relevari vel iuvari nec tales sindicatores super hoc debeant interrogari et si confiterentur vel affirmarent vel ponerent vel super hoc interrogarentur talis confessio et affirmatio et positio et interrogatio et confessio sit ipso iure nulla et pro non facta in omnibus habeatur. ¶ Possint tamen dicti sindicatores interrogari negare et confiteri ut eis videbitur de numero equorum et de ipsis equis et de numero iudicum et de ipsis iudicibus et de numero militum et de ipsis militibus et de numero notariorum et de ipsis notariis et de numero domicellorum et berrovariorum et familiarium quos in officio habere debuit potestas et capitaneus vel alius officialis sicud debuit habere vel non habuit et si infra tempus statutum venerit ad dictum regimen. ¶ Et quia[?] quod iverit ad eligendum vel ad electionem porrigendum potestati vel capitaneo sive fuerit sindicus sive bonus homo vel notarius non possit toto tempore illius potestatis vel capitanei qui electus fuerit intrare intra portam claustri capitanei[?] filius qui fuerit pro capitaneo nec intra portam logie potestatis qui fuerit pro potestate pena ducentarum librarum denariorum pro qualibet vice contra facientem et de hoc quilibet valeat esse accusator

Possint sindicatores interrogari negare et confiteri de numero equorum iudicum officialium et familiarium[?] ... debitum[?] venire ...

et habeat etiam partem banni. Et sub dicta pena nullus qui fuerit pro sindico maiori vel iudici iustitie vel pro officiali de prioribus datorum[?] vel alio officiali possit intrare domum habitationis officialis pro quo iverit durante tempore officialis pro quo iverit nisi per aliqua questione et tempore quo iura redduntur in palatio inferiori.

De offitio maioris syndici et salario. Rubrica.

Ad hoc ut commune Perusii pro salariis offitialium diversorum et etiam in conductione domorum pro habitantibus ipsorum offitialium nimium non gravetur et pecunia in communi conservetur. Statuimus et ordinamus quod offitium maioris sindici et utilis conservatoris et capitanei custodie civitatis et burgorum et offitium iudicis iustitie et appellationum et de prioribus datorum exerceatur cum pauciori cum pauciori[?] expensa auctoritate presentis legis intelligantur et sint unita et per unum regi gubernari et exerceri debeant et non per plures et qui ad dicta offitia institutus eligetur sit maior sindicus utilis conservator capitaneus custodie civitatis et burgorum iudex iustitie et appellationum et offitialis de prioribus datorum et nullitatum et reductionum arbitrorum ad arbitrium boni viri et capitaneus generalis custodie civitatis Perusii. Que exercere possit teneatur et debeat secundum leges et statuta loquentia et disponentia de dictis offitiis. Et habeat et habere debeat pro suo salario septingentos quinquaginta florenos auri de sex mensibus in sex mensibus et non plures. Et stare debeat in civitate Perusii cum offitialibus et familiis infrascriptis. In primis habere debeat unum iudicem doctoratum de cuius instrumento doctoratus fidem facere debeat infra octo dies a die initii offitii computandos coram cancellario communis Perusii vel coram conservatoribus monete dicti communis     xvi

Item habere debeat duos socios expertos et sufficientes
et octo expertos notarios et triginta famulos de quibus
triginta famulis quatuor sint domicelli. Et qua-
tuor equos quorum tres sint armigeri valoris
triginta florenorum ad minus pro quolibet alter vero
ad minus octo florenorum. Cum quibus officiali-
bus familiaribus et equis teneatur et debeat sta-
re in civitate Perusii et dicta officia exercere et fideliter
exercere per dictum tempus sex mensium et unicuique iustitiam
facere in quolibet dictorum officiorum servando for-
mam in omnibus dictis officiis dictorum statutorum
comunis Perusii. Item ordinaverunt et providerunt
quod electio predicti maioris sindici iudicis iustitie et
dapnorum datorum et aliorum officiorum fiat et fieri debeat
per duos bonos homines de populo perusino qui extrahi
debeant de sacculo et cum eis unus notarius qui etiam
de sacculo extrahatur de quo sacculo extrahi debet
notarius qui ire debet cum electoribus potestatis
et capitanei et eligant et eligere debeant militem
vel nobilem virum et de prole militari guelfum
et de vera parte guelfa et quod non possit eligi nec
esse de aliquo loco qui sit prope confinia civita-
tis et comitatus Perusii per quadraginta miliaria
cum suis officialibus per triginta nec de illis terris de qui-
bus nunc esset potestas vel capitaneus dicte
civitatis. Et stet et stare debeat finito de suo
officio ad sindicatum ipse et sui officiales et fa-
milia in civitate Perusii per sex dies continuos ad
reddendum rationem de suo officio et administra-
tionem tam per se quam per suos notarios et eius fami-
liam et sexta die ante vesperas debeat fieri sententia
per dictos sindicatores ad penam qua tenentur sin-
dicatores potestatis et capitanei. Item maior
sindicus iudex iustitie et dapnorum datorum sindicari
debeat per duos bonos homines cum notario de quibus
debeat fieri sacculus et per eundem sacculum eligan-
tur. Qui sindicatores ipsum sindicare debeant
et suos officiales et familiares de his de quibus sindi-
cari debeant secundum formam sue electionis.
Et dictis sindicatoribus liceat et sit eligere bo-
num consultorem qui habeat et habere debeat
a massariis comunis Perusii pro suo salario duos flore-
nos vigore sue electionis et sine alia apodixa
precepto vel mandato. Et sic observetur de sindi-
catoribus consultoribus et notariis durantibus
presentibus sacculis. Et eo vero finitis in sacculo
fiet consultor una cum sindicatoribus et no-
tariis supradictis. Qui sindicatores et notarius
habeant et habere debeant a massariis comunis Pe-
rusii ut dictum est pro eorum salario quinque libras denariorum
pro quolibet eorum pena dictis massariis simila
tres dies post finitum officium sindicatus non
solverint quinquaginta librarum denariorum auferenda de
facto per eorum sindicatorem et si inventum fuerit
quod ipse vel eius iudex notarius vel alius de sua
familia aliquid extorsisset seu indebite rece-
pisset ultra salarium supradictum puniatur
et condempnetur in quadruplum comuni Perusii
applicandum et in restitutione eius quod ultra
salarium recepit facienda illi a quo receptum
fuit accepisset. Et omnes leges que lo-
quuntur de sindicatu potestatis et capitanei locum
habeant et observentur in sindicatum maioris
sindici et iudicis iustitie capituli et dapnorum datorum.
Salarium vero dicti sindici absolvatur
in hac forma et non aliter vel alio modo scilicet
primo mense sui officii tertia pars salarii et in
medietate temporis eius officii alia tertia pars
alia tertia pars penes conservatores monete comunis

comunis perusii remanere debeat quam dicti conservatores
penes se teneant in sequestro paratam usque ad
finem sui sindicatus. Et si fuerit in aliquo con-
dempnatus comuni perusii vel specialibus personis solvat
de ipsa parte salarii usque ad concurrentem quantitatem.
Etiam equi et arnensia in sequestro debeant
ponere ad petitionem sindicatorum suorum apud ho-
spitatores secundum quod tenentur facere potestas
et capitaneus comunis et populi perusii et idem modus solu-
endi et sequestratio observetur in aliis officiali-
bus forensibus dicti comunis nec ad aliquos fideiu-
ssores dandos tempore sindicatus teneantur.
Insuper teneatur dominus maior sindicus et iudex
iustitie et capitaneus guardie predictus in fine sui
officii relinquere et dare comuni perusii seu officiali in
[illegible] dicti comunis duas balistras cum baldre-
riis valoris trium florenorum auri inter ambas et
tria pavesia magna et pulcra. Et predicta no-
tificentur et scribantur in litteris electionis sindici
predicti. Si vero contigerit quod dominus maior sindicus
iudex iustitie et capitaneus guardie ob aliquam
causam vel casum non venerit perusium ad offici-
um exercendum vel postquam venerit non exerceret
officium quocumque casu vel causa predictus non po-
ssit petere nec habere a comuni vel ab aliquo dictum
salarium nec ei comune perusii solvere teneatur
salarium nisi quod ei contigerit pro rata temporis
quo officium exerceret vel exercuisset nisi impe-
diretur officium exercere infirmitate postquam
erit in civitate perusii quo casu non amictat
salarium pro rata temporis quo impediretur oc-
casione talis infirmitatis officium exercere
si steterit in civitate vel comitatu perusii in-
firmus. Et si dominus maior sindicus et iudex iusti-
tie et capitaneus guardie moreretur [illegible]
habeat pro salario a comuni perusii nisi pro rata temporis

elapsi ante diem mortis. Et comune perusii expen-
dere possit per officiales ad hec deputandos per dictos
priores artium sexaginta libras denariorum pro funeralibus
dicti maioris sindici. Et volumus et mandamus
aliquo non obstante quod quicumque baiulus venit
de mandato seu licentia dicti maioris sindici et iudicis
iustitie seu alicuius de sua familia vel suorum notariorum
vel massarii comunis perusii vel suprastantis viarum vel
alicuius iudicis potestatis vel capitanei vel alicuius
alterius iudicis vel officialis comunis vel populi perusii
ad quemcumque locum seu personam vel personas non
possit nec debeat habere aliquod salarium
manus ultra salarium quod continetur esse concessum
ipsis baiulis per formam statuti comunis et populi perusii.
Et dominus maior sindicus iudex iustitie et sui
notarii vel massarius vel suprastans viarum vel
aliquis iudex potestatis vel capitanei vel alius
quis alius iudex vel officialis comunis et populi pe-
rusii dictis baiulis vel alteri eorum non possit
concedere vel ordinare manus salarium ultra
salarium quod conceditur et ordinatum est ipsis baiu-
lis per formam statuti populi aliqua ratione
vel causa. Et si dominus sindicus et iudex iusti-
tie vel sui notarii vel aliquis de predictis officia-
libus comunis perusii vel alter eorum contrafecerit con-
dempnetur comuni perusii pro dicto qualibet in centum
libris denariorum et baiulus qui accepit manus salarium
supradicto in statuto contento condempnetur et
puniatur de facto per potestatem et capitaneum vel
eorum vel alicuius eorum officialem coram quo facta
fuerit querela pro vice qualibet in decem
libris denariorum. Et nichilominus quod accepit eo-
dem forma illi cui accepit per potestatem et
capitaneum et eorum officiales restituere compell-
atur. Nullus insuper iudex vel notarius

sedere debeat ad exercendum artem suam ad ban
cham ad quam residerit. Iusiurandum prestitum maiorem si
ndicum et iudicem iustitie nisi pro advocando
vel patrocinando pro aliquo et qui contrafecerit
decem lib. den. nomine pene solvere teneatur. Et
si ipse maior sindicus et iudex iustitie permiserit
aliquem iudicem vel notarium sedere ad bancha
ad quam ius reddit nisi predicta de causa in dicta
quantitate lib. den. cor. pisan. condempnetur. ¶ Pre
terea dictus sindicus et iudex iustitie possit im
ponere penam et exigere pecuniam illi qui sibi non ob
ediverit pro vice qualibet viginti s. d. Et qui
cumque minaretur vel offenderet ipsum maiorem
sindicum et iudicem iustitie vel eius notarios
vel aliquem de sua familia dum stabit in civi
tate vel comitatu pisano vel cum reverteretur
ad terram suam puniatur ea pena qua punire
tur et puniri deberet ille qui minaretur vel
offenderet potestatem vel capitaneum vel aliquem
de eorum familiis. Et si dictus maior sindicus
et iudex iustitie vel eius notarius vel aliquis de
sua familia offenderet aliquem pisanum
puniatur ea pena qua puniri deberet aliquis
pisanus offendens aliquem pisanum.

¶ Teneatur dictus maior sindicus et iudex iu
stitie quatuor diebus ante finem sui offitii re
stituere massariis communis pisani omnes libros et
scripturas qui et que pervenissent ad eum ra
tione sui offitii vel ad manus suorum notariorum
per eos scriptos vel aliunde non tamen et similiter sta
tuta et alios libros et scripturas quod si non
fecerit centum lib. d. cor. pis. solvere tene
atur quibus diebus causis et terminos currentibus
dicti quatuor dies ultimi non currant set in
eodem statu remaneant in quo erant tempore resti
tutionis librorum dicti maioris sindici usque ad
secundam diem iudicatam post restitutionem

librorum factam sub(...)sori non currant ut
dictum est. ¶ Preterea volumus statuentes
quod maior sindicus et iudex iustitie communis pisani
teneatur et debeat vinculo iuramenti observa
re et observari facere ac etiam executioni man
dare omnia et singula statuta et ordinamenta
et reformationes loquentes et loquentia et
mentionem facientia de suo offitio et secundum
formam dictorum statutorum et ordinamentorum suum
offitium exercere debeat ita quod dicta statuta et
ordinamenta per eum penitus debeant observari
ad petitionem cuiuscumque summarie et de plano
et sine strepitu et figura iuditii pena centum
lib. den. pro vice qualibet et de hoc debeat ex
presse sindicari. ¶ Preterea volumus et or
dinamus quod idem maior sindicus et iudex
iustitie non possit nec debeat aliquem offi
tialem eligere qui preesse aliquibus viis fo
rensis vel fontibus vel aliquibus laboreriis
fiendis actandis vel removendis set per se tamen
et suos notarios totum ipsum offitium debeat
sine debito examinare et qui contrafecerit cen
tum lib. d. cor. pisan. solvere teneatur. Et ten
eatur reddere rationem dummodo predicta non pre
iudicent illis capitulis in quibus fit mentio
specialis quod fiat per aliquem vel aliquos offiti
ales specialiter nominatos vel qui eligerentur per
formam alicuius statuti que omnia debeant
prout in eis specialiter continetur inviolabiliter
observari. ¶ Sit etiam dictus maior sindicus
et iudex iustitie iudex appellationis civilium
causarum et habeat offitium potestatem et iuris
dictionem congnoscendi et decidendi causas
appellationum sententiarum et laudorum a quibus potest
appellari vel recursus haberi secundum formam
statutorum et in tempus et terminum cuiusque mensium

secundum quod tenentur expedire potestatis et
capitanei. Et idem intelligatur arbitratuum
ac etiam reductionum ad arbitrium boni viri arbi
tratuum et laudorum. Et hoc capitulum totum
in qualibet parte sui debeat inviolabiliter
observari aliquo capitulo vel statuto populi
vel aliqua reformatione seu ordinamento speciali
vel generali per quecumque verba in contrarium lo
quente generaliter vel specialiter non obstante; que
quantum ad predicta sint cassa irrita et revo
cata et pro cassis irritis et revocatis habeantur
in totum. ¶ Item addendo huic capitulo sta
tuimus quod quilibet notarius qui de cetero fuerit
ad sindicandum potestatem et capitaneum vel
maiorem sindicum vel alios offitiales communis
populi teneatur et debeat infra tertiam diem
post finitum suum offitium dare et assigna
re in publicam formam offitialibus arma
rii communis populi summas condempnationum factas per
sindicatores dictorum offitialium. Et quod omnes
offitiales armarii qui pro tempore fuerint tene
antur et debeant infra tres alios dies proxime
sequentes nomina et pronomina talium
condempnatorum et tempus dictarum condempnationum
manu notarii dictorum offitialium registrari fa
cere in quodam libro proprio qui stare debeat in
armario communis populi. Ita quod quilibet copia de
omnibus et singulis offitialibus condempnatis po
ssit dari et fieri pena dictis offitialibus et no
tariis contrafacientibus pro quolibet eorum et qualibet
vice centum librarum denariorum. Et de hoc expresse debeant
sindicari. ¶ Et quod dominus maior sindicus
teneatur venire quatuor diebus integris ante
introitum sui offitii cum omnibus suis offiti
alibus, famulis et equis ad civitatem populi.

De appellationibus. Rubrica.

Ut omnibus plene iustitie fiat per offitiales
communis populi et nullus contra iustitiam gra
vatus fuerit remedio presenti capitulo duximus
statuendum aliquo alio capitulo vel reformatione
seu ordinamento, cuiuscumque consilii vel adunantie
non obstantibus precedentibus vel sequentibus qui
bus omnibus per presens capitulum derogetur.
Volumus quod si aliquis ab aliqua sententia civili diffinitiva .xvij.
appellaverit in casu permisso intra viginti dies a tempore No. x [illegible]
interposite appellationis dampnum massario communis [illegible]
populi pro ipsa causa solvere teneatur et procedere [illegible]
in eadem saltem per unicam citationem. Et iudex
questionis cognoscere debeat ipsam appellationem
et eam recipere si legitime cognoverit appellatum No. [illegible]
et ipsam causam diffinire et terminare intra tempus [illegible]
in statuto communis populi contentum. Si vero ap
pellans non solverit dampnum intra viginti dies
superius nominatos et in causa non processerit
saltem per unicam citationem, extunc appellatio facta
nullatenus admictatur. ¶ Et iudex appellationis
et iudex prime cause sententiam a qua fuerit appel
latum intra viginti dies postquam fuerit requi
situs sine aliquo dampno executioni debeat
demandare si dampnum missum non fuerit ut dictum
est nisi per massarium stetisset quod dampnum reci
pere noluisset. Quo casu possit talis volens
solvere depositum facere penes unum ex no
tariis supradictorum massariorum vel penes con
servatores monete communis populi. De quo deposito
debeat fidem facere coram maiori sindico per
publicum instrumentum quo viso dicto depo
sito teneatur dictus sindicus cogere massari
os ad recipiendum dictum depositum infra tres
dies et habeat predicta solutione si dictum depo

possitum factum apparebit infra tempus supra
ordinatum. ¶ Et iudex appellationis ipsam
appellationem admittat, si aliter eam fore con
gnoverit admittendum. ¶ Et licitum sit unicui
cumque duabus vicibus appellare, et si sententia dicti iu
dicis in causa appellationis succubuerit, et voluerit secunda
vice appellare, teneatur talis appellans tam primam
quam etiam processum per quos lata fuerit prima et secunda
sententia dictis iudicibus mittere, et aliter non audiatur ap
pellans. Que secunda appellatio a sententia que fere
tur per maiorem sindicum et iudicem iustitie
confirmatoria prime si fuerit, et sententia lata per curiam
potestatis, appellari possit ad dominum capitaneum
et eius collateralem, qui collateralis sit cogni
tor ac diffinitor dicte cause et appellationis;
et si fuerit super sententia que feretur in curia
capitanei, appellari possit ad dominum potestatem
et eius collateralem, et ipse collateralis sit iudex,
cognitor et diffinitor dicte cause; et sic dicti
collaterales sint et esse intelligantur iudices
dictarum appellationum, ut dictum est. ¶ Tertia non
vice nemini liceat appellare si in dictis tribus
sententiis succubuerit. ¶ Et intelligatur iudex

No. offitium iudicis iustitie

iustitie iudex appellationis prime cause et nul
litatum sententiarum civilium et laudorum et arbitra
tuum ad arbitrium boni viri non latorum in coactio
ne compromittere secundum formam statuti communis perusii,
in quo casu appellari non possit nec peti reductio
ad arbitrium boni viri. ¶ Iudex autem ap
pellationis predictus possit et debeat in causa
appellationis condempnare victum victori vin
centem primam et secundam in expensis etiam
in prima causa factis a creditore sive a quo
cumque alio agendo nomine creditoris.

¶ Statuimus insuper quod potestas et capitaneus
vel alter eorum vel aliquis alius offitialis communis
perusii non possit nec debeat procedere super aliqua
sententia civili a qua fuerit appellatum pendente pre
dicta appellatione sub pena centum librarum denariorum.
Ita tamen quod iudex appellationis teneatur et debeat

No. tenetur formam ... dies ... admittenda appellatio ...

cognoscere et terminare infra decem dies post
factam appellationem si predicta appellatio sit
admittenda vel non. ¶ Insuper volumus statu
entes quod ille qui appellabit et procedet in causa
appellationis teneatur satisfacere alteri parti
omnes expensas quas fecisset in causa appellati
onis altera pars si appellans succubuerit in ea.
¶ Ante sententie diffinitive tempus vel interlocu

No. a qua interlocutoria possit appellari, et a qua non.

torie que talis sit ad sui executionem vel que ad sor
beret totum negotium, post quam interlocutoriam
alia sententia non requiritur ferri, appellari non po
ssit. Nec etiam appellari in aliqua causa in qua
iudex pronumptiaverit se esse iudicem competentem
vel non competentem, nec a pronumptiatione legi
timationis personarum. Et si appellaverit, iudex
appellationis non audiat appellantem, set iudex pri
me cause qui se pronumptiavit competentem
nichilominus in causa procedat, et appellans
puniatur in viginti quinque libris denariorum. ¶ Tene
antur potestas et capitaneus et eorum offitia
les ratas et firmas habere omnes sententias
latas et ferendas per dominum maiorem sindicum
et iudicem iustitie a quibus non fuerit appellatum
secundum formam presentis capituli. ¶ Qui
maior sindicus et iudex iustitie teneatur
et debeat ex offitio inquirere contra omnes et
singulos qui eligerent ad aliqua offitia pro
communi perusii, et contra eligentes, et contra insacu
latos, et contra insaculatores. Et si invenerit

net aliquem esse electum vel elegisse vel insa
culasse vel insacculatum esse contra vel preter
formam statutorum et ordinamentorum seu reformati
onum Civitatis pisarum debeat electionem cassare
et adnullare, et electum et eligentem et insaccula
tum et insaccullantem condempnare in penis con
tentis in statutis et ordinamentis Civitatis pre
dicte salvo quod ubi talis electus vel insaccu
latus renuntiaret infra decem dies a die elec
tionis vel extractionis de saculo personaliter
vel occultam personam que de rato promictat
et satisdet ad dictam penam non teneatur.
¶ Volumus etiam quod potestas et capitaneus
et eorum et cuiuslibet eorum iudices et notarii et offitiales
maior sindicus et iudex iustitie et alii offitiales
comunis pisarum teneantur et debeant dare copiam
actorum quibuscumque postulantibus infra tres
dies postquam fuerit eis petita, ut quilibet suo
iure uti possit et valeat. ¶ Teneatur et
debeat dominus maior sindicus et iudex iustitie
ex debito sui offitii et ad eius spectet offiti
um facere fieri actari et explanari et sterni
vias comitatus et districtus pisarum a portis
burgorum Civitatis extra et facere occupatas
deoccupari et expediri prout ei videbitur facien
dum et secundum ordinamenta et statuta facta
et que fierent super viis faciendis actandis et
deoccupandis et explanandis et amplandis
et restringendis et quod teneatur et debeat ire
personaliter quotiens fuerit opportunum et etiam
alterum ex suis notariis mictere per comitatum
et districtum pisarum expensis tamen dicti iudicis
ad videndum et ad faciendum vias fieri et
explanari et restringi actari omni modo quo
videbit sibi melius fieri et comodius fieri
posse. ¶ Determinamus etiam et presenti statu

to firmamus quod prefatus maior sindicus et iudex
iustitie habeat potestatem et auctoritatem universitates ca
strorum et villarum et homines singulares de comitatu
et districtu pisarum compellendi ad faciendum fieri actari
explanari amplari et restringi vias que actatione am
platione explanatione seu restrictione aliqua indige
bunt et penas et bapna imponendi obbedire recus
antibus scilicet universitati castri vel ville usque in
quantitatem centum . lib. den. et singulari persone usque
in quantitatem viginti . lib. den. pro vice qualibet
qua recusaverit obbedire, et in penis et bapnis in
quas et que inciderit dictus iudex valeat condep
nare. ¶ Volumus tamen quod aliquam viam vel
plateam novam vel de novo fieri non debeat intra
Civitatem et burgos nisi fieri provideretur per
dominos priores artium ad minus septem in concordia
et triginta Camerarios de quibus viginti sint in
concordia. ¶ Similiter in comitatu et districtu
pisarum et extra portas burgorum Civitatis pisarum
nulla via nova vel de novo fieri debeat nec possit
in aliqua parte nisi fuerit deliberatum quod fieri de
beat quod nullum dapnum alicui fiat nec detur in
Civitate vel burgis vel comitatu vel districtu
pisarum occasione alicuius vie nove actandi vel inmu
tandi vel amplandi restringendi et reparandi
pertinentis alicuius vel alio modo actandi vel fiendi
nisi primo dapni fiendum occasione dicte vie exti
metur et de dicto dapno extimatio fiat et satisfa
tio dicti dapni et solutio illis quibus dictum dapnum
daretur aliquo modo vel causa. et aliter antequam dicta
extimatio et solutio dicti dapni occasione dicte vie fiat
ad dictum dapnum faciendum et viam faciendam per
quam dapnum alicui daretur per aliquem offitialem
comunis pisarum nullatenus procedatur nec pro
cedi possit aliqua ratione vel causa. Que ex
timatio fiat et fieri debeat per duos bonos homines

eligendos unum per illos qui recipere debent dampnum
et alium per dictum maiorem sindicum et iudicem iusti
tie. Qui maior sindicus ad petitionem cuiuslibet pe
tentis teneatur et debeat infra octo dies fieri facere
electionem et ipsos cogere ad eligendum bonum hominem
pro parte sua et ipse infra dictum tempus eligat alium. Et
facta electione ipsos iurare faciat quod ipsam extimationem
faciant bene et legaliter infra terminum octo dierum. Et
si non erunt concordes ipsi duo cogantur realiter et
personaliter infra secundum diem post dictum terminum
octo dierum eligere tertium. Qui in tertio infra alios octo
dies immediate sequentes teneantur dictam extima
tionem facere de quibus duo in concordia suffitiat.
quod si non fecerint in penam centum librarum denariorum inci
dant. Quam penam dictus maior sindicus et iu
dex iustitie de facto debeat auferre sine sententia vel pro
cessu. qua extimatione facta teneantur et debeant dicti
boni homines videre et examinare patientes et distri
buere inter eos extimationem predictam secundum quod eis
videbitur conveniens. qua facta cogat dictos pa
tientes infra alios octo dies ad solvendum distributio
nem factam per predictos itaque omnino solvant et postea
ad dictum opus procedatur.

*Quod a condepnationibus malleficiorum non possit appellari. Rubrica.*

Ut maleficia in civitate Perusii melius et efficati
us puniantur et punitiones que fient sortiantur
effectum et omnibus auferatur occasio et animus de
linquendi. Statuimus quod si quis fuerit per potestatem
xviij Vel capitaneum vel maiorem sindicum et iudicem iusti
tie communis Perusii vel alterum eorum pro aliquo mallo
condepnatus quacumque pena fuerit et per huiusmodi se
ntentiam vel condepnationem impositam non possit ab
ipsa condepnatione et sententia appellare nec recursum
habere et si appellaverit vel recursum habuerit non
teneat ipso iure appellatio nec recursus nec sortiatur
appellationis vel recursus effectum set habeatur pro
tenus pro non facta et non facto nec possit pretextu
appellationis vel recursus executio condepnationis
et sententie retardari et idem intelligatur in omnibus
aliis offitialibus communis Perusii iurisdictionem
habentibus in suis criminalibus et condepnationibus
ferendis et faciendis. Per presens tamen capitulum
iurisdictioni et offitio maioris sindici et iudicis iu
stitie quoad causas civiles non intelligatur ali
quatenus derogatum.

*De quibus non possit haberi recursus ad iudicem iusti
tie. Rubrica.*

A Sententiis et condepnationibus et exbapnimentis
et processibus eorum deinceps faciendis et haben
dis que fierent et habebuntur per potestatem vel ca
pitaneum civitatis Perusii vel eorum offitiales super xviiij
malefitiis vel de et pro malefitiis commissis et que
deinceps committentur a sententiis sindici et examin
atoris eorum actuum et aliorum offitialium communis
Perusii non possit appellari nec recursus haberi
ad maiorem sindicum et iudicem iustitie et appe
llationum communis Perusii vel ad alium. Et dictus
maior sindicus et iudex iustitie vel aliquis
alius non possit nec debeat aliquem audire nec xx
congnoscere nec congnitionem habere de predictis.
Et si dictus maior sindicus et iudex iustitie ali
quem intellexerit de predictis condepnetur per
suos sindicatores in quingentis libris denariorum. Et nichi
lominus sententia absolutoria sive sententia cassati
onis et annullationis siqua per eum fieret de
predictis vel super predictis vel altero predictorum
non valeat nec teneat et nullum preiudicium communi
Perusii faciat non obstantibus aliquibus statutis
seu ordinamentis vel reformationibus loquenti
bus de offitio dicti iudicis et recursibus haben
dis vel appellationibus interponendis non obstante
aliquo alio in contrarium loquente. Et si con
depnaretur pro aliquo mallo in maiori quantita
te quam condepnari deberet qui tale malefitium
commisisset ex forma statutorum et ordinamentorum communis
Perusii. Quod talis condepnatus recursum habe
at et habere possit contra potestatem et capitaneum

Vel alium

vel alium offitialem sententiam ferente usque ad in
tegram quantitatem coram sindicatore vel sindicato
ribus potestatis vel capitanei vel sententiam ferentis.
Nullus processus, carta vel scriptura que fact
sunt processibus vel de processibus potestatis vel
capitanei vel alterius offitialis supra predictis vel pre
dictorum occasione que non appareret scripte vel
in scriptis producte tempore restitutionis ipsorum libro
rum valeat nec teneat et sit nullius efficatie
vel valoris. Et nullus ea producere valeat
possit et si producerentur nulla fides debeat
adhiberi.

De condepnationibus non cassandis per maiorem sindicum
et iudicem iustitie. Rubrica.

Ex nunc in antea nullus maior sindicus et iudex
iustitie possit nec debeat aliqua auctoritate vel
aliquo iure vel titulo seu quocumque modo aliquam conde
-XX. pnationem vel sententiam olim latam vel de inceps ferenda
per se vel suum passorem quoquo modo cassare vel
annullare vel cassam vel nullam pronuptiare et si factus
fieret non valeat nec teneat ullo modo. Et me
dicilominus in quingentis libris denariorum per suos sindica
tores ex offitio sindicatoris ad petitionem cuiuscumque
summarie et de facto debeat condepnari et quilibet
possit esse accusator vel denumptiator. Et hoc
locum habeat in sententiis et ferendis in causis
criminalibus. Et etiam dicti sindicatores
de predictis contra eum diligenter inquirere te
neantur non obstante aliquo statuto ordinamento
reformatione vel alia provisione seu iure civili
vel municipali in contrarium loquentibus
que quo ad predicta sint et esse intelligantur
totaliter sublata et revocata.

De offitialibus syndicandis per maiorem syndicum
et iudicem iustitie. Et quod non mictat ei familia
in comitatu expensis comitatensium. Rubrica.

Volumus etiam statuentes quod dictus maior
sindicus et iudex iustitie nec aliquis alius
de suis offitialibus et familia possit ire in comita
tu pisano pro predicto offitio occasione executionis -XXI.
dicti offitii modo aliquo nec etiam alia de causa
expensis aliarum universitatis vel spetialis persone.
Ad offitium autem dicti iudicis iustitie et sindici per
tineat sindicare et examinare punire absolvere
et condepnare dominos priores artium et omnes et
singulos alios offitiales homines et personas contentas
in presenti capitulo qui fuerint in offitio vel qui aliquod
commiserint contra formam statutorum communis in tempore
vel infra tempus sex mensium precedentium proxime
initium sui offitii quorum offitium expiravit ante ini
tium sui offitii. Item quod offitiales homines et
persone inferius descripti et denotati sindicentur et exa
minentur in hac forma videlicet de hiis que habuissent
et recepissent et habuerint et receperint per se vel alium
de avere et pecunia et rebus aliis communis pisani vel
spetialium personarum vel ab aliqua universitate vel
vel parte seu contra formam statutorum et ordinamentorum
et reformationum communis et populi pisani occasione of
fitii vel offitio et de qualibet baractaria et lucro
inlicito factis causa offitii vel pro offitio non
obstante aliqua sententia lata vel data per aliquem
offitialem forensem vel civem propter quam per alium
vel in dicto offitio processorem. Item quod dictus
maior sindicus et iudex iustitie possit teneatur
et debeat procedere contra predictos seu infra
scriptos per viam inquisitionis accusationis et de
nuptiationis vel simplicis petitionis et audire
intelligere et admictere quemlibet accusatorem
et denuptiatorem et contra predictos procedere
summarie et de plano sine figura et strepitu iudicii
et etiam diebus feriatis et non feriatis indictis
et indicendis ob necessitates hominum. Et per
famam publicam quatuor testium fidedigniorum
vel inditia precedentia vel unum testem de visu

possit et teneatur ad questionem procedere et confe
ssionem eruere et repertos culpabiles in aliquo
vel de aliquo predictorum condempnet occasione ex
torctorum et receptorum ut tantundem vel idem quod
accepit vel accepit restituat illi a quo accepit aut
extorsit vel accipiet vel extorquebit et in quadru
plum communi perusii condempnetur in eadem condempnatione
et instantia. In aliis vero commissis et committendis
per eos contra vel preter formam statutorum et ordinamento
rum et reformationum communis et populi perusii sindica
tus examinentur et procedat et condempnet secundum
formam statutorum ordinamentorum et reformationum communis et populi
perusii. Et in omnibus predictis possit etiam
condempnare privatione cuiuslibet offitii et artis
perpetuo vel temporaliter considerata qualitate
persone et delicti prout et sicud eidem offitiali
videbitur convenire. Et quia talia ut plurimum
sunt occulte et ne veritas depredictis po
ssit celari dictus dominus maior sindicus possit
et debeat cogere realiter et personaliter omnes
quos scierint vel crediderint scire veritatem
et inobedientes in predictis punire et
condempnare summarie et defacto ut deponant
dicant et pandant veritatem sive sint fore
nses sive cives ad suum arbitrium et volunta
tem. Et in citationibus faciendis et in recipio
endo et procedendo possit idem maior si
ndicus et iudex Iustitie terminum dare et assi
gnare seu assignari facere competentem ad in
veniendum. Item quod omnes et singuli alii
offitiales communis perusii qui per formam aliquo
rum statutorum vel ordinamentorum vel reformato
rum communis perusii committitur examinatio ali
cuius vel aliquorum predictis offitialibus sint et
esse intelligantur ab ipsa examinatione cassi

et revocati et eorum offitia quo ad examinatorem
predictam intelligantur esse cassa non obstan
tibus aliquibus statutis ordinamentis vel re
formationibus generalibus vel spetialibus in con
trarium loquentibus. Item quod quicumque erit
vel fuerit camerarius vel alius offitialis communis
perusii ad quem pervenit seu pervenerit aliquod
de bonis et avere communis perusii seu aliud vero
necessitatis communitatis seu districtus perusii seu
spetialibus personis dicte civitatis et comi
tatus pro expediendo faciendo seu operando
aliquod opus laborerium vel aliud ministerium
perfecto tali opere laborerio seu ministerio
teneatur et debeat illud quod superavit et
restabit seu super esse et restare debuerit
a sumptibus et expensis et ab aliis que in
dicto laborerio seu ministerio expenderet de
buit restituere communi perusii. vel massario communis
perusii. que communi fuerint restituenda infra
quindecim dies a die finiti laborerii et
perfecti ministerii vel offitii depositi et qua
restitutione apparere debeat publicum instr
umentum manu notarii offitialium quibus si
et dicta restitutio continens in se quan
titatem spetificatam dicti residui que re
stitutio fiat dare ipsa tempore quo rogatus fu
erit dictus notarius et aliter notarius scribere
non possit sub pena quingentarum librarum denariorum
et privationis offitii in quo nunc est et alius
notarius subrogetur loco eius. Possint tamen
in casu arduo domini priores et camerarii
artium vel maior pars ipsorum prorogare
dictum terminum quindecim dierum semel.

De residuo restituendo infra xv dies

xxv

op eis videbitur et placebit, que com(mun)i p(ro)p(ter)ea
non essent restituenda, restituere aliis per
sonis vel universitatibus quibus restitue
nda forent infra quindecim dies ultra si
lana talibus offitialibus ordinata. Et si

de residuo restituendo i. xv. dies

p(re)dicti Camerarii et offitial(es) p(re)dictam re
stitutione(m) infra d(ic)tum t(er)minum no(n) fecerint
possit et debeat p(re)dictum sindicum contra
eos procedere et etiam possint condepnari
p(ro) eiusdem ac si ipam pecunie quantitatem et
res alias extorsissent vel in bailia habuissent
secundum formam p(ro)visionis f(acte) de hac materia
loquentis;

De accipientibus laboreria co(mun)is ad coptimum et de offitialibus sindicandis et quibusdam aliis spectantibus ad offitium maioris Syndici. R(ubric)a.

Item cum multi offitiales eligantur
ad laboreria fieri facienda et etiam
multi se obligent ad facienda et p(ro)ficienda

xxvj

laboreria seu ministeria et recipiunt pecu
niam a co(mun)i vel ab offitial(ibus) d(ic)ti co(mun)is et inte
rdum contingit occurrentib(us) d(ic)ta labore
ria et ministeria no(n) incipiantur et penes
singulares p(er)sonas deposita fiant ad pe
titione(m) dictorum electorum seu coptimatorum
quod no(n) est conveniens nec decens quod pecu
nia co(mun)is p(ro)p(ter)ea tali laborerio destinata
si no(n) incipiatur vel no(n) continuaretur la
boreriu(m) sit penes dictas p(er)sonas singula
res. Statuimus et ordinamus quod si aliquis
fuerit electus in futurum in suprastitem alicui(us)
laborerii vel op(er)is vel alicui(us) fuerit coptu
mator quod ante inceptionem d(ic)ti laborerii
vel op(er)is dicta pecunia sit deputata

vel destinata deponatur penes conservatores mone
te co(mun)is p(ro)p(ter)ea vel penes dictos conservatores si
quousque dictum laborerium incipietur vel para
mentum ipius laborerii quo paramento incepto
vel principio dicti op(er)is dicta pecunia p(er) ipos de
positarios detur suprastitibus sive coctumatoribus
supradictis dummodo recipere debeant p(er) idoneos
fideiussores de p(ro)sequendo continuando et p(ro)ficiendo
bona fide sine fraude dictum opus secundum
formam pactorum initorum sub pena quingentarum
lib(rarum) den(ariorum) que pena si no(n) adimplebitur quod
promictunt p(er)dictos conservatores seu tres bon
os homines sup(er) exactione pecunie co(mun)is p(ro)p(ter)ea exigi
debeat pro co(mun)i. Quo op(er)e p(er)fecto vel offitio fi
nito residuum teneantur assingnare infra qui
ndecim dies, in scriptis sindico tantum esse resi
duum et tantam esse residuam pecuniam
et i(n)fra dictos quindecim dies, offitialib(us) co(mun)is
p(ro)p(ter)ea prout sup(ra) dictum est in pecunia cap(itu)lo
restituere. Et quod supra dictum est de fide
iussoribus dandis intelligatur de coptumato
re. Et quod sup(ra) dicitur de assingnatione resi
dui intelligatur de suprastite qui suprastes
debeat opus incipere infra quindecim dies
a die habite pecunie a co(mun)i p(ro)p(ter)ea et ipum sollicite
p(ro)sequi continuare et finire sub pena du
centarum lib(rarum) d(enariorum). Item quod d(omin)us Syndicus
no(n) admictat aliqua probatione(m) nec ad
mictere debeat nec possit p(er) testes vel per
instrumenta nec fidem adhibeat nec adhiberi
possit de aliquibus solutionibus paga(mentis)
vel satisfationib(us) vel refutationibus nisi
de hiis de quibus conncretur et appareret
expresse in libris introitum et exitum quos
assingnaverint offitiales dicto sindico et de
assingnare teneantur infra quindecim dies

ad de depositi offitii pena centum lb. d. ¶ Et ad hoc
ut nulla fraus committi possit / Statuimus quod quilibet
offitialis superstes vel camerarius teneatur et debeat or-
dinari facere unum librum in quo scripti appareant
omnes et singuli sui introitus exitus et expense et
illum librum assignare manu publici notarii
ut supra dictum est pena centum lb. d. ¶ Et
Nullus notarius offitialis cuius non est notarius deputatus
per formam statuti communis Perusii eidem de pecunia seu
camere communis Perusii pervenit seu pervenire debet
possit stare ad offitium aliquod actendendum nisi sibi
notarius deputetur qui eligi et deputari debeat per
dictos priores artium dicti communis et aliter offitium
exercere non possit sub dicta pena ¶ Item quod nul-
lus qui olim fuit condepnatus vel deinceps con-
depnandus seu qui deinceps condepnatus fuerit
per dictum sindicatum possit facere testimonium vel
testificari in causa dicti domini Sindici contra aliquem
sindicandum per eum nec per ipsum dictum sindicum
dictum testimonium recipiatur et si factus fuerit non
valeat nec teneat ullo modo aliquo non obstan-
te / ¶ Item quod nulli offitiali communis Perusii ad
quem pervenit aliqua pecunie quantitas sit
licitum recipere aliquam pecunie quantitatem
occasione sui offitii nisi presente suo notario Et
tunc dictus notarius statim dictam receptionem
scribere debeat in libro supradicto nominato
pena offitiali et notario et cuilibet eorum singulariter
entes fuerint vel negligens fuerit cuilibet et vi-
ce qualibet scilicet offitiali pena quadrupli
et notario decem lb. d. ¶ Et quia plerumque

De expensis inutilibus factis

contingit quod offitiales communis Perusii faciunt expen-
sas inutiles et quandoque scribunt seu scribi
faciunt vel assignant se fecisse expensas
quas non fecerunt vel maiores quam fecerunt
ex quo dapnum resultat communi Perusii. Statuimus

quod dictus maior sindicatus inquirat et inquirere
debeat per omnem modum qui sibi videbitur et
si invenerit aliquem expendisse vel assignasse
se expendisse quod non expendit vel ultra quam ex-
penderit vel in huiusmodi baractariam aliquam
commisisse condepnet reptum culpabilem in quadru-
plo eius in quo contra predicta commisit et in
restitutione rei oblate vel quantitatis Si vero
aliquid inutiliter expenderit puniatur in duplo
eius in quo expenderit solviat commune Perusii.
ad quam veritatem invenire studeat per testes et
per scripturas et per illos quibus dicerentur dicta
pecunia data vel soluta vel expensis facte et
omni modo quo melius poterit Et si dictus
maior sindicus negligens extiterit in predictis
per futurum sindicatorem pena ducentarum lb. den.
condepnetur. ¶ Et quod nulla receptio vel sol-
utio possit nec debeat fieri per aliquem superst-
item vel per aliquem offitialem communis Perusii nisi
presente suo notario. Et quod notarius scribat tales
receptiones et solutiones fuisse factas in sua pre-
sentia. Et quod dicti notarii sint et esse debeant
cum superstitibus et aliis offitialibus et de se
copiam facere Ita quod nullus propter absentiam
notarii penam vel dapnum substineat pe-
na notario si contra fecerit in predictis pro vice
qualibet viginti quinque lb. d. vel de se copiam
non fecerit. Et de hoc sindicari debeat per ma-
iorem sindicatum et puniri pena predicta /
¶ Item quod omnes et singuli potestates et vica-
rii collectores datiarum et collectarum vel alte-
rius cuiusque pecunie castrorum et villarum com-
mitatus Perusii vel ad quos pervenerit aliquid
de bonis dicte universitatis sindicentur hoc
modo videlicet Quod si aliquis offitialis castri vel
ville vel aliquis alius de dicto castro vel villa
unde vel in quo esset vel fuisset dictus potestas
sindicatus vicarius seu collector de commissis

et committendis in futurum accusaret vel accusabit vel denuptiaret vel denuptiabit. Dummodo in denuptia debeat nomina testium inscriptis. Qui sindicus maior et iudex iustitie antequam ad inquisitionem procedat recipiat dictos testes et si probaverint ad inquisitionem procedat aliter non, et talem denuptiatorem condempnet in centum soldis d. Et tunc dictus dominus sindicus procedat et receptum culpabilem condempnet in restitutione rei oblate an oblata vel fraudata est et tantundem communi Pis. in eadem summa. Aliter autem non possit procedere ullo modo contra predictos.

Item quod ille vel illi ad quem vel ad quos spectabit electio dicti domini sindici teneantur eligere tanto tempore ante introitum sui offitii quod reperiatur et habeatur acceptans.

Et veniat Pisis quatuor diebus ante introitum sui offitii integris ut dictum est pena centum lib. den. electori seu electoribus si negligentes fuerint in predictis.

Et quod domini priores artium qui fuerint tempore electionis seu publicationis electionis dicti sindici sub dicta pena per dictos electores predicta fieri facere teneantur et apodissam et pagamentum salarii dicti electoris et notarii et sindici introitum predicto sindico fieri faciat cum effectu sub dicta pena.

Et etiam cancellarius communis Pis. qui erit tempore electionis seu publicationis electorum dominorum potestatis capitanei et maioris sindici et iudicis iustitie teneatur et debeat electoribus notariis et sindicis intus pro ipsis offitialibus eligendis solutionem eorum salarii pro diebus pro quibus debebit ex forma statuti cum effectu dare et solvere secundum formam statuti de hac materia loquentis.

Item quod dictus dominus sindicus habeat et habere debeat expensis communis Pis. domum in qua possit comode habitare quam domum et domum et in loco publico et acto domini priores artium conducere et acquirere debeant temporibus congruis et debitis ita quod eam dictus dominus sindicus in suo adventu inveniat preparatam pena quingentarum lib. d. prioribus predictis et cuilibet eorum si negligentes fuerint in predictis et pensionem domus dicti domini priores possint ordinare et fieri facere expensis de bonis communis Pis. et apodissam et solutionem de ipsis expensis fieri facere teneantur auctoritate presentis legis si opporteret conducere.

Item quod domini priores artium civitatis Pis. et quilibet ipsorum in nihil facere debeant nec proponere nec ordinare in contrarium predictorum pena centum lib. d. pro quolibet contrafaciente et quod secus fieret non valeat ullo modo.

Offitiales vero sindicandi et examinandi ut dictum est sint hii: priores et eorum notarii et nuntii populi et hostiarii et familiares priorum et cancellarius qui erunt addicta offitia sindicentur et examinentur secundum formam presentis capituli.

Item sindicentur et examinentur secundum formam presentis capituli omnes electores quorumcumque offitialium qui dicerentur elegisse simonia vel pecunia vel alia re recepta vel promissa vel precibus aliquid.

Sindicet etiam dictus sindicus omnes et singulos massarios communis Pis. et eorum notarios et fanticellos et omnes et singulos conservatores monete communis Pis. et eorum notarios et fanticellos et marescalcos et offitiales deputatos ad videndum mostras stipendiariorum.

Item sindicet omnes et singulos offitiales et suprastites alicuius vie fontis vel pontis vel alterius laborerii communis Pis. ad quorum manus pervenisset aliqua pecunia vel aliquid aliud accommodari pecunie vel ab aliqua universitate vel speciali persona occasione talis offitii aliquo

no obstante per totum tempus eorum offitii. ¶ Et etiam
quoscumque alios offitiales comunis perusii ad quos eti
am dicta pecunia non pervenisset de omibus et si
ngulis que ad eos pervenissent ultra vel preter
formam statutorum et ordinamentorum comunis et populi perusii ab ipso
comuni seu de bonis ipsius comunis vel ab aliqua universi
tate seu de bonis ipsius universitatis vel ab aliqua
speciali persona seu de bonis alicuius specialis persone oc
casione ipsius offitii et pro gerendis ipso offitio seu
occasione ipsius offitii et de baractariis per eos con
missis sive commictendis in ipso offitio seu occa
sione ipsius offitii et in lucris male ablatis. ¶ Et si ali
quis ex dictis offitialibus eligeret vel poneret
aliquam personam ad ipsum offitium in totum vel in
partem exercendum vel adiuvandum seu scriben
dum in predicto offitio scribenda et talis persona
electa seu posita commicteret aliquid de predictis quod
talis persona posita et electa predicte sindicetur et
sindicari debeat et examinari ac si fuisset poss
ita et electa per comune perusii et offitiales comunis perusii quod
ad hec intelligantur contra quam personam electam
positam sive subrogatam loco alterius fiat exe
cutio si condempnatus fuerit infra quindecim dies
a die late sententie que si fieri non poterit infra dictum
terminum procedatur et fiat et fieri debeat contra
talem ponentem seu subrogantem in locum suum
contra quem subrogatum et positum possit
habere recursum ponens vel subrogans si fuerit
coactus ad solvendum condempnatione de eo facta
que solutio condempnationis predicte habeatur pro
instrumento confessionato. ¶ Et hec ita intelliga
tur esse offitia comunis perusii qui hanc possint et de
beant sindicari per dictum sindicum de sex mensibus in
sex menses non obstante quod eorum non spiravisset offitium.
¶ Item quod omnes offitiales predicti et alii et singuli
per ipsos offitiales ad aliquid agendum positi vel

qui ponerentur vel deputarentur ut dictum est
teneantur et debeant infra octo dies principii
offitii sindici a quo sindicari debebunt se presentare
coram ipso sindico et se scribi facere ad que offi
tia et ministeria deputati pena viginti quinque
librarum denariorum pro quolibet contra faciente. Salvo
quod in casu absentie vel infirmitatis vel alte
rius legitimi impedimenti de quibus stetur
arbitrio dicti sindici possint dicti offitia
les se presentare et respondere per legitimum pro
curatorem dummodo dictus procurator daret te
neatur legitimos et ydoneos fideiussores et
tunc talis presentatio et responsio valeat et tene
at et admictatur aliquo statuto in contrarium
loquente non obstante. Et nichilominus
dictus sindicus possit et teneatur et debeat
per se et suos offitiales investigare et informare
de electionibus dictorum offitialium aliorum per dictos
per libros notariorum eorum actuum et cancellarii
et aliorum notariorum pena eidem sindico detrac
tionis librarum denariorum si negligens extiterit.

De dampnis datis. Rubrica.

XXIII. Statuimus et ordinamus quod dictus maior
sindicus et iudex iustitie sit et esse
offitialis super omnibus et singulis dampnis
datis et que darentur in comitatu perusii toto
tempore sui offitii et uno mense ante per quascumque
personas et in civitate vel burgis vel subur
gis perusii et de dampnis datis de quibus per
veniret processus. ¶ Cum sindicus et iu
dex iustitie et offitiales de dictis dampnis co
gnitionem habeat ipse solus et non alius
offitialis comunis perusii. preterquam de dampno quod
daretur per quo imponeretur corporalis

in subsidium ex forma statutorum communis Perusii
de quo iurisdictione habeat tunc potestas
3 et capitaneus et non alius. Officium vero dic-
ti sindici officialium dampnorum datorum sit, esse de-
beat infrascriptum, videlicet: Quod dictus sindicus
et iudex iustitie, eius assessor possint et de-
beant super dampnis datis procedere contra
dampna dampnantes et dari facientes, citatione,
et condempnatione et per inquisitionem
et ex offitio suo servato ordine iuris et non
servato, et cum litis contestatione et sine, quam
per inquisitionem procedatur tamen prout sibi vi-
debitur. Qui maior sindicus teneatur
et debeat mittere suos notarios berrovarios
et familiares die noctuque ad circumandum in-
quirendum et inveniendum dampna data
in civitate et comitatu Perusii suis tamen sumptibus
et expensis, et quos invenerint dare dampna
vel dedisse vel dari fecisse vel facere possi-
dendis offitialis nec debeat familiam suam
mittere per comitatum Perusii nisi intra tria
miliaria tantum versus civitatem. Intra que
tria miliaria familiam mittere possit et debe-
at pro dampnis datis et quos invenerint
dampnum dare punire possit et debeat et
condempnare secundum formam statutorum communis Perusii
et credatur relatori sive notario eunti ad
predicta cum sua familia sine alia pro-
batione de illo quem invenerint dampnum
4 dantem. Ad hoc autem ut in dictis locis
et a dictis finibus intus dampna dantes
melius sciri possint, ordinamus et de-
cernimus quod idem maior sindicus et
officialis possit teneatur et debeat facere
et eligere vel eligi facere custodes secretos

vel publicos ut sibi videbitur et in eo modo quo
sibi placuerit de burgis et de suburgis et de con-
mitatu Perusii et eos cogere ad offitium acceptandum
et gerendum et eis multas et bapna imponere
et pro communi auferre a non obedientibus sive in maiore
et defacto usque in quantitate centum solidorum denariorum secundum
quod sibi videbitur pena eidem maiori sindico
et offitiali quinquaginta librarum denariorum si negligens fuerit
in predictis per suos sindicatores auferenda tempore
4 5 sindicatus. Item quod in quolibet castro vel
villa comitatus Perusii quod vel que esset prope
civitatem per tria miliaria vel infra tria mi-
liaria eligi faciat et eligi facere teneatur per
sindicum dicti castri et ville ad minus duos
custodes quorum offitium sit in custodiendo de
die et nocte res et bona existentia in pertin-
entiis et districtu dicti castri vel ville. Et omnes
dampnum dampnantes teneantur et debeant denump-
tiare infra octo dies a die dati dampni dicto
maiori sindico et offitiali et credatur et stetur
sine alia probatione relationi et denumptiationi
dictorum custodum vel alterius eorum quod denump-
tiaverint dedisse tale dampnum. Et etiam dictis
custodibus de dampni extimatione usque in
quantitatem centum solidorum denariorum et ab inde in-
fra. Et si dampnum esset a centum solidis supra
debeat probari extimatio dampni per testes
ponendos in denumptiatione per dictos custodes
et denumptiatis ab ipsis custodibus in emen-
datione dampni patienti dampnum et communi Perusii
condempnentur secundum formam statutorum. Item quod signis
5 infra. Qui custodes si dampnum dantes
non denumptiaverint infra tempus octo dierum pro-
testatione non facta vel si eis vel alteri eorum
fuerit facta protestatio et non denumptiaverint
infra quatuor dies a die protestationis sive

facte vel alterius eorum pro receptione dapni vel ali
quem de sua familia et querela fuit proposita
coram dicto maiori sindico et offitiali per aliquem
Civem vel comitatensem Civitatis vel comita
tus perusii. cuius interesset facta probatione de di
cto scilicet quod dapnum tale fuit sibi datum etiam
si non detur a qua persona vel a quibus personis
per sacramentum ipsius querelantis cum duobus
testibus de fama vel cum uno teste de visu quod
datum dapnum esse datum dicti custodes tenean
tur a satisfactione integra dicto recipienti dapnum
de dapno extimatione de qua stetur assertioni
ipsius patientis dapnum cum iuramento super
hoc prestando et extimatio fieri possit tamen usque
in quantitatem centum solidorum denariorum et cum perusii maleficiis
centum solidorum denariorum debeant condempnari. Item
quod dicti custodes teneantur fiant de tribus mensibus
in tres menses. Et quod in fine trium mensium sindicus
Castri vel ville teneatur et debeat sub pena
Centum solidorum denariorum dare novos custodes et eis
demeptiare quod se presentent coram dicto offitiali
coram quo iurent incontinenti eorum offitium
legaliter exercere qua nam penam cogantur
de facto si ipsos non dederint ut dictum est. Et
nichilominus ad eos dapnum omnino compe
llantur. Item quod qui fuerit per dictos custodes
demptiatus de dapno ad demptiatione dictorum
custodum debeat condempnari sine alia pro
batione vel processu set solum stetur relationi
dictorum custodum prout dictum est supra
Teneantur tamen protestans dare eisdem cu
stodibus nomina saltem duorum testium qui pro
bent de fama vel nomen unius testis qui pro
bet de visu dapnum datum fore. Et etiam
nomina testium qui probent extimationem
dapni quando dapnum esset ultra centum solidorum denariorum

Quos testes dare teneantur custodes predicti
in scriptis in demptiatione. Si vero Castrum
vel Villa de comitatu perusii esset distans et
distaret a civitate plusque ultra miliaria omnia
et singula que dicta sunt supra de costodibus
locum habeant et sibi vendicent in sindicis
universitatum castrorum et villarum sic distantium
Cum sindici eodem modo per omnia teneantur
et eodem modo eorum demptiationi et extimationi
stetur prout et sicud supradictum est de custo
dibus cum probationibus de quibus dictum
est supra de custodibus quando demptia
bunt et aliter demptiatus condempnari non
debeat nec possit. Item cum sepes de
struere nichil aliud est quam dare materi
am cuilibet transeunti per eam ingrediendi
vineas ortos et alia bona et fructus destru
endi. Ordinamus quod idem maior sindicus
et offitiales vinculo iuramenti teneatur et
debeat in burgis et subburgis Civitatis
perusii. eligere et ordinare custodes secretos
in numero qui sibi videbitur convenire pena
eidem maiori sindico si negligens fuerit in
predictis Quinquaginta librarum denariorum auferendi
per suos sindicatores tempore sindicatus Qui
Custodes teneantur et debeant omnes et
singulas personas apportantes ligna vel
spinas sepium vel sepes destruentes demp
tiare ad demptiationem quorum et dicto vel alicui
eorum cum sacramento credatur et delinquentes
demptiantique puniantur per ut qualibet
in viginti solidorum denariorum pro quolibet demptiato cum
dapni et pene tertia pars dicti sindici sit
et offitialis et alia custodis predicti et alia tertia
pars sit communis perusii. Quas partes massarii
perusii dare debeant sine precepto vel man

de minori pretio, dictis denumptiatoribus sufficiat
habere mandatum sive preceptum de sua bia parte
sibi solvenda a dictis massariis a dicto maiori sin-
dico cum sua bulletta. Et dictus maior sindi-
cus et offitiales teneatur die noctuque mictere
per civitatem et comitatum perusii usque ad decem con-
fines trium millarium suos berrovarios et fami-
liares et dictos custodes seu guardianos et eos
facere extra portas civitatis interdum pernoc-
tare prout ei videbitur convenire exquirere et
si invenerint aliquem dampnum dare vel dedisse
dictorum quorum familiarium vel custodum vel du-
12 orum extis credatur. ¶ Et si dampnum fuit a
viginti s. infra credatur dicto unius et etiam
unde scripture notarii dicti offitialis creda-
tur quanticumque fuit quantitatis extimati-
onis dampni a dictis viginti s. d. supra et
talis relatio et scriptura pro plena proba-
tione et sufficienti habeatur non obstante
quod absente parte facta fuit nec aliquo alio
extrinseco relatione et scriptura. possit idem offi-
tialis et debeat condempnare facere sine alia
accusatione denumptiatione vel inquisitione
ita quod alia probatio non requiratur et nulla
defensio in contrarium admictatur. Et etia-
m de facto sine condempnatione penas usque in
decem quantitatem viginti s. d. in comitatu perusii
13 possit facere devenire. ¶ Nec super ali-
quibus que spectent ad eius offitium
possit idem maior sindicus et offitialis
pro habendo consilio sapientes eligere.
14 ¶ Et non debeat idem maior sindicus et
offitialis nec aliquis suus offitialis dare
copiam aliarum nomine vel nomen custodum
nec etiam manifestare illum qui denumptia-
verit set tenere debeat in secreto. ¶ Nullus
15 insuper alius offitialis comunis perusii possit vel

debeat eius offitium impedire vel ledere. Set
quilibet offitialis dicti comunis requisitus ab eo
vel ab aliquo ex suis offitialibus teneatur et
debeat ipsum suum offitium iuvare et suum
posse prebere ita quod suum offitium libere possit
15 exercere. ¶ Item quod dictus maior sindicus
et offitiales et sui offitiales et berrovarii et fami-
liares habeantur quousque steterint in dicto
offitio pro civibus perusinis et etiam toto
tempore sindicatus. Et quicumque offenderet dictum
maiorem sindicum et offitiales puniatur ac si
offenderet potestatem vel capitaneum. Et qui-
cumque offenderet suos offitiales vel familiares
puniatur sicud puniri deberet is qui offende-
ret offitiales vel familiares potestatis vel capitanei
17 perusii. ¶ Possit etiam dictus maior sindicus
et offitiales cognoscere procedere et diffinire de
quolibet dampno diebus feriatis et non feriatis
et etiam solempnibus ad honorem dei inductis et
etiam diebus veneris et possit procedere et
inquirere tempore suspecto de quolibet dampno dato
exceptis diebus pascalibus domenicis et festivitati-
bus sancte marie de mense martii et augusti et festi-
vitatibus sanctorum herculani laurentii et con-
18 stantii. ¶ Item quod si aliquis qui dampnum rece-
perit coram dicto maiori sindico et offitialibus
paruerit et accusaverit aliquem sibi dampnum
dedisse non receptum per eundem maiorem sindi-
cum vel eius offitiales vel suos berrovarios
et custodes audiatur per eum. Et si sub iura-
mento affirmaverit dampnum sibi fore datum in
rebus suis vel ab eo possessis vel conductis
seu ad coptimum vel allaboritium sibi concessis
vel quas haberet in tenuta ex primo decreto
ante omnia stetur eius sacramento de dampno

et extimatione dapni et de dapnum dante vel dantibus usque in quantitate viginti s. d. inclusive, et ab inde infra, pro quolibet accusato, dummodo non possit denumptiare vel accusare in eadem actione ultra tres personas in totum et nisi unam personam tantum de una familia. Et predicta contra accusatum seu accusatos pro plena probatione habeatur, et dominus accusatum seu accusatos in ipsa quantitate dapni patienti dapni et comuni pro pena in centum s. d. pro quolibet eorum idem maior sindicus debeat condempnare.

xx ¶ Et si dapnum fuerit a viginti s. supra usque in quantitatem centum s. d. inclusive, sufficiat probatio facta modo predicto cum sacramento iurata, scilicet quod probet accusator per unum testem de veritate dapni sibi fore datum quod in accusatione ipsius deductum fuerit, et dummodo non excedatur numerus vel forma contenta in capitulo Non tamen quis possit. Et tunc accusatum de dapno dato comuni pro pena in decem lib. d. debeat condempnare et dapnum patienti in emendatione dapni. ¶ Si vero dapnum fuerit a centum s. supra, stetur sacramento eius qui se dicit dapnum passum cum probatione unius testis de veritate et duorum testium de fama quod dapnum fuerit illatum et fuerit a centum s. supra. Unde sufficiat eius sacramentum cum probatione quatuor testium de fama, et predicta pro plena probatione habeantur contra inculpatos de dapno tam circa illationem dapni quam circa dapni extimationem. Et tunc dominus maior sindicus condempnet dapnum dantem in extimatione dapni patienti dapnum et comuni pro pena in viginti quinque lib. d. condempnet in eadem summa.

xxii ¶ Et dictus modus probandi ut supra descriptus est locum habeat et habere debeat ubique in materia dapnorum datorum et quocumque dapnum fuerit datum, de quo possit cognoscere dominus maior sindicus, preterquam ubi aliud reperitur expressum vel alia probatio requiratur. ¶ Hoc

xxiii statuimus tamen quod nullus de dapno dato personaliter vel cum bestiis vel a bestiis possit accusare vel denumptiare eandem vel easdem personas nisi semel in bimestri tempore, et de una vice tantum, nisi denumptiator vel accusator vellet plene probare secundum formam iuris dapnum sibi fore datum et extimationem dapni et dapnum dantes, quo casu possit eandem vel easdem personas accusare et denumptiare de pluribus mensibus et de pluribus vicibus prout et de quot denumptiatori vel accusatori videbitur et placebit. ¶ Non tamen quis possit accusare vel denumptiare ultra tres personas, et de una familia nisi una persona tantum, pro dapno dato a viginti s. infra usque in quantitate viginti s. d. inclusive. Et si accusaverit vel denumptiaverit ultra, dicta nulla accusatio et denumptiatio sit ipso iure irrita et inanis in qualibet parte sui, et super ea procedi non possit ullo modo. ¶ Set pro dapno dato a viginti sol. supra possit quis accusare vel denumptiare quot voluerit, dummodo si accusaret ultra tres, tunc probet et probare debeat plene per testes fidedignos dapnum datum et extimationem dapni et dapnum dantes.

xxv ¶ Nullus tamen possit de dapno dato accusare

vel denuntiare ul iurare p procuratorem set
p se ipm tantum. Et predicti locum non ha
beant in universitate corpore ul collegio mascu
lorum ul feminarum cuiuscumque conditionis ul sta
tus existat quo casu possit ipa universitas cor
pus ul collegium accusare et iurare p procu
ratorem vel sindicum universitatis ipius cor
poris vel collegii habentem spale manda
tum ad iurandum. Nec etiam locum habeat
in minoribus viginti quinque annis pupil
lis vel adultis nec etiam infuriosis ul men
techattis nec inprodigis et quibuscumque aliis
p sonis quibus curator datur a lege vel
a iudice quibus casibus ut dictum est in
universitate corpore ul collegio possit tutor
es et curatores predictorum et tutricum actores
accusare de dapno dato et denuntiatione
et accusatione facere et iurare. Ipi aut mi
nores solum ad iurandum nullatenus ad
xxvi mittatur. Nec etiam locum habeat in ec
clesiis quarum rectores possint accusare
et iurare nec etiam locum habeant in mili
tibus set eis licitum et pmissum sit accusa
re et denuntiare de dapno dato et iurare
p procuratores habentes spale mandatum
sicut p se met ipos. Nec etia locum habeant in
mulieribus nec in absentibus ex iusta causa
vel ex aliqua iusta causa impeditis et dicta
causa cessante. quis fuit absens vel ex iusta
causa impeditus stetur dicto et discretioni dicti
xxvii maioris sindici ul eius iudicis. Statui
mus et iusup qd si qua bestia vel bestie ali
cuius dapnum dederit in bonis vel rebus
alicuius ul ab eo possessis ul conductis ul

et ad coptimum ul ad laborerium concessis dns
ul possessor animalis p quolibet animali si da
pnum dederit usque ad quantitatem quinque sold.
d. inclusive puniatur in decem sold. d.
com. pus. Si vero aliquos sold. supra da
pnum fuit datum usque in viginti s. d. incl
usive puniatur in viginti s. d. com. pus.
Et quolibet dictorum casuum ei qui passus est
dapnum fiat emendatio dapni. Et de hiis
omnibus sacramento domini rei ul dapnum passi
xxviii credatur. Possit tn dns ul dapnum
passus et eius familiares seu famulus ca
pere et tenere bestias quas invenerint i
dapno seu loco ubi dapnum datur licite et
inpune quousque sibi de dapno integre sati
xxx sfiet. Si aut aliquod dapnum datum
fuit a bestiis alicuius ul quas aliquis ha
beret et teneret a viginti s. sup et pbatum
fuit seu constiterit p scripturam notarii dicti
maioris sindici vel p duos benvonatos vel
familiares suos seu p duos testes ul p
confessionem dantis dapnum seu dapnum fa
cientis ul alio genere probationis condep
netur ille qui dapnum dedit i emendatione
dapni patienti dapnum et com. pus. in quinqua
ginta d. Si dapnum fuit usque in quantitatem
centum s. vel ab inde infra usque in dictam
xxxi quantitatem viginti s. d. exclusive. Si
aut ab inde sup com. pus. condepnetur
in duplum extimationis dapni. Et condep
xxxii pnetur etiam in emendatione dapni reci
pienti dapnum. Volumus insup qd
quicumque dabit dapnum alicui in rebus suis

vel alt possessis ul conductis ul eciam ad labo
ritium vel ad coptimum concessis in bonis i
quorum tenutam esset in missus auctoritate curie
ex primo decreto. cum aliqua bestia, vz in vinea
orto ul blado arboribus ul sepibus vel in
eas bestias immiserit seu introduxerit. dnus
maior sindicus, et eius offitiales teneantur
ei auferre pene nomine pro unaquaque qualibet et
qualibet bestia si fuerit de die quinque. s. d.
si vero de nocte in decem. s. d. Exceptis pe
cudibus de quibus solvat pro unaquaque qualibet
pro unaquaque pecude. duodecim. d. si fuerit de
die si vero de nocte. duos. s. d. Solvat
etiam pro unoquoque pullo gallinatio seu an
sere. duodecim. d. sive fuerit de die sive de no
cte, et dampnum patienti debeat emendare in
casibus suprascriptis. Volumus. Et credatur de
dampno dato et opdatum fuerit a personis actu
satis, et de ipsius dampni extimatione sacramento
dampnum passi a viginti. s. infra, dummodo
non excedatur numerus sive forma tradita supra
in c. Non tamen quis possit. Set a viginti
s. supra, fiant et sufficiant probationes
de quibus. c. in aliis. c. supius est dispo
situm. ¶ Non tamen possit dnus maior si
ndicus occasione predicta aliqua condep
nationem facere que excederet quantitatem
viginti quinque. lb. d. ¶ Siquis vero miserit 33
equum ul iumentum ad statum qui ul quod
dampnum faceret, solvat de die quadraginta. s. d. et
pro qualibet vice si de nocte centum. s. pro unaquaque
qualibet solvere teneatur. ¶ Insuper statu
imus quod nulla persona tempore quo uve sunt
in vineis excepto tempore vindemie audeat de

foris seu extra Civitatem ul de quocumque loco
apportare uvas, et contrafaciens si detulerit
cum aribus vasellis seu racemis infra pro quo
libet vasello seu racemo. uvarum quinque
s. den. puniatur. Sin vero detulerit aribus
vasellis supra seu racemis puniatur pro quo
libet vasello seu racemo in decem. s. d. Et
nichilominus sindico maiori sindico videbitur
ligetur, et ligari debeat ad catenam que est in
fixa in columpna in pede scalarum palatii po
testatis prius cum ipsis uvis ad collum si
fuerit inventus portare aribus vasellis seu
racemis supra et ibi stare debeat prout predicto
offitiali videbitur. Dummodo quilibet de
vinea vel terra sua vel alt possessa ul co
ducta, ul quam haberet ad optimum ul
ad laboritium ul eius familiaris famulus
vel famula possit singulis diebus Jovis
et dominicis deferre sine pena quinque ra
stellos seu racemos uvarum et ultra de tali
re deferat stetur suo sacramento inspecta
per dnum offitialem qualitate persone deferentis
Et teneatur dnus maior sindicus mictere
familiam suam circa Civitatem et burgos
ad inveniendum seu cercandum apportantibus uvas
de die et de nocte temporibus congruis ex offitio
suo et ad petitionem cuiuscumque petentis sub pe
na Centum lb. d. Et de eo quod denun
tiaverit in comuni habeat etiam partem
et stetur relationi notarii dicti offitialis
vel duorum de sua familia, et habeatur pro
plena probatione. ¶ Et si aliquis de fa
milia dni sindici ul alterius offitialis de
derit dampnum in bonis alicuius ul ab eo po
ssessis ul conductis seu ad optimum vel

ad laboritium concessis vel intravit in dicta bona
causa dandi dapnum condempnetur et puniatur dictus
sindicus in quinquaginta lib. den. tempore sui sindica
tus. Si aut aliquis fuit inventus destrue
aliquos fructus vel palos vineas de die vel de
nocte seu aliqua ligna et non habuit possessio
nem in illa contrata dictus maior sindicus ten
eatur talem inventum compellere ad dicendum
unde exportat tales res. Et si invenerit tales
ubi non habuisse possessiones vel ad possessio
vel conductas vel ad coptimum vel ad laborit
ium sibi concessas aut de voluntate illius cui
fuit locus vel res dictus maior sindicus si
fuit de die quadraginta s. den. si de nocte centum
s. den. pene nomine ei auferre teneatur cuius pene
medietas sit comunis pro tertia et alia accusatoris et fru
ctus palos et ligna restitui faciat ei de cuius re
fuerint accepta. Volumus insuper quod si quis 38
aliquod dapnum dederit iniuriose i. dolose et ex
proposito de die vel de nocte comburendo ei domum
vel domos palos vel meta bladium molend
inum seu balcheriam lignam quoad limatu
vel silvas vel alias arbores vel secando vel
demoliendo vel destruendo domum alicuius vel
ab aliquo possessam in totum vel in partem vel
discopeciendo tectum vel incidendo vel al deste
nendo arbores fructiferos scilicet olivas malos
ficus nuces ceresias vel al arbores fructiferas
nec non infructiferas s. poppulos salices al
anos quercus ulmos estulos vel quascumque
alias arbores vel interficiendo vel vulnerando
bestias que non vent ad strata seu accipiendo
in area aliena de blado vel de meta seu cap
iendo dapnum dando in ortis sepibus et similibus
vel aliquo alio qualitercumque dapnum dando
in quibuscumque rebus alicuius vel ab eo possessis

vel conductis seu ad coptimum seu ad laboritium
ei concessis vel in re seu rebus quas aliquis ha
beret in tenuta ex primo decreto auctoritate curie et dap
num fuit a centum s. den. supra dictus maior sind
icus et offitiales teneantur malefactori auferre
pene nomine quinquaginta lib. den. et dapnum pa
cienti teneatur in quadruplum dapnum facti
emendari et in dicta emendatione dapni dandi dap
num dantem in eadem sententia debeat condempnare.
37 Si vero dapnum fuit centum s. vel a centum
s. infra usque in viginti s. den. dictus maior sin
dicus et eius offitialis auferat ei nomine pene de
cem lib. den. et dapnum patienti emendari faciat.
Set si dapnum datum etiam quandocumque culpa
fuit viginti s. den. vel a viginti s. infra aufe
rant ei pene nomine centum s. den. Et dapnum em
endari faciat dapnum patienti et in dicta em
datione dapni dandi dapnum dantem in ead.
sententia debeant condempnare. Et si dapnum
ut dictum est datum fuit viginti soldos
vel ab inde infra sufficiat ad plenam proba
tionem sacramentum accusatoris iurantis da
pnum esse datum et extimatione dapni tanti
esse cum uno teste qui probet dapnum datum
fore vel iuramentum accusatoris sine teste sim
debitur dicto maiori sindico vel eius iudici inspe
ctis qualitatibus personarum. Dummodo non de
cusentur pluries quam dispositum est. Et quicumque 39
cumque viderit dicta mala vel dapna dare tene
atur prohibere ut non fiant et ipsum malefactore
capiant et capere possit impune si capere po
tuit in dapnum faciendo. Volumus insuper 40
quod dictus maior sindicus et eius offitiales de male
ficiis dapnorum datorum seu de dapnis datis de
die seu tempore noctis in que de nocte dicerentur
data per inquisitionem inquirere teneantur. Et si de al
quo erit publica vox et fama quod dapnum de nocte

fecisset illum valeat terminare per inveniendo
negotii veritatem. Et hoc intelligatur si dampnum
fuit a decem libris supra. Si vero decem libris fuit
vel a decem libris infra, non debeat terminare nec
in formis ponere ullo modo. ¶ Item volumus
quod concordia fieri valeat de dampnis datis sicut
de aliis malitiis, et valeat sibi confessio ad remi-
ssionem quarte partis pene si facta fuit tempore
42 responsionis. ¶ Providimus etiam et ordi-
namus quod omnes et singuli sindici castrorum
et villarum que distant a Civitate Perusii per
tria miliaria et ultra tria miliaria teneantur et
debeant denumptiare inscriptis omnes dampni
in possessionibus vel rebus aliquibus datis
vel possessis seu conductis ab aliqua persona co-
llegio vel universitate affictu coptumum seu labo-
ritium vel alio quocumque titulo, et modo posses-
sis vel in tenuta ex secundo decreto habitis,
aut ante curie infra quartam diem postquam ad no-
titiam sindici castri vel ville comitatus Perusii
pervenerit dampnum fore datum vel commissum in
huiusmodi rebus vel possessionibus in corpore eo-
rum per protestationem ipsi sindico factam si-
ve fiendam per dominos vel possessores vel colonos
laboratores vel coptumatores vel conductores
ipsarum rerum et possessionum vel habentes in tenu-
tam ut dictum est seu per aliquem de eorum
familiis in presentia duorum testium de die facte pro-
testationis. Que denumptiatio fiat et fieri debe-
at domino maiori sindicho vel eius offitiali pena
ipsi sindico qui neglexerit vel obmiserit denump-
tiare ut dictum est quinquaginta librarum denariorum si
dampnum fuit a centum solidis supra. Et si dampnum fu-
erit a centum solidis infra usque ad quadraginta
solidos viginti quinque librarum denariorum. Si vero dampnum fuit

viginti solidorum vel ab inde supra usque ad quad-
raginta solidos pena decem librarum denariorum. Que pene per
dominum maiorem sindichum dicti comitatus de facto ha-
beri, sed de protestatore pro dicta auferantur.
Et teneatur dominus maior sindichus exequtor
dicte pene quinque solidorum denariorum pro qualibet libra. Et
nichilhominus talis sindicus dictam denump-
tiationem dampni de quo est facta protestatio in
termino ut dictum facta sibi secundum protestatio-
nem modo predicto sub dicta pena facta tene-
atur et facta tali denumptiatione dampnorum dictus
dominus maior sindichus coram quo facta fuit
teneatur et debeat dampna dampnantes punire
et condempnare secundum formam statutorum loqu-
43 entium de predictis. ¶ Non teneantur tamen
sindichus denumptiare aliquod dampnum nisi
dampni extimatio non esset a viginti solidis denariorum
44 supra. ¶ Et denumptiatus sit culpabilis
et ad probationem dampni et extimationis ipsius
dampni contra denumptiatum sufficiat probatio
superius denotata quando dampnum est datum
a centum solidis supra ut patet in capitulo Statui-
mus et ordinamus supra de offitio maioris
sindici. Inobedientes tamen eidem maiori sindico
et offitiali possit ipse maior sindicus et
offitialis penam auferre et eam effectu exigere
usque in quantitate quadraginta solidorum denariorum de facto
et idem intelligatur de tubatoribus et
baiulis sub dicta pena debeant ei obbe-
dire et si fuerint inobbedientes dicta pena
eis de facto per eundem offitialem auferri possit.
45 ¶ Et omnia statuta que loquuntur de con-
tumacibus in malitiis et de procedendo contra ...

malefactores intelligantur et bannum habeant
in eodem maiori sindico et offitiali. ita quod citati
et exbanniti ex parte ipsius in dampnis datis
et non uenientes et non comparentes ipsius
mandato habeantur pro contumacibus et con-
fessis et possint condempnari sicut possunt con-
dempnari in aliis maleficiis per potestatem et
46 capitaneum. ¶ Et quod custodes de omnibus penis
condempnationum que in comune deuenerint et de
eorum condempnationum habeant quartam partem
eis soluendam a massario comunis predicti sine
47 aliquo precepto uel mandato. ¶ Et omnia sta-
tuta comunis predicti que loquuntur de ingredientibus
et intrantibus terras, uineas et possessiones
alterius et de dantibus dampnum de die uel de
nocte intelligantur et bannum habeant in
dicto maiori sindico et offitiali ita quod de predictis
possit cognoscere punire et condempnare secundum
eandem formam predictorum statutorum comunis et populi predicti
non obstante quod in aliis offitialibus loquere-
48 ntur. ¶ Et si aliqua contrarietas sit uel
esset in terrea que continentur in presenti capitulo
et ea que continentur in aliis statutis ciui-
tatis predicti sine certa impositione pene
sine certa in alia possit et debeat idem of-
fitialis eligere et obseruare quod magis conue-
niens esse sibi uidebitur. ¶ Non possit 49
tum dictus maior sindicus et offitialis aliquem
condempnare de solo introitu et relatione
berrouariorum uel custodum nisi in uiginti
solidis denariorum. Set si intrando dampnum dederit in
terris siue possessionibus in quadraginta
solidis denariorum. ¶ Et ad hoc ut dicta dampna uitentur 50
ordinamus quod offitialis predictus teneatur
et debeat inquirere qualibet ebdomada
saltem semel per contratas et parrochias ciuita-
tis et burgorum et comitatus predicti infra dictos
confines contra omnes et illos qui dampna
dant uel dare dicuntur. Et si constiterit per fa-
mam publicam uel unum testem aliquem esse
culpabilem de predictis debeat ipsum condempnare
in penis predictis. Nec in dicta inquisitione locus
requiratur uel tempus delicti et nomina testium tene-
antur in secreto. ¶ Pro quibus omnibus 51
et singulis supradictis et infrascriptis in presenti capitulo
contentis occasione sui offitii possit homines
et personas capere detinere et compellere et
carcerare et pignorare prout sibi uidebitur
et placebit. Et etiam pignora illorum qui
condempnationes seu penas et dampni emendati-
onem non solueret uel non obediret eidem
post quindecim dies a die qua capta fuerint
pignora massario comunis predicti possint et de-
beant uendere ad requisitionem ipsius offitialis.
¶ Item statuimus et ordinamus quod si aliquis 52
intrauerit terram alterius cum dampnum dando et
aliquis cum de foris expectauerit quod talis ex-
pectans puniatur per dictum offitialem in decem
solidis denariorum de facto sine aliqua sententia et sine aliquo
processu. Et si aliquis uicinus aliquid ui-
derit aliquem intrare uel dampnum dantem
in bonis alienis ipsius uel alterius assignare
teneatur dicto maiori sindico uel eius offi-
tialibus uel dampnum passo. pena uiginti so-
lidorum pro quolibet contrafaciente et qualibet
uice. Et de predictis credatur sacramento ipsius
offitialis uel alicuius suorum notariorum et relatori
duorum familiarum siue custodum uel alterius
eorum. ¶ Item statuimus et ordinamus quod si 53

aliquis custos falsam fecerit relationem vel de
nuptiationem de aliquo coram dicto maiori si
ndicho et offitiali de hiis que spectat ad eius
offitium quod idem maior sindichus et offitialis de
beat ipsum condempnare in quantitate in qua de
buisset condempnari ille contra quem falsam
relationem denuptiationem vel accusationem
fecerit si vera fuisset relatio denuptiatio vel ac
cusatio. Et ad predicta inveniendum habeat idem
offitialis arbitrium tam in procedendo quam etiam
in retinendo talem custodem qui predictam de
nuptiationem seu relationem falsam fecerit.

94 Item statuimus et ordinamus quod si dictus ma
ior sindichus et offitialis processit per viam
inquisitionis contra aliquem de dapno dato
vel quod diceretur esse datum et probatum fuerit
per unum testem de visu et dictos de forma quod talis
probatio sufficiat et possit illum contra quem
sic probatum fuerit condempnare de dapno dato
secundum formam statuti. Et dictus maior sindi
cus teneatur et debeat de omnibus et singulis
condempnationibus faciendis personarum contra dic
ptum dantes vel dapnum facientes seu occasione
dapni dati fieri facere scripturas duplica
tas faciendas et promulgandas per eum in ma
iori et generali consilio civitatis predicte ad so
nitum maiestatis in palatio potestatis
scribendo breviter solum nomen condempnati
et quantitatem condempnationis et dapni per
eum datum cum bestiis et sine bestiis quarum
scripturarum condempnationum una copia rem
aneat penes ipsum maiorem sindichum
et offitialem restituenda in fine sui offitii
una cum aliis suis actis et libris aliqua
penes notarium dominorum pro parte dicte ci
vitatis.

95 Item providemus statuimus et ordinamus
quod dictus maior sindichus et offitialis non possit
vel debeat recipere aliquam suam partem
nec de ipsa parte se cum aliquo dapnum dante
vel alio componere vel pacisci publice vel
secrete dimittendo partem contingentem co
muni predicte vel alteri alii persone pro ipso dapno dato
vel dando. Sed omnem quantitatem de qua si
cum debet condempnatio deponi faciat penes
massarios comunis predicte et lata sententia partem conti
gentem dicto maiori sindicho et offitiali etiam
dapnum passo quantitatis extimationis dapni
massarii comunis si ad eorum manus pervenerit
etiam partem custodum post pecuniam de
positam et condempnationes factas ut su
perius dictum est sine alia apodissa solvere te
neantur.

96 Et dictus maior sindichus et
offitialis non possit vel debeat deponere vel
deponi facere aliquam quantitatem pecunie
occasione dicti offitii nisi penes massarios
comunis predicte tantum nec aliquam pecuniam reci
piat mictat vel micti faciat in aliquam capp
am vel aliud locum nisi ad manus dicto
rum massariorum tantum pena quinquaginta librarum denariorum
pro qualibet vice qua contra fecerit. Et de hoc
debeat sindicari.

De interficiente vel vulnerante quasdam bestias
que non ivent ad scrictum. Rubrica.

Si quis vel eius familiaris vel aliquis de
familia sua interfecerit vel vulnera
verit porchum vel scrofam capram vel ·xxiiii·
yrcum dapnum dantem seu facientem in
vinea orto vel segete vel in aliqua re sua
vel ab se possessa vel quam haberet ad labo
ritium vel ad coptimum seu in conductione
vel quam haberet in tenutam ex primo decreto

ad penam

ad penam nullatenus ad teneatur Dummodo tamen
Juret in sua re vel aliter possessa vel qua haberet
ad laborerium vel coptimum seu conductionem vel
intenutam ex primo decreto dapnum eum vel eos de
disse, et inuenisse dapnum dare per se vel eius fa
2 miliam. ¶ Et quicumque querelam posuerit contra
Castrum vel villam de dapno sibi dato, et illud
dapnum sibi fecerit emendari seu dapni extim
ationem receperit a predictis vel aliquo predictorum
et apparuerit aliquo tempore eum fecisse vel fieri fe
cisse vel passum esse fieri debeat cognitione
precedente per dictum maiorem sindicum vniuer
sitati contra quam querelam deposuerit du
plum ipsius rei seu pecunie quam perceperit
vel habuerit restituere, et quod preceptatum
fuerit ipso iure sit cassum. Et nichilominus
dictus maior et sindicus teneatur sibi auferre
pene nomine centum. sol. d. pro communi pe
3 cunie. ¶ Statuimus insuper ad obuiandum
ne dapna dentur aliena quod nullus audeat vel
presumat dapna dare seu guasta facere vel
inferre alicui in aliena bonis rebus et possessi
onibus vel aliter possessis vel conductis vel
ad coptimum habitis vel ad laborerium et conce
ssis, vel quas haberet in tenuta ex primo de
creto, sub pena, et ad penam in statuto communis
perusii contentam. Et nichilominus quilibet
Inueniens aliquem in dictis bonis sibi dapn
um dare et etiam famulus et familia dominorum
vel conductoris seu habentis ad coptimum vel
ad laborerium vel habentis in tenuta ex primo
decreto, et qui cum eis vel altero eorum essent
possint talem vel tales dapnum dantes vel
dantes personaliter capere detinere et offendere
in persona et in rebus mobilibus vel se mou
entibus, quas tunc secum haberent et in fortia
dicti maioris sindici et etiam dominorum pote
statis et capitanei in casu in quo ad ipsos vel
alterum eorum expectaret cognitio de dapno

dato et in fortiam communis perusii ducere et pre
sentare impune declaratione facta per Juramentum
illius qui dixerit se eum Inuenisse inferendo si
4 bi dapnum. ¶ Et quod sindici Castrorum et villarum
comitatus perusii teneantur eligere et deputare custo
des ad predicta, qui die et de nocte custodiant
diligenter et custodire debeant dicta bona et
fructus existentes in pertinentiis et territoriis
5 ¶ Qui sindici et custodes et homines castrorum et
villarum. simili modo possint et debeant et tenea
ntur omnes dapnum dantes personaliter et realiter
capere et detinere et in fortia communis perusii et dicti
maioris sindici et dominorum potestatis et capitanei
dicti communis vt supra dictum est ducere et presentare
impune. Et ad predicta et pro predictis et predictorum
occasione dicti sindici et custodes possint et
eis liceat in eundo stando et redeundo impune
arma deferre et portare. Et si dicti sindici
essent negligentes in predictis in Centum libr.
d. pro quolibet eorum debeant condempnari et da
pna et guasta debeant emendare secundum forma
statuti communis et populi perusini aliquo generali vel
speciali in contrarium loquente non obstante.
¶ Quicumque vero habens possessionem
propriam vel aliter possessam ad coptimum seu ad con
ductione vel ad laborerium Inuentus fuerit deferre
vel esset visus, vel inuentus portare vel
deferre ligna poma olera seu alios fructus
puniatur in viginti. sol. d. pro quolibet et
qualibet vice et possit a quolibet capi vel d
etineri et in fortia communis perusii duci et etiam alij qui
cumque habentes possessiones et bona propria
vel aliter possessa vel ad coptimum seu conductio
nem vel ad laborerium qui deferrent vel essent vi
si vel inuenti portare vel deferre predicta ligna
poma olera seu alios fructus ex alijs rebus
et bonis aliorum quam ex eorum possessionibus et
bonis proprijs vel aliter possessis vel que vel quas
haberent in coptimum seu in conditione vel ad

laboritium puniatur in viginti sol. den. pro quo
libet et vice qualibet. Et possint a quolibet ca
pi detineri devetari et in fortiam communis duci. Et
etiam possint per quamlibet personam capi tales non
habentes possessiones proprias vel aliter possessas
vel ad coptumum seu conditione seu ad laboritium
in cippam in cippo palatii dicti maioris sindici
qui esset in dicto palatio vel qui fieret in ipso
palatio si ibi non esset ad petitione dicti offi-
cialis quem cippum massarii communis perusii vel alter eorum
ad petitione vel alterius cuiuscumque persone facere
fieri teneantur expensis communis perusii quas expe
sas facere et solvere teneantur sine aliqua expo
dissa precepto vel mandato et sine solutione ga
belle. Et recepti in ipso cippo puniatur in dicta pe
na et de facto per ipsum officialem sine alia condepn
atione vel processu a contra facientes auferatur
pena predicta et eius quod devenerit in comune quarta
pars sit et esse debeat officialis predicti exactoris
et residuum communis perusii. Salva semper maiori pena
que de tali delicto contineretur in statutis communis
perusii. Nisi predicti fructus vel alter earum por
tarentur de volumtate domini rei vel possesso
ris vel conductoris seu habentis ad coptumum
vel laboritium. Et si talis repertus vel
incippatus diceret se habuisse licentiam a domino
rei. vel quod dominus rei vel possessor vel conductor
seu habens ad coptumum vel ad laboritium eidem
dedisset rem de qua vel cum qua fuit repertus
vel incippatus stetur et stari debeat sacramen
to ipsius domini vel possessoris vel conducto
ris vel habentis ad coptumum seu ad labo
ritium. Et quod possint etiam de predictis ab
omnibus accusari. Et quod ipsi qui haberent
possessiones et bona propria seu aliter possessa
vel haberent ad coptumum seu ad conductorem
vel laboritium qui invenirentur vel reperirentur
cum rebus predictis vel aliqua predictarum vel essent
incippati a portassent cum rebus et bonis aliorum

ipsos fructus et res vel alter earum vel quod sint de
bonis eorum ut dictum est stetur eorum iuramento
aliquo speciali vel generali in contrarium loquente statuto
non obstante. Et etiam possit quilibet qui
invenerit tam bestias grossas quam minutas qua
scumque dantes sibi dapnum accipere et accipi
facere et conducere et detinere ut sibi videbitur
impune nec aliquis possit ipsas bestias sibi
repetere coram aliquo officiali communis perusii nec
inde accusari nec puniri nisi primo detentori
recipienti dapnum emendetur ad suum arbitrium
et voluntate. Dummodo extimatio dapni non
excedat quantitatem quadraginta sol. den. pro
bestia qualibet grossa et de minutis arbitrio
iudicis. Et dum bestias invenerit in suo
dapno seu dantes sibi dapnum suo sacra
10 mento credatur. Et si aliquis detine
ret seu bestias sua aufert recepit in viginti
quinque lib. den. condepnetur per dominum maiorem
sindicum.

De dapno dato in salceto seu arboreto de
ponte novo communis perusii et de custodibus
dapnorum datorum et ipsis dapnis. Rubrica.

Cum dicatur quod in salceto seu arboreto de po-
nte novo communis perusii inferatur sepe
magnum dapnum et vastum incidendo predictum xxv
de et deradicando vel aliter devastando arbores
dicti salceti. Statuimus quod deinceps nullus audeat
vel presumat sine licentia et deliberatione
dominorum priorum et consilii camerariorum artium
aliquam arborem vel arbores dicti salceti vel
arboreti incidere vel expedire vel deramare
vel deradicare vel quocumque modo devastare
pena quinquaginta lib. den. pro quolibet con
trafaciente et vice qualibet et pro qualibet arbore
expedita vel deramata vel incisa vel deradi
cata vel devastata. Et quod sindicus ville pontis

norum et sindicus castri Gorsiani et quilibet corporum quatuor vel sex massariis bonis sue universitatis saltem semel quolibet mense teneantur et debeant personaliter ire ad dictum arbitrium et saltetum et omnes et singulas arbores numerare et revidere et recerchare si aliqua arbor fuerit detruncata vel expedata vel incisa vel deramata vel devastata fuerit vel dampnum ibi illatum. Et hoc recepto teneantur et debeant infra tertiam diem denumptiare sindico maiori comunis Perusii dampnum datum et dampna dantes pena cuilibet ex dictis sindicis quinquaginta librarum denariorum pro quolibet et qualibet vice qua predicta neglexerint observare, in qua pena predictum maiorem sindicum debeant condempnari. Et de predictis inquiratur et inquiri debeat per dictum maiorem sindicum saltem semel quolibet mense.

¶ Sindici castrorum et villarum quibus presunt castrum et villam tempore sui sindicatus teneantur facere eligi duos custodes qui debeant die noctuque custodire in corum et per eorum territorium et districtum ut dampna fieri et dari non possint in aliquibus bonis. Et maior sindicus qui est iudex dampnorum datorum quamlibet universitatem comitatus Perusii que est prope civitatem per tria miliaria et infra compellat dictos duos testes facere eligi et eos assignare, et eas universitates comitatus dictus maior sindicus et sui offitiales compellant ad dandum et assignandum dictos custodes, quos assignare penitus teneantur sub pena centum librarum denariorum pro quolibet castro et quinquaginta librarum denariorum pro qualibet villa tam suo motu quam ad petitionem cuiuscumque petentis.

¶ Qui custodes teneantur custodire die noctuque ne dampna dentur in eorum castro et villa territorio vel districtu in bonis alicuius vel aliquorum seu ab aliquo possessis vel conductis seu ad cottimum habitis ab aliquo ad laboritium et concessis vel habitis ab aliquo in tenutam ex primo decreto. Quos dampna dantes predicti custodes castrorum et villarum que sunt prope civitatem ut supra dictum est ad petitionem cuiuscumque interest denumptiare debeant et teneantur coram dicto maiori sindico et eius offitialibus infra quartam diem a die qua dampnum fore datum pervenerit in notitiam dictorum custodum. Dummodo dampnum fuerit a viginti solidis supra. Et illos quos denumptiaverint dampnum dare dictus maior sindicus condempnare teneatur in penis in statutis contentis. Dicto quorum cum eorum iuramento stetur et credatur de dampno dato et dantibus dampnum. De extimatione vero dampni stetur dicto et iuramento dictorum custodum usque in quantitatem centum solidorum inclusive. Ab inde vero supra stetur dicto et iuramento ipsorum cum probatione unius testis de veritate vel quatuor de fama. Et in denumptiatione fienda per dictos custodes debeat poni expresse extimatio dampni. Quorum custodum duret offitium per sex menses.

¶ Et si aliquod dampnum datum fuerit de die vel de nocte custodes castri vel ville ubi dampnum dabitur teneantur et debeant assignare illum vel quem dampnum dederit quod si non fecerint emendationem dampni de suo facere teneantur. Et ipsi custodes die noctuque debeant taliter custodire quod sciri debeat dampna dantes.

¶ Et si dicti custodes assignaverint vel denumptiaverint seu accusaverint aliquem dampnum dedisse in re alterius vel ab alio possessa vel conducta vel quam haberet ad cottimum vel in conductoem vel ad laboritium vel in tenutam ex primo decreto corum custodum credi debeat iuramento.

¶ Set quando custodes non assignabunt dampnum dantes credatur contra dictos custodes non assignantes nec denumptiantes ut dictum.

est superius iuramento eius qui se dicit passum dap-
num. de ipsius dapni extimatione in quantitate quinque
solidorum denariorum inclusive et abinde infra. Abinde vero credatur
de extimatione dapni sacramento dapnum
patientis cum publica fama vel cum uno teste de
veritate. Dummodo dapnum esse probetur sacramen-
to dapnum patientis et per quatuor testes de fama
vel unum testem de veritate. Licet non probetur per
quem dictum dapnum sit datum et ipsius dapni
extimationem emendare et solvere teneantur. Et
dictus maior sindicus illos quos dicti custo-
des assignaverint seu denumptiaverint debeat
condempnare. Et ipsi custodes quando ipsi
non assignaverint dapnum dantes ut superius di-
ctum est patienti dapnum seu ei qui se pass-
um dapnum asserit in emendatione dapni de-
beat condempnare. Ab ipso patiente dapnum de
dapni extimatione prestito iuramento vel facta
probatione ut superius dictum est. Item si dicti
custodes qui infra debitum tempus non assigna-
verint vel assignaverint dapnum dantes dato
postea libello contra eos ad emendatione dapni
denumptiabunt vel assignabunt aliquem vel ali-
quos dedisse dapnum in rebus vel bonis alicuius
vel ab aliquo possessis vel conductis seu quas
haberent ad coptimum vel ad laborerium vel inte-
mutam ex primo decreto tunc interrogari debe-
ant per iudicem vel suum notarium coram quo est
questio dicti dapni de extimatione dicti dapni
contenta in libello facto contra dictos custodes.
Et si dicti custodes affirmabunt dictam exti-
mationem et tantum fuisse dictum dapnum quan-
tum extimatum est in dicto libello tunc ille
vel illi quem vel quos dicti custodes assigna-
verint condempnetur per iudicem coram quo est
dicta questio sine alia accusatione danda contra
eos sive contra eum et sine alio processu ex eadem
instantia in extimatione dicti dapni illi qui
dapnum passus est et cui pertinet in pena se-
cundum formam statutorum loquentium de dapnis
datis. Et de predictis dictis custodibus credatur
ita quod non opporteat illum qui passus est da-
pnum aliter probare per testes. Si autem dicti
custodes assignaverint vel denumptiaverint
aliquem vel aliquos dapnum dantes vel
dedisset non tamen affirmaverint extimatione
contenta in libello dato contra eos de dicto
dapno et non esse tantum dapnum quantum
extimatum et possitum est in libello seu accu-
sa tunc ille qui dapnum passus est proba-
re debeat summarie sine libelli oblatione et
litis contestatione et sine strepitu et figura
iudicii contra illum vel illos quos custodes
assignaverint et usque in quantitatem viginti
solidorum denariorum inclusive credatur sacramento pati-
entis dapnum secundum extimationem et probationem
quam faciet de dapno sibi dato et condep-
netur ille vel illi qui fuissent assignati
per dictos testes secundum quod condempnantur
ille qui dedisset dapnum aliquod secundum
formam statutorum superius possitorum. Et si dicti
custodes non assignabunt aliquem dedisse
dapnum contentum in libello dato contra
ipsos custodes per aliquem tunc iudex que-
stionis faciat iurare illum qui dapnum
passus est seu dapnum passum se dicit et
si affirmaverit et dixerit suo sacramento cum
probatione unius testis de veritate vel qua-
tuor de fama se dapnum passum fuisse et re-
cepisse sub custodia ipsorum custodum et secundum
extimationem quam faciet suo sacramento eius
sacramento stetur usque in quantitatem centum

no sine libello
et sic [illegible]

soldorum. Et inclusive dicti custodes condempnentur
illi qui passus est dapnum. Et si dapnum esset
maius predictis debeat extimatio dapni per sacramentum
tum dapnum patientis cum uno teste de ueritate
uel cum quatuor testibus de fama ut supius dictum
10 est. ¶ Et si illi qui erunt custodes tempore quo alicui
fuit datum aliquod dapnum quod non denumpti
auerint et non assingnauerint et denumptiati seu co
nenti fuerint occasione dicte denumptiationis non
facte de dicto dapno et de dapnantibus dictum dap
num ipsis existentibus in offitio uel fuerint de
numptiati uel conuenti et dapnum dantes seu dan
tes non denumptiauerint et non assignauerint
secundum formam statutorum non obstante quod non sint
in offitio uel quod eorum offitium sit finitum possint
accusari uel conueniri occasione predicta denumptiati
onis non facte dicti dapni dati de dapnantibus da
pnum et contra eos procedi secundum formam supradicti
capituli usque ad duos menses post finitum eorum
offitium ac si essent in offitio et ipsi non obstante
quod eorum offitium sit finitum possint et debeant et
teneantur usque ad duos menses finito eorum offitio
omnia et singula facere et compleantur secundum
supius formam in presenti capitulo denotatam tam
quoad denumptiatione faciendam quam quo ad solu
tionem pene et emendatione dapni secundum
formam supradictam ac si contra fecerint et non
obseruauerint formam dicti capituli et in dicto offitio
permaneret non obstante aliquo capitulo precedente
uel sequente hoc capitulum. Et quod factum fuerit
in predictis et circa predicta tam contra eos qui
fuerint custodes ut dictum est quam contra illos quos
assingnauerint dapnum dedisse ualeat et teneat et
plenam sortiatur effectum ac si ipsis existentibus
11 in offitio factum esset. ¶ Et si alicui factum
fuerit datum dapnum de die uel de nocte in aliqua
domo siue domibus seu rebus in eis existenti
bus per ingressum siue fractionem domorum seu
per asportationem rerum existentium in domibus ex
istentibus in castris uel uillis comitatus pistorii
uel in eorum uel earum districtu et dictum dapnum non possit
probari fore factum eis per testes et maxime cum ibi
non habitant nec possit sciri bene qui dapnum de
derit seu res accepit seu asportauerit ab illo qui dapnum
passus fuit seu cui res fuerint accepte quod tunc cu
stodes castri uel uille distantis a ciuitate pistoria
miliaria uel infra teneantur denumptiare seu assingna
re dapnum dantes uel res accipientes siue expor
tantes de domibus supradictis quia si non fecerint eme
datione dapni rerum acceptarum siue exportatarum fa
cere teneantur patienti uel ei cui accepte fuerint res
dicti custodes uille seu castri in quo uel qua seu
in cuius districtu predictum dapnum datum fuit facta probati
12 one de predictis ut supius dictum est. ¶ Et si dicti cu
stodes assingnauerint seu accusauerint uel denu
ptiauerint aliquem dapnum dedisse uel res accep
isse dictorum custodum credi debeat iuramento cum
alia probatione uel sine prout supius in principio
huius capituli est expressum. Set quando dicti custodes
non assingnabunt dapnum dantes seu res accepta
ntes et asportantes de domibus supradictis cre
datur sacramento patientis dapnum seu eius qui
se dicat passum fuisse dapnum de ipsius dapni et
rerum acceptarum et exportatarum extimatione cum
alia probatione uel sine ut supius dictum est.
Et facta dicta declaratione et extimatione dictam
extimationem dicti custodes dicte uille seu castri
soluere et dare teneantur dapnum passo cui res
fuerint accepte et asportate de domibus supradictis.
13 ¶ Item dicimus et statuimus si aliquis uel aliqua
receperit seu receperit in futurum aliquod dapnum in
territorio alicuius castri uel uille cuius custodes non
fecerint assingnari ut supius est narratum necnon
capiantur scripti in libro comunis pistorii. tunc hoc casu.

Sindicus dicti castri vel ville teneatur denuntiare
dampnum datum. et dampnum dantes cum extimati
one dampni facta sibi protestatione vel non aliqua
quantitatis fuerit dummodo fuit a quinque solidis supra quo
rum diem postquam innotitia sindici pervenerit dampnum
fore datum. Et si sindicus non denuntiaverit vel di
ctum est infra tempus predictum quod ipse vel ipsa qui
dampnum recepit seu recipiet possit denuntiare dampnum
predictum sibi datum et agere contra sindicum castri
vel ville. Et tunc dictus sindicus de suo proprio emend
are teneatur. ut tenentur custodes predicti ex for
ma presentis capituli et eo modo via et forma proce
datur contra dictum sindicum et denuntiandos
per eos ex forma presentis capituli et dicta in custodi
bus et denuntiandis per eos habeant locum hoc
casu in sindico et denuntiandis per sindicum et pro
agentibus et contra agentes tamquam procedatur co
ntra dictos custodes et procedi debeat ex forma
14 supradicti capituli. Item si aliqua vel aliquae domi
nus combuxerentur in civitate vel burgis
eius vel quavis occasione domus alicuius devastare
tur in totum vel in partem nemini possit
ultra comburendo procedere sed extingui valeat
dampnum ipsarum domorum patienti vel patientibus
dampnum a communi perusii. integre debeat emendari in
ea quantitate in qua duo boni homines eliga
ti ipsam vel ipsas duxerint extimandas. Qui
quidem extimatores eligantur per iudicem coram
quo erit questio dicti dampni a quibus bonis
fiat de modo extimari bona fide sine fraude
mediante sacramento. Et si idem accidit
15 in aliquo castro vel burgis ipsius seu in alia
villa comitatus perusii dampnum emendetur a
communi illius castri vel ville modo et ordine su
16 pradicto. Cum tempore extivo tenere latus
communis perusii se frigerent ad camerulas. Ita quod
omnia ipsarum remaneant ad ipsas camerulas

applicata. Statuimus quod si bestia aliquis
intraverit vel dampnum dederit in aliquo tene
to sine inter aliquas carnas circumclausum
in aliqua parte existente puniatur ille cuius est
bestia pro qualibet bestia in quadraginta solidis denariorum
et pro quolibet porco in Centum solidis denariorum. Et
quilibet sit accusator et habeat medietatem
17 banni. Item si quis vel si qua intraverit in
aliqua parte de ipsis carnis vel ingressus inve
nerit in eis puniatur pro qualibet in
Centum solidis denariorum. Et de predictis omnibus et singulis
credatur cuilibet accusatori cum uno teste
Si vero in territorio alicuius universitatis inve
ntum fuerit dampnum in dictis carnis et sindi
cus dicte universitatis non denuntiaverit dampnum
num dantes cum effectu puniatur quelibet
universitas in Centum solidis denariorum.

Distantio miliariorum in qualibet porta. Rubrica.

Item cum ex forma presentium statutorum
sit attributa iurisdictio congnoscendi
de dampnis datis iudici dampnorum datorum in
tra tria miliaria prope quamlibet portam
suburgorum civitatis perusii. et sepius oriatur .xxvi.
questio quo dicta miliaria protendantur
et usque ad quem locum ut non possit aliquo modo
renovari. Ordinamus quod miliare sit et
intelligatur mille passuum. Et quod massarii
communis perusii infra tres menses post presentium statu
torum publicationem teneantur eligere mensura
tores et mensurari facere tria miliaria in qu
alibet porta mensurando a dictis portis no
vis suburgorum extra versus comitatum perusii
et in fine cuiuslibet miliaris fieri faciant

unam pilastram bene muratam cum lapidibus, arena, calce, et sit octo pedibus alta et in capite sive summitate cuiuslibet ex dictis pilastris fiat et ponatur una crux lapidea in dictis pilastris bene confixa, ita quod bene possint dicte pilastre ab omnibus transeuntibus videri et ipsis expensis comunis Perusii. Et quod pro predictorum expeditione ipsi massarii possint et debeant solvere et dare magistris, manoalibus et mensuratoribus et pro calcina et arena et aliis ad predicta necessariis et opportunis illam quantitatem pecunie que eis videbitur convenire, et de quacumque pecunia dicti comunis ad eorum manus perventa seu pervenienda, sine aliquo alio precepto vel mandato. Et quod ab una pilastra usque ad aliam pilastram intelligatur et sit miliare in qualibet porta prout distinctum erit per pilastras. Pena dictis massariis negligentibus et predicta non expedientibus videlicet centum librarum denariorum pro quolibet eorum, de quibus expresse debeant sindicari per eorum sindicatores tempore eorum sindicatus, aliquo in contrarium loquente non obstante.

Quod maior syndicus sit offitialis super arrediis et viis et quibusdam aliis. Rubrica.

·xxvij· Item statuimus quod dictus maior sindicus sit et esse intelligatur offitialis super arrediis et viis. Cum offitialis habeat et habere intelligatur plenam iurisdictionem, auctoritatem et arbitrium super omnibus et singulis que capitulis infrascriptis denotantur. Et sit executor et iudex super omnibus hiis que in infrascriptis continentur. Item statuimus et ordinamus ad hoc ut infrascripta ordinamenta et statuta per dictum offitialem executioni mandentur et inviolabiliter observentur, quod ad petitionem vel instantiam dominorum priorum artium civitatis Perusii vel alicuius eorum vel eorum notarii sive alterius offitialis aut cuiuscumque persone cuiuscumque status, dignitatis vel conditionis existat, dictus offitialis nullam gratiam faciat nec facere possit in pretermictendo executionem sui offitii secundum formam dictorum statutorum in aliqua parte, pena centum librarum denariorum, in qua per sindicatores suos tempore sindicatus debeat condempnari. Et quilibet possit ipsum accusare et habeat medietatem banni predicti. Et de hoc dictus offitialis debeat specialiter sindicari per suos sindicatores, pena centum librarum dictis sindicatoribus imminente si fuerint negligentes in predictis. Et de hoc dicti sindicatores debeant expresse sindicari. Et ad probandum quod dictus offitialis fecerit gratiam sufficiat probatio de publica vox et fama.

De coronis non portandis et frençalibus vel ghirlandis. Rubrica.

Item statuimus quod nulla mulier cuiuscumque status et conditionis existat audeat vel presumat portare vel habere in capite ·xxviij· aliquam coronam de auro vel argento cum gemmis vel lapidibus vel perlis ornata vel non ornata. Possint tamen et eis liceat in capite portare et habere frençale vel ghirlandam de perlis arlegaturas et alia quocumque modo et de quacumque materia, non tamen in forma corone, usque ad costum et valorem octo florenorum auri et non ultra, non computatis velectis. Contrafacienti autem cuilibet et pro qualibet vice qua contrafacit reperitur pena auferatur viginti quinque librarum denariorum, cuius medietas sit comunis

perusii et quarta pars sit accusatoris et alia quarta
pars sit offitialis qui dictam penam venire fece
rit in comuni. Et si non fuerit accusator medietatem
dicte pene habeat offitialis predictus, alia vero
pars sit comunis perusii.

De perlis lapidibus fregiaturis de auro et argento et schiagialibus non portandis. Rubrica. capitulo

xxviiii. Item quod nulla mulier cuiuscumque etatis vel con
ditionis existat audeat vel presumat portare
re vel habere super vestimentis quibuscumque ali
quas perlas vel aliquos lapides pretiosos possit
tamen impune habere super vestimentis fregia de filo
de auro vel de argento que sint valoris ad plus
trium florenorum auri, scilicet fregia que sint in uno pa
nno seu una veste et portare et habere monilia
non de argento deaurato vel non et in quacumque forma
ad manicas et bottonaturas que non excedant pon
dus unius libre seu costum et valorem novem
florenorum de auro. liceat tamen dictis mulieribus portare
cingulum sive schiagiale costi et valoris decem florenorum
auri ad plus et ab inde infra et non maioris pre
tii et ponderis unius libre ad plus in quo non
sint perle nec lapides pretiosi. sub pena viginti
quinque librarum denariorum pro qualibet vice qua contra fece
rit in predictis vel aliquo predictorum. cuius pene
medietas sit comunis perusii. aliam medietatem habeat
offitialis predictus si non supervenerit accusator. Si
autem supervenerit accusator tunc habeat quartam
partem dicte pene accusator et aliam quartam
partem habeat offitialis predictus.

De velluto et drappis non portandis. Rubrica.

xxx. Item quod de cetero nulla mulier portare po
ssit indiviso vel addversum vestimentum
vel mantellum de velluto sive samito aur
ato vel non aurato, sattam vel camucta sub
pena viginti quinque librarum denariorum pro vice qualibet
qua contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum.
Dummodo si pluribus vicibus invenita esset
una eadem die non debeat condepnari nisi pro
una vice tantum. possit tamen guarnacchias
et mantellos fulcitos de sindone sive taffito
portare et etiam gippattas seu gippas de
ctis sindone sive taffito et mantellos de ciam
bellocto. Dummodo aliquis mantellus non ex
cedat costum vel valorem vigintiquinque florenorum
et quilibet possit accusare de contentis in presenti
capitulo et aliis duobus capitulis proxime precedentibus
et habeat quartam partem pene predicte et te
neatur sibi credentia probando per unum testem.
Et possit dictus offitialis procedere cum promoto
re et sine promotore ad denuptiationem cuius
cumque et ad relatione notarii dicti offitialis
cuius notarii relatio plena probatione habeatur.
Et quando dictus offitialis procederit per accusatio
nem tunc habeat dictus offitialis quartam partem
pene qua venire fecerit in comuni. Et quando
procederet ex offitio vel ad relatione sui notarii
habeat dictus offitialis medietatem pene predicte.

De anulis non portandis nisi ad numerum trium. Rubrica.

Item possint portare dicte mulieres
anulos in digito cuiusque materie et valo
ris octo florenorum auri impune usque ad numerum . xxxi.
trium inclusive et non ultra. contrafaciens
vero puniatur in centum solidis denariorum pro qualibet
vice et quolibet anulo.

De mulieribus euntibus ad maritum non liceat habere vel portare nisi duas robbas honorabiles tantum. Rubrica.

Item statuimus et ordinamus quod nulla
mulier que de cetero maritaretur vel in . xxxii.
antea esset que non dum ad virum accessit

licat habere vel portare nec eius nomine emi
parantur possit quoquomodo directe vel per
obliquum aliquo colore quesito, nisi duo paria
pannorum honorabilium pannorum novorum que duo pa
ria sibi faciant et debeant offitiales predicto a
ssignari antequam ad virum accesserit, et alios pa
nnos honorabiles ultra predictos portare
non possit contrafaciens vero puniatur in
viginti quinque libras denariorum.

De quibusdam rebus non donandis vel
presentandis per consanguineos occasione ali
cuius parentele. Rubrica.

Etiam ordinamus quod non possit nec debe
at per parte viri alicuius vel patris vel
matris eius vel cuiuscumque consanguinei vel
.xxxiij. affinis mariti vel alterius cuiuscumque persone oc
casione alicuius parentele nuptiarum salutarum
sive mancie vel alia quacumque de causa, dari
vel presentari aliquis scagialettus scagiale
bursia corona pannorum lini nec lane carnes cap
pones nec aliquid aliud quocumque nomine censi
atur. Vel mutuo recipiatur directe vel per obliquum
pena cuilibet contrafacienti et vice qualibet
viginti quinque librarum denariorum. Et econverso per parte
uxoris vel alicuius sui consanguinei vel alterius
persone observetur et fiat sub dicta pena, dum
modo predicta non vendicent sibi locum in pa
nnis scagialetto sive scagiali, bursia, calcia
mentis frontalibus, girlandis, anulis, dari et
mitti solitis ad desponsandum viris uxoris tam
tempore quo ipsa virum accedere debet ad maritum
et non alio tempore non transcendendo predicta valore
cum contra formam supradictorum capitulorum nec bur
sia predicta transcendit valorem duorum florenorum
auri. Possit tamen maritus in festo nativita
tis Domini mittere et donare uxori usque in quan
titatem duorum florenorum auri vel valorem ipsorum
in rebus tamen non vetitis per formam alicuius

capituli statutorum in presenti volumine contentorum.
Et pro observatione presentis capituli statuimus
quod quilibet notarius qui rogatus fuerit de contractu
matrimonii cuius dos ascendat usque ad quantita
tem ducentorum florenorum auri supra teneatur et debeat
dare in scriptis dicto offitiali nomina promictentis
seu promictentium et recipientis seu recipientium
dotem promissione infra octo dies a die celebrati
contractus, pena centum librarum denariorum. Cui offitialis
teneatur et debeat ipsa nomina facere registra
ri et infra quindecim dies immediate sequentes
dictos sic registratos requiri faciat et citari et
eis deferat iuramentum quod presens capitulum et contenta
in eo debeat observare sub dicta pena.

De recusantibus vel fugientibus vel celantibus
se a dicto offitiali et eius familia et nomen suum. Rubrica.

Item ordinamus quod si qua mulier inventa
negaverit vel recusaverit vel aufugerit quo
minus offitiales dicti et pro predictis possit ipsam .xxxiiij.
videre vel nomen suum celaverit quominus scire
possit an in dictis legibus vel aliqua ipsarum fran
gendum commisit et tunc habeatur pro confessa de
hiis de quibus notarius vel aliquis alius de fam
iliaribus dicti offitialis dicto offitiali retulerint et
denumptiaverint contra aliquam predictarum legum fecisse.

De modo pene solvende per mulieres et qua
liter alii pro eis compellantur et solvat.
Rubrica.

Item ordinamus quod si qua mulier delinquens
contra predictas leges vel aliquam ipsarum veni
ret et ex hoc condempnata erit pena qua per sua con .xxxv.
dempnatione solvetur si maritus eam solverit vel sol
vi fecerit detrahatur de dote dicte mulieris tan
tum quantum solutum fuerit. Et tempore restitutionis
dotis si casus restitutionis contigerit maritus
vel eius heredes tanto minus debent restituere.

tercatur quantum fuit solutum. Et iudex qui ha
bebit executionem instrumentum restitutionis dotis in ea
quantitate que soluta fuit occasione predicta exe
cutionem facere non possit nec debeat pena vigin
tiquinque librarum denariorum. et ad maiorem quantitatem sol
vendam compelli non possint. Et quod viri et alii de
domo in qua habitaverit talis mulier et eorum bona
possint et debeant pro predictis et ad solvendum
dictas penas realiter et personaliter cogi et compelli
ab officiali predicto.

Quod confitentibus maleficia remictatur quarta pars
pene. Rubrica.

Item ordinamus quod si contra aliquam per
sonam procederetur per accusationem vel inqui
sitionem que contra predicta vel aliquod predictorum
fecerit seu venerit vel fraus in dictis legibus commiserit
et infra octo dies a die notificationis processus et noti
ficationis eidem facte de dicto processu per se vel eius
procuratorem habentem ad hoc speciale mandatum
confiteretur delictum de quo contra ipsam proce
deretur beneficio confessionis tollatur quarta
pars pene quam incurrisset et solvere deberet
Salvo quod predicta non habeant locum in dicente vel facien-
tis per dictum officialem et eius familiam. xxxv.

De donis et mangiariis non fiendis affiglatis. Rubrica.

Item ordinamus quod nulla persona possit nec
debeat donare vel facere seu fieri facere per se
vel per alium palam secrete vel occulte alicui suo
affiglato vel affiglate aliquos pannos lane
vel lini vel alicuius materie cordones seu strengal-
tos seu pecunia seu carnes nec aliquid aliud
causa mangiarie donare vel presentare aliquid fac-
tum nisi solum certum preliminum et contrafaciens
pro vice qualibet condempnetur in centum libras denariorum.
Aliquo non obstante. xxxvi.

De conviviis denariorum de sero non fiendis. Rubrica.

Quia scriptum est qui male agit odit
lucem et iniusti nec possint volentibus
male facere dum tempus suadeat omnia de sero
facere dominarum. Statuimus quod sub pena vigin
tiquinque librarum denariorum nulla persona possit omnia
facere dominarum de sero dummodo predicta non
intelligantur in filiabus neptibus sororibus
carnalibus et aliis mulieribus consanguineis et
affinibus coniunctis usque in tertium gradum
inclusive. Salvo etiam quod die nuptiarum tantum
possit per parte viri omnium dictarum fieri cenarum
voluerit sive de mane sive de sero. xxxvii.

De conviviis non fiendis nisi usque ad certum numerum
et de modo invitandorum. Rubrica.

Quod gentes possint conviviorum sumptus et
honera tollerare duximus taliter sta
tuendum. Quod nullus possit convivium facere xxxviii.
masculorum in civitate et comitatu et prope
ab uno miliari intus versus civitate ultra
numerum viginti exceptis consanguineis et affinibus
usque in tertium gradum inclusive. Et predicta
locum non habeat in solemnitatibus pasche et
et nativitatis domini et etiam in militantibus
tempore militie eorum et in nuptiis nec etiam intelliga
ntur in solemnitatibus ordinatis ad venerandum
corpus et festum beati Herculani que simul
ad scopum comedit tempore festivitatis ante
vel post per unum mensem nec etiam in conviviis
aliquorum doctorandorum in quacumque facultate
nec liceat dare vel quomodolibet dari fa
cere directe vel per obliquum alicui cum prandio
in aliquo convivio seu magnare ultra tres
vivandas de carnibus. Et si contingat dare
carnes bovinas non possit inter eas appo
nere scutellam sive menestram maioris pon
deris duodecim unciarum. Si vero carnes castratinas

octo librarum, et porcinas sex librarum. Si edulinas medium capretum inter duos, caponem unum inter duos, et fasianos unum. Si sturnas duas sit tam scilicet cum ipsis sturnis duos pipiones vel pollastros addere ad plus. Si sine pipiones vel pollastros unum, si pollastros tres tres vel paparos unum. Si pollastros tres vel duos pollastros cum duobus pipionibus, gallinas unam. Si porchetum unum quartum inter duos, sturdos sex, si quaglias quatuor liceat in cum qualibet dictarum vivandarum dare inter duos unam libram carnium salitarum et duas libras siliginem cum una lingua minestra inter duos. Et si quis voluerit de pluribus carnibus in uno talglerie et porcione vivanda dare aliter quam superdictum sit possit, dummodo dicte carnes simul date inter duos non excedant pondus duodecim librarum. Et turta parmegiana, tortelli carnium in numero dictarum vivandarum non intelliguntur. Et qui contra fecerit in predictis perdat qualibet et qualibet vivanda data contra dictum modum decem libras denariorum pene nomine solvere teneatur. Et predictum est de ponderare carnium et numero fercularum sive vivandarum non habeat locum in militiis et tempore quo aliquis militaret nec in doctorantibus quo casu possint predicta excedere militantes et doctorantes.

Quod commutantes a certo numero supra teneantur notificare offitiali. Rubrica.

xl. Et ut contenta in presenti capitulo et statuto melius observentur, statuimus quod quicumque voluerit convitare seu convivare aliquos vel aliquas extra domum commorantis aliquas personis supra exceptis dictis consanguineis et affinibus tam masculis quam feminis usque in tertium gradum inclusive, et quod sint consanguinei et affines sufficiat probatio duorum testium de fama. Et in casibus supradictis teneatur et debeat sub pena viginti quinque librarum denariorum, antequam carnes emat aut emi faciat, quas ad comedendum dare voluerit, ire seu mittere ydonea et legitima persona ad dictum offitialem vel eius notarium, et dicto offitiali vel eius notario idem commutator seu ille qui nomine commutatoris accesserit notum faciat de omnibus primo supradictis videlicet de numero comunandorum et de carnibus dandis et de ponderare ipsarum et eum dictus offitialis vel eius notarius iuramentum facere teneantur ad sancta dei evangelia corporaliter tactis scripturis quod dictum modum non excedat nec excedi faciat aliquo modo sagacitate vel ingenio. Et idem offitialis vel notarius eidem postulanti licentia dare teneatur pena in contrarium facienti communium que supra denotata est videlicet viginti quinque librarum denariorum pro qualibet vice. Et de predictis possit predictus offitiale inquirere ex offitio et ad petitionem cuiuscumque et ad condempnatione procedere prout eidem visum fuerit.

De donis et mancis non fiendis religiosis personis vel mulieribus que maritarentur. Rubrica.

Et ut alie expense mulierum tollantur in totum tollantur, ordinamus quod nulli liceat tam civi quam comitatensi, pusillo maiori vel femine dare vel donare palam vel secrete tacite vel expresse per se vel alium aliquam manciam sive donum denariorum facculam ceram xli.

vl aliam quamcumque. Item presbiter vel alium aliquo co
lore quesito aliquem clericum siue religiosum vel ali
quam mulierem religiosam vel aliquam mulierem dimman
daretur vel iret seu iuisset apud maritum vel du
m intraret monasterium vel velaretur vel clericus
siue religiosus diceret vel cantaret missam nouel
lam vel religionem ingrederetur. Possit tamen
donare religiosis personis in dictis casibus a qualibet
persona decem solidos denariorum ad plus vel vnam libram cere.
Et quelibet mulier possit donare in dictis casibus
cuilibet religioso vnum tovalglertum. Et qui contra
fecerit puniatur per dictum offitialem in decem libris denariorum
pro qualibet persona donante et vice qualibet. Et de
predictis omnibus et singulis in dicto capitulo contentis
dictus offitialis in pena et ad penam centum librarum
denariorum eidem auferenda tempore sui sindicatus teneatur
quolibet mense duabus vicibus ad minus facere in
quisitionem per portas et parrocchias ciuitatis
et burgorum publice palam vel secrete ut sibi vide
bitur ex suo offitio cum promotore et sine ad eius
arbitrium et voluntate aliquo non obstante. Et
nec illi hominibus de predictis vna vice in mense tene
atur in ciuitate et burgis publice facere bapni
mentum et ire et mictere notos et familiares ad
vineas et ad alia loca ad rimandum de omnibus
supradictis penis et bapnis predictis. Et predicta
locum non habeat si tempore ingressus mona
sterii vel dum clericus et religiosus diceret vel
cantaret missam nouellam tempore offitii misse
aliquis vellet offerre in altari ad modicum
denariorum parui sibi infra que vnusquisque possit fa
cere sine pena.

De ludis coronarum et ...marum et aliorum non fiendis. Rubrica.
Capitulo.

.xlii. Quia quasi communiter omnibus displicere
creditur ludus per mulieres fieri solitus
qui coronae vel rime vel alio nomine ludus appellatur

procterea statuimus. Quod nulla persona vel
puella cuiuscumque status vel etatis existat
possit nec debeat facere vel portare coronas
que consueuerunt portari per ciuitate burgos
et suburgos vel alibi rimas facere vel alio
modo intendere acquirendi pecunia a transe
untibus nec aliquod genus ludi per quod
petatur vel acquiratur pecunia vel alia
res nec aliquis vel aliqua eis assistere vel
cum eis adesse vel adesse nec etiam faciendo
apparatum claudendo portas et alia impe
dimenta faciendo que fieri consueuit per
comitatenses quando aliqua mulier nuptiarum
traderetur vel ad virum duceretur. Qui
aut contra fecerit in predictis vel aliquo predic
torum puniatur in quadraginta solidos denariorum pro
vice qualibet et quolibet et qualibet contrafaciente.
Et quilibet possit esse accusator et habeat me
dietatem bapni. Et ad dictam penam soluendam
quilibet maior domus teneatur pro omnibus
de domo et suis famulabus contrafacientibus
in aliquo in presenti capitulo contentis. Et of
fitialis potestatis teneatur ire et mictere ad loca
vbi fieret contra in predictis ex suo offitio et ad
petitionem cuiuscumque. Et omnibus diebus festiuis
rimare et rimam facere pro predictis et reptos
culpabiles condempnare in dictis penis de facto
et credatur relationi offitialis adhercentis et
eius familie pena eidem offitiali vigintiquinque
librarum denariorum si non iret vel micteret familiam ad inue
niendum vt dictum est. Et etiam quod sit licitum
cuilibet libere et impune accipere bursias stagna
les cordones et res alias que portarentur
in dicta corona vel rima et eas manus penes
sine virga vel corrigia vel aliter sine armis
et etiam assistentes eis et proponentibus de
etiam coronam vel tales ludos facientibus vel

pena offitial.

.xliii.

assistentibus Et quod potestas et Capitaneus nec
alius offitialis communis predictorum contra tales accipie
ntes dictas res vel patientes predictos con
gnitionem non habeant ullo modo Et de predictis
in dicto capitulo toto et ordinamento contentis
stetur et credatur Juramento accusatoris et habea
tur pro plena probatione :—

De amantibus et vagheggiantibus ad indulgen
tias. Rubrica Capitulo.

Item statuimus quod in aliqua Ecclesia vel
Claustro seu platea alicuius Ecclesie vel
quod vel que esset ante ipsam Ecclesiam die fe
stivitatis ipsius Ecclesie Nullus Juvenis etatis
a quindecim annis supra usque ad quadraginta
possit residentia facere seu ad vagheggiandum
dicta die vel alia die permanere sed cum obla
tione obtulit si offerre voluit statim exire
debeat de ecclesia et recedere a claustro vel platta
predictis Et ubi non esset platea et claustrum
stare non possit ad predicta in aliqua via prope
ecclesiam ad decem passus nec tamen vendere sibi
locum quando predicaretur vel offitium divi
num celebraretur in ipsa Ecclesia dummodo
non stent in parte Ecclesie in qua stant mu
lieres contrafaciens vero in viginti quinque
libris denariorum pro vice qualibet puniatur Et quod
quis stet ad amandum vel vagheggiandum
stetur in provisione et discretione Custodum
secretorum et denuptiationi ipsorum custodum
et cuilibet eorum stetur et credatur vel dicti
offitialis vel eius familie quando accederet
ad predicta et invenerit aliquem vel aliquos
contrafacientes ut dictum est pena offitia
libus in predictis negligentibus pecunialis vice centum
librarum denariorum de quo expresse debeant sindicari :—

Quod ordinamenta communis non intelligantur ad pias
causas. Rubrica capitulo.

Item corrigentes capitulum de communis in parte
ubi dicit de novo communadoro Ordinamus
quod predicta que dicta sunt de novo communadoru
non vendicent sibi locum in opere vel commestione
pietatis nec in aliis qui vellent obvenientia
alicui sancti vel sancte festare vel festum collige(re) :—

Quod non portentur corone vel schagialia tempore nuptiarum
vel conviviorum. Rubrica capitulo.

Item ad tollendas fraudes et cautelas que
possent excogitari circa delatione scagia
lium et coronarum et aliorum arredorum de quibus etiam
in capitulis fit mentio quod dicte mulieres tempore quo
ducerentur ad maritum vel alio tempore non solum
predicta portare non audeat sed etiam pallas per
sonas defferri facere non debeat sub pena in ipsis
capitulis contenta Et quod nulli liceat maiuscule
femine ea deferre occasione nuptiarum vel alio
colore quesito cum dictis mulieribus vel sine
vel in domo in qua fieret aliqua conviva vel
cortegia tenere vel teneri facere vel tenentes
retinere sub dicta pena Et de predictis omnibus
stetur et credatur relationi dicti offitialis
vel eius familie Ita quod mens talium legum
inviolabiliter observetur :—

De extimatoribus eligendis super arredis. Rubrica.

Item quia in precedentibus capitulis est
permissum quod mulieres possint portare ghir
landas frontales schagialectos abottunatu
ras vursias anulos et res aliquas valoris
et costus et extimationis certe quantitatis prout
in ipsis capitulis continetur Ad hoc ut de valo
re costu et extimatione talium rerum certitudo
sufficiens habeatur per offitiale predictum teneatur
et debeat idem offitialis eligere extimatores talium
rerum quoscunque voluerit expertos et praticos de
arte vel misterio sive negotiatione talium rerum
rerum prout dicto offitiali videbitur convenire ista
decem dies a die inventionis talium rerum et ipsos

extimatores cogere per iuramentum ad extimandum
dictas res bona fide et sine fraude. Et si dictam
extimationem facere recusarent, eos de facto com-
pellat ad solvendum centum solidos denariorum, per quod tamen
et possit alios extimatores eligere et eos eodem
modo compellere et punire donec extimationem
fecerint, pena quinquaginta librarum denariorum dicto offi-
tiali si negligens fuerit in predictis.

De modo tenendo per offitialem contra celantes sibi
nomen. Rubrica capitulum.

xlvij. Item quia plerumque contingit quod homines
et mulieres delinquentes contra formam
predictorum et infrascriptorum ordinamentorum dum
inveniuntur ab offitiali proprium nomen occul-
tant ad hoc ut non possint ex delicto pu-
niri, statuimus et ordinamus quod dictus offiti-
alis possit et sibi liceat cogere per se et offitia-
les suos qui fuerint ad inmandum per civi-
tatem burgos et subburgos de huiusmodi del-
inquentibus quoscumque voluerit ad dicendum no-
men persone invente seu recepte per iuramentum
et si quis tale iuramentum prestare contempse-
rit et veritatem dicere recusaverit puniatur et
punire debeat arbitrio dicti offitialis a decem
usque in quantitatem centum solidorum denariorum.

nota contra celatores nominis

De mortuis non ornandis et non portandis nisi
certa forma. Rubrica.

xlviij. Quom consuetudo fuerit per usum mortuorum cor-
pora honorare non tamen in reportando
deditum ad sepulturam sed tamen ad nup-
tias et convivia. Hoc presenti capitulo statuimus
quod nemo de cetero aliquod corpus hominum
alicuius mortuum audeat aliqualiter honorare
possit tamen induere de una tunica vel dorso
valoris duorum florenorum auri et non ultra et mu-
lieres vel flostellos in capite et masculi cappu-
tium. Et quia scientiati et milites debent
merito alios in honoribus superare, or-
dinamus quod milites doctores iudices et
medici mortui possint indui non obsta-
nte quod dictum est supra de indumentis qui-
buscumque et in capite portare capputeum
valoris viginti quinque librarum denariorum inter indumen-
tum et capputeum. Et etiam ultra predicta va-
rium in pelle sine mantello et etiam in cappu-
tio contra vero faciens tam illi de domo
defuncti quam etiam ornatores vel induentes
contra formam predictorum puniantur in vigin-
tiquinque libris denariorum pro quolibet contrafaciente et
vice qualibet.

De clericis et religiosis certo modo vocandis
ad mortuos. Rubrica.

Quia scriptum est quod afflicto afflictio
non addatur et consanguinei mortuorum
morte ipsorum non modicum affliguntur sine . xlviiij.
aliis expensis inmoderatis et inutilibus co-
ordinamus quod pro nullo corpore mortuorum
quod contingerit amodo sepelliri apud ecclesiam
religiosorum beatorum Francissci Dominici et
Augustini vel alterius cuiuscumque religionis
vel ordinis aliquis quisque audeat vel pre-
sumat vocare invitare vel vocari velud in-
vitari facere vel etiam habere debeat aliquos
alios de alia religione vel ordine alterius
nisi tamen illos apud quorum ecclesiam corpus
debet tumulari nec etiam aliquem alium cleri-
cum secularem nisi esset clericus sue parr-
occhie cum uno sotio tamen. Et si non obsta-
nte hac prohibitione vocaret invitaret vel

vocari seu invitari faciat vel etiam habere.
Statuimus quod vocantes seu invitantes et voca
ri seu invitari facientes vel in contrarium ha
bentes pena centum librarum denariorum puniatur. Et
quod expenditores non debeant dare candelas
nec aliquid aliud eisdem accedentibus contra
prohibitionem pena centum librarum denariorum. Et quod expe
nditores predicti debeant esse layci et subiecti
iurisdictioni communis perusii. Si vero contrafactum
extiterit in aliquo expenditores solvat et solvere
debeant illi de domo quorum fuit cadaver
centum libras denariorum. Et si contigerit aliquem
vel aliquam apud ecclesiam sancti laurentii
et ecclesiam sancti angeli de foris portam
vel apud ecclesiam sue parrocchie eligere se
pulturam vel ad aliquam ecclesiam parrocchi
alem que non esset locus fratrum et sepeli
retur quod tunc clerici seculares tantum possint
accedere et vocari et non aliquis alius religi
osus vel ordinis alicuius nisi duo fratres de
bentes predicare associati duobus sociis.
Et si quis contra prohibitionem presentis capituli
vocaverit vel requisiverit aut requiri vel
vocari fecerit pena supradicta puniatur. Et
nichillominus expenditores sub dicta pena
non debeant candelam dare nec aliquid ali
ud. Salvo quod predicta non intelligantur nec
locum habeant in offitialibus forensibus
communis perusii. Et in episcopo perusino et doctoribus
artium qui decederent durante offitio.

De corrotibus et luctibus non fiendis ad mor
tuos. Rubrica.

Quoniam in civitate perusii tempore quo moriuntur
homines et sepelliuntur fiat quasi
communiter magnus rumor clamor et fletus
per homines et mulieres contra formam statuti et
ordinamentorum communis perusii. Statuimus et ordina
mus quod nemo andat vel presumat tempore quo
aliquis moriretur vel sepelliretur vel ante se
pulturam vel post facere luctum vel ploratum
ullulatum vel clamorem nec andat aliquis
capud excoprire nec capillos extrahere nec pa
nnos dilacerare nec faciem dissonare pena
centum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et qua
libet. Exceptis in predictis omnibus uxoribus
defunctorum filiabus et sororibus carnalibus
et matribus et neptibus carnalibus que possint
corrottum et predicta facere in domo vel ecclesia
ubi esset cadaver mortui.

Quibus et quando liceat ad mortuos plorare.
Rubrica.

Item exceptis ascendentibus et descendentibus
et consanguineis et affinibus usque in tertium
gradum et omnibus habitantibus in domo .Lj.
defuncti tempore sue mortis quibus permissum
sit in domo tantum vel in ecclesia quando in ecclesia
corrottus fieret facere ploratum et corrocta
re non tamen decoriare faciem vel capillos ex
trahere.

Quod de sero ad domos mortuorum non possit ra
dunata gentium fieri. Rubrica.

Ex quia consueverat in sero quando
aliquis mortuus extiterat fieri magnus
stridor et radunata gentium. Ordinamus .Lij.
quod decetero nulla congregatio sive radunata
personarum fieri possit nec debeat. Et intelliga
tur radunata personarum a decem personis supra
masculorum nec etiam feminarum ratione mor
tis alicuius antequam aliquis mortuus vel
mortua debeat sepelliri. Sed tantum hora
consueta quando mortuus debet tumu

lari vel ad ecclesiam portari ad tumulandum, pena contrafacienti centum librarum denariorum. Possint tamen consanguinei et affines usque in quartum gradum et vicini de contrata sine alia citadinatarum gentium accedere ad domum defuncti. Quicumque vero alius ad predicta iverit et contrafecerit puniatur pena supradicta. Et intelligatur vicinus qui habitaret prope domum defuncti usque ad quintam domum domos inclusive.

De nullus possit se induere de nigro vel alio colore causa mortis alicuius excepta uxore. Rubrica.

.Liij. Sumptus immoderatos evitare volentes ordinamus et statuimus quod nulla persona audeat vel presumat tempore quo moriuntur homines nec ante per quatuor dies nec post per unum annum se induere de nigro bigio vindo vel alio panno novo nec vestimenta vidualia percipere vel portare pro aliquo defuncto nisi tantum uxor defuncti, pena cuilibet contrafacienti in aliquo ex predictis centum librarum denariorum. Dummodo dicta uxor defuncti tempore quo induet se vel induerit de nigro vel vestimenta vidualia susceperit pro dicto eius viro defuncto nec possit nec debeat exire nec stare ad suscipiendum vestimenta extra domum vel ecclesiam sed in loco ubi erit corpus defuncti nec indui possit per aliquem mare. Et quod non possint aliqui mares intrare ecclesiam vel domum in qua mortuus esset ad induendum dictam uxorem vel interesse vestiture vidualis uxoris defuncti predicti vel ad astragendum cadaver de domo vel ecclesia sed extrahatur per clericos tantum, pena centum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente in aliquo ex contentis in presenti capitulo et vice qualibet, et de predictis inquiratur expresse per offitialem predictum.

De mortuis discopertis non portandis ad ecclesiam et de pena contrafacientium. Rubrica.

Ad tollendum corruptelas et timorum materiam, statuimus quod nullius cadaver cuiuscumque sexus etatis seu conditionis existat discopertum deportetur ad ecclesiam aliquam seu sepulturam sed deportetur et coopertum debeat copertum cum cultra vel palio seu ex sine velallo panno et heredes contrafacientis vel venditi illi de domo de qua cadaver exibit teneatur solvere pene nomine quinquaginta librarum denariorum, portantes vero quadraginta solidos denariorum pro quolibet solvere teneatur. Dummodo predicta non intelligantur in religiosis et fratribus fraternitatum quorum funera possint deferri discoperta et inducta habitu eorum religionis et fraternitatis eorum. .Liiij.

De non liceat stare prope hostium defuncti ubi corrotaretur. Rubrica.

Item ad tollendum inhonestos mores hominum corroctantium super hostium et prope hostium defuncti et ne ad mulierum planctum sive luctum substrahantur homines ad videndum seu corroctandum, statuimus et ordinamus quod nullus audeat vel presumat stare vel morari circuitus prope hostium defuncti quod esset apertum ubi fieret corroctatio mulierum per decem pedes ad pedem communis dum experta retur cadaver extrahi de domo, pena decem librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice. Et hoc non intelligatur in pueris vel puellis a decem annis infra. .Lv.

De nomen mortui notificetur offitiali per nuntium artis vel per aliam personam qui requireret homines ad honorandum corpus mortuum. Rubrica.

Item statuimus et ordinamus quod quilibet nuntius cuiuslibet artis et quelibet alia persona que iret requirendo homines ut vadant ad mortuum honorandum teneatur et debeat ad penam decem librarum denariorum. .Lvj.

Proquolibet

pro quolibet contrafaciente et qualibet vice notificare
dicto offitiali nomen mortui et ubi est corpus eius
ante quam requirat aliquam personam. et facta dicta no-
tificatione dictus offitialis teneatur et debeat unum
ex notariis suis mittere ad domum sive contratam ubi
cohadunabitur gens causa seppelliendi cadaver tempore
sepellitionis ipsius et etiam quacumque alia hora dicto
offitiali videbitur convenire sub dicta pena. suf-
ficiat tamen notificatio semel facta per unum nuptium
vel per aliam personam etsi quod plures essent homines
requirentes ad predicta.

Quod nullus debeat remanere in domo defuncti ad come-
dendum tempore funeris quibusdam exceptis. Rubrica.

Quia non decet ubi tribulatio est et angustia co-
nviviis saturari. Ordinamus quod nulla persona
debeat remanere ad comedendum in domo de qua
defunctus extraheretur postquam cadaver extractum fue-
rit de domo et portabitur ad sepulturam nec redire
ad domum predictam ad comedendum nisi consanguinei
vel affines usque ad quartum gradum nec possit in
fercul(is) excedi ex modis quinque pena contrafa-
cienti decem librarum denariorum. Et nullus possit presentare
vel in seruum facere ratione mortis aliquid illis
de domo defuncti pena quinquaginta librarum denariorum pro
quolibet contrafaciente et vice qualibet. Et de predictis
contentis in primo capitulo sufficiat publica fa-
ma communiter probata per duos testes.

De offitialibus non ituris ad mortuos quibusdam
exceptis. Rubrica.

Item statuimus et ordinamus quod potes-
tas et capitaneus civitatis Perusii et eorum
et cuiuslibet eorum offitiales non audeant nec presu-
mant ire ad aliquod cadaver cuius presentia
et dum portaretur ad ecclesiasticam sepulturam
nec ire ad ecclesiam in qua cimiterio aliquis se-
pelliretur tempore sepulture aliquo pena centum
librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet
vice. Salvo quod hoc decretum non habeat locum si aliquis
de offitialibus vel familiaribus ipsorum vel alicuius
eorum vel si iudex iustitie aut aliquis ex suis
offitialibus vel maior sindicus offitialium
comunis Perusii vel aliquis ex suis offitialibus et
familiaribus vel aliquis alius offitialis comunis
Perusii forensis vel aliquis ex eorum vel alterius
eorum offitialibus et familiaribus aut dominus episcopus
perusinus aut aliquis ex prioribus artium civi-
tatis Perusii moreretur ad funus quorum vel
alterius eorum ire possint et valeant libere im-
pune et sine aliqua pena.

Quod priores ad mortuos accedant quibusdam
exceptis. Rubrica.

Nullus civis qui in futurum fuerit prior
civitatis Perusii audeat vel presumat dum
fuerit in offitio prioratus portare vel defer(re)
aliquod corpus humanum mortuum ad aliquam
ecclesiam nec de domo ipsum extrahere cuiuscumque co(n)-
ditionis status dignitatis et preeminentie exti-
terit pena centum librarum denariorum pro vice qualibet
nec etiam accedere possit ad aliquod cadaver
nisi esset alicuius priorum ascendens vel descende(n)-
ns consanguineus vel affinis usque in tertium
gradum inclusive alicuius ipsorum priorum vel eorum
notarii quo casu possit accedere prior vel no-
tarius consanguineus vel affinis huiusmodi de-
functi cum duobus vel tribus aliis ex prioribus
et non pluribus vel nisi esset defunctus aliquis
ex offitialibus comunis Perusii forensibus vel aliquis
ipsorum priorum vel eorum notarius vel notarius reforma-
tionum.

Quod ad palatia vel in plateam corpus mortuum
portari non possit. Rubrica.

· lxvij ·
· lxviij ·
· lxviiij ·

Mandamus iussu et ordinamus quod ad palatium potestatis vel capitanei comunis Perusii non possit portari aliquod corpus humanum mortuum cuiuscumque preheminentie
.Lx. fuisset causa eidem ibidem modo aliquo seu tempore permanendi pena .M. librarum denariorum pro quolibet contrafaciente. Nec debeat aliquis luctus sine clamor fieri ullo modo pro aliquo humano corpore mortuo, possint tamen per plateam predictam corpora mortuorum deferri sine persistentia temporis et absque aliquo luctu vel clamore causa seppeliendi ad aliquod monasterium vel ecclesiam et illi qui cadaver portabunt ipsum sine fractura in quo esset cadaver a domo de qua exibit seu de qua fuit extractum cadaver in via usque ad ecclesiam ad quam portabitur in terra ponere non presumant pena cuilibet contrafacienti centum librarum denariorum. Quo modo quod dictum est de corporibus mortuis non ponendis seu portandis in platea non vendicant sibi locum in illis qui inf(ra)... occiderentur, quod absit, qui non recognoscerent, quo casu ipsa corpora que occisa fuerint que non recognoscerentur poni non possint in dicta platea et ecclesia et in eadem portari et teneri donec placuerit dominis potestati et capitaneo Civitatis Perusii qui pro tempore fuerint vel alteri eorum, ut ipsa corpora recognoscantur.

Quod artes et artifices possint portare duplerium cere ad mortuos de tali arte vel societate et non alii. Rubrica.

.Lxi. Item ordinamus quod consules mercatorum auditores cambii nec camerarius aliarum artis civitatis Perusii nec aliqua ars nec artifices aliarum artis corporis vel collegii dicte Civitatis non audeat nec presumat accedere ad aliquod corpus humanum mortuum de Civitate Perusii nec ante nec post tale cadaver ad ecclesiam sepulture ipsius cum dupleriis cereis, salvo quod predicta non habeant locum quando moriretur aliquis artifex illius artis corporis vel collegii nec in anomatis et notariis ipsarum artium quo casu homines illius artis corporis vel collegii de quo vel quibus dictum corpus humanum fuisset mortuum vel de quibus fuisset iudex vel notarius valeat accedere cum duobus dupleriis tantum impune. Si vero persona mortua fuisset de aliqua societate vel fraternitate vel corpore vel collegio, quod homines illius societatis fraternitatis vel collegii duos duplerios sive cereos tantum portare seu portari facere possint et habere sine pena. Salvo quod ultra predicta societates et artes et collegia sive consortia possint portare seu portari facere cereos et accendere ad mortuos secundum formam ordinamentorum societatis artis collegii sive consortii cuiuslibet pena accedentibus in contrarium quinquaginta librarum denariorum. Et predicta locum non habeant quando moriretur aliquis offitialis comunis Perusii forensis et in tempore Perusino. Et in prioribus artium Civitatis Perusii qui decederent durante offitio quo casu quilibet possit accedere et dictum corpus prout libito honorare, pro cuiusquidem priore defuncti obsequiis et funere honorando domini priores una cum camerariis possint expendere et expensam fieri facere de quacumque pecunia dicti comunis. Et de predictis sufficiat probatio quatuor testium de fama.

De uno cereo portando ad mortuos et non pluribus et de candelis et pondere ipsarum dandis clericis venientibus ad mortuos. Rubrica.

Item quod pro aliqua persona mortua vel ad sepulturam ipsius non debeant fieri .Lxii.

ultra quam unius centum. quod non excedat nec excedere debeat ultra octo. libre cere ad pondus pena cuilibet contrafacienti pro vice qualibet viginti quinque librarum denariorum. Et quod candele cere occasione alicuius mortui vel sepolture, temporis dande clericis et religiosis ad talem mortuum venientibus sint tales quod duodecim candele ille faciant et non pauciores computatis minoribus et maioribus pena in contrarium danti et dari facienti ipsas candelas centum solidorum denariorum. Et detur cuilibet clerico una candela de predictis tantum nisi esset prelatus officialis vel antistes quibus possint dari due pro quolibet ad plus. possint etiam dari due pro quolibet canonico sancti laurentii.

Et quia sepe sub tali colore fit fraudis quia non dantur per aliquem sed cerei et candele maioris ponderis interdum ponuntur, et religiosi vel clerici auferunt et portant et contra ipsos religiosos et clericos lex imponi non potest. Statuimus quod eo ipso quod visi fuerint portare ultra vel preter formam predictam quod heredes talis mortui puniantur in centum libris denariorum pro qualibet vice qua contrafactum fuerit.

Quod officialis diebus festivis vadat vel mictat ad ecclesias et venias per contentis in supradictis capitulis et de arbitrio officialis. Rubrica.

.LXII. Item statuimus ad hoc ut melius possit fieri executio predictorum. quod predictus officialis teneatur et debeat singulis diebus dominicis et festivis saltem bis in die ante prandium et post prandium ire vel mictere suos notarios et berovarios ad ecclesias beatorum dominici francisci augustini sancti petri sancti gostantii et sancti angeli de foris porta et ad alias venias ubi erit gentium concursus et inspicere rimare inde ire scrutari seu si invenerint aliquam vel aliquem portare vel aliquid facere contra formam presentium capitulorum. cuius aspectus et relatio habeatur pro plena probatione et cuius relatione liceat eidem officiali contrafacientes et portantes punire in penis predictis pena dicto officiali si in predictis fuerit negligens centum librarum denariorum imminente quem sui sindicatores debeant auferri tempore sui sindicatus. Et de hoc debeat expresse sindicari.

De arbitrio dicti officialis intrandi domos de quibus mortui extra ferentur vel in quibus convivia fierent contra formam capitulorum. Rubrica.

Et ut etiam predicta melius exequtioni mandentur. Ordinamus quod liceat eidem officiali cum suis notariis et familiaribus intrandi domos de quibus mortui exiverint et si aliquis remanserit contra predictam formam et etiam domum in qua convivium fieret seu fieri diceretur. Et nulli liceat tali officiali vel eius familie domum claudere sed eis statim aperire cum ad domum accesserit. pena. decem. librarum denariorum. pro vice qualibet cuilibet non aperienti auferenda et inquisitione facere si contra ventum fuerit in predictis non tamen intrare possit domum aliquam nocturno tempore. .LXIIII.

De arbitrio et modo procedendi contra culpabiles in quibuscumque contentis in statutis huius libri. Rubrica.

Item dictus officialis possit teneatur et debeat contra omnes illos qui reperirentur culpabiles de aliquibus contentis in supradictis et infrascriptis capitulis et ordinamentis vel aliquo eorum ex suo offitio et ad petitionem cuiuslibet procedere summarie et de plano et sine strepitu et figura iuditii sine iuris solepnitate et substa .LXV.

tia iuditii obseruata vel non. Et executiones que occurrerint faciende faciat de facto sine aliquo processu vel sententia.

*De parte lucri pecunie quam officialis prefatus venire fecerit in commune. Rubrica.*

Item quod officiales et massarii communis perusii teneantur et debeat eidem officiali dare
Lxvi. et soluere quartam partem totius quantitatis pecunie quam venire fecerit in commune occasione sui offitii predicti et ipsi tantum ad petitionem ipsius offitialis sub dicta pena, et si dicti massarii sibi non soluerint, debuerint vel debent, sit sine alio precepto vel mandato expectando officialis communis perusii vel aliqua sollempnitate.

*Quod capitulum de correctis non habeat locum in comitatensibus. Rubrica.*

Item statuimus et ordinamus quod capitulum
Lxvii. loquens de obsequiis et capitulum quod loquitur de correctis in comitatensibus habitantibus et in comitatu nullo modo vendicent sibi locum.

*Quod dictus officialis sit iudex viarum platee fontium et stratarum. Rubrica.*

Item etiam statuimus et reformamus quod dictus offitialis sit et esse debeat super
Lxviii. exoccupatione et actonamine purgatione et reparatione platee et fori communis perusii et stratarum regalium et omnium aliarum viarum et fontium ciuitatis burgorum et suburgorum perusii et prope ciuitatem perusii existentium usque ad sindicatum castrorum et villarum propinquorum ciuitati perusii.

*De faciente seu tenente immunditiam seu turpitudinem ante eius domum et quibusdam aliis locis. Rubrica.*

Item si ante cuius domum inuenta fuerit turpitudo vel immunditia teneatur soluere
Lxviiii. pro vice qualibet pene nomine si non eleuauerit in termino sibi assignando viginti soldos denariorum.

Et nichillominus eleuare teneatur et compellatur per eum. Et immunditias terras letamen et impedimenta remouere faciat dictus offitialis et eius notarii de viis publicis et vicinalibus et plateis et aliis locis ciuitatis burgorum et suburgorum perusii. Et plateam et forum communis perusii remundari et purgari de putredine et immunditia facere teneatur. Et etiam debeat quotiens opus esset inquirere a commorantiis et cameras vel ponticellas tenentibus et habentibus qui sunt circha plateam et forum communis perusii et ab aliis prout dicto offitiali videbitur et de putredine et immunditia que fieret in dicta platea vel foro et si inuenerit aliquem culpabilem de predictis per inquisitionem quam faciet debeat et teneatur quilibet inuentus fuerit culpabilis pro vice qualibet soluere communi perusii nomine pene quadraginta soldos denariorum. Et similiter fiat de plateis omnibus portarum et in eis quascumque personas comunes ad hoc ut nitere permaneant et immunditiis non valeant ledi sub dicta pena.

*De custodibus secretis eligendis ad denuntiandum delinquentes contra formam presentium capitulorum. Rubrica.*

Item ne aliqui vel aliqui mares vel femine in predictis vel aliquo predictorum delinquentes transeant impuniti et ut contra delinquentes Lxx.
tes et contra facientes in predictis vel aliquo predictorum in suprascriptis capitulis vel aliquo predictorum contententis singulares personas fiat exactio. Statuerunt ordinauerunt et reformauerunt quod cancellarius communis perusii vinculo iuramenti et ad penam centum librarum denariorum sibi de suo salario si contrafecerit pro vice qualibet auferenda teneatur et debeat eligere seu eligi facere denuntiatores secretos de sex mensibus in sex mensibus usque ad numerum quinquaginta vel decem pro qualibet porta et ipsos custodes et ipsorum nomina dare in scriptis dicto offitiali super arredis. Qui denuntiatores cogantur acceptare offitium suprdictum

et iurent ad sancta dei evangelia corporaliter tactis
scripturis coram dicto offitiali ipsum offitium bene le-
galiter et sollicite exercere. Qui custodes teneantur
et debeant vinculo iuramenti omnes et singulos homines
et personas, mares et feminas, quos et quas invenerint
viderint vel sciverint contrafacere vel venire in predictis
vel aliquo predictorum in suprascriptis capitulis capitulis vel
aliquo predictorum contentis vel contento in scriptis de-
re et mappare in quodam cippo facto seu fiendo si
factus non sit in palatio habitationis dicti offitia-
lis ponendo clare nomen et pronomen delinquentis
et populum et parrocchiam unde est, et declarare id in
quo deliquid et contrafecit et quo die. Et ne
quo in dicto cippo fallum fiat quod predictos custodes aliquis
valeat mappare et ut sciatur qui ex ipsis custodibus
fuerint mappati, dictus offitialis teneatur et
debeat cuilibet dictorum custodum tempore quo acceptat
offitium unum nomen quod talis custos scribat et ponere
teneatur in qualibet cedula quam in dicto cippo
inmisit de aliquo contrafaciente. Et in dicto cippo po-
nantur et consigantur due serre cum duabus cla-
vibus quarum clavium unam habeat massarius co-
munis pisani, aliam vero habeat offitialis predictus.
Et quolibet die sabbati supradictus offitialis et di-
ctus massarius teneantur et debeant aperire dictum cippum
et cedulas repertas in dicto cippo nomine dictorum
massariorum inmediate debeat registrare et ipsas
penes offitialem predictum relinquere. Qui offitialis
teneatur et debeat incontinenti procedere contra
tales mappatos vel mappatas et ipsos et ipsas
punire et condepnare secundum formam in dictis capitulis
declaratam vel predictorum aliquo infra decem dies
a die qua ipsas cedulas in ipso cippo reperient pe-
na cuiusdam offitialis quod massarius et eorum notarius secuta
fecerint vel negligentes extiterint in predictis centum
librarum denariorum a negligente vel contrafaciente quolibet

pro vice qualibet auferenda tempore sindicatus perditi.
Et quod dicte cedule et qualibet earum plena pro-
batione in omnibus habeantur. Et quod nulla ex
dictis cedulis possit vel debeat dilacerari vel
occultari aliquo modo vel causa, pena dilacerati
vel occultanti vel dilacerari vel occultari facienti
centum librarum denariorum sibi per suum sindicatorem tempore
sui sindicatus de facto auferenda, aliquo con-
trario non obstante.

De electione et offitio capitanei custodie palatii dominorum priorum. Rubrica.

Providere variis operationes et voluntates ho- .LXXI.
minum in malum dispositas, quas semper
in hominibus hodie natura producit, et quod
quasi ubique videntur pessimum, necesse est quod domini
priores artium a quibus status pisanus dependet
custodes habeat et in eorum palatio ordinatos.
Statuimus et ordinamus pro securitate ipsorum et
pro conservatione pacifici status dicte civitatis
quod semper et omni tempore unus sit capitaneus
qui vocetur capitaneus custodie dominorum priorum et pal-
atii habitationis vir probus legalis et circum-
spectus. Qui capitaneus eligi debeat per illos
bonos viros qui in sacculati sunt vel insacu-
labuntur ut moris est tempore quo alii offi-
tiales et electores aliorum offitialium vel sacculan-
buntur et in publicatione ipsorum modus ser-
vetur qui ordinatus est ut servatur in publi-
catione offitialium eligere debentium potestatem
et capitaneum et maiorem sindicum comunis
pisani. Cuius capitanei offitium durare debeat per
annum et esse debeat ad custodiendum dictos
dominos priores et palatium et etiam ad congregan-
dos per suos notarios et familiares quecumque consilia
congregari voluerint dicti domini priores in eorum palatio

et cuiuscumque quantitatis et qualitatis exi
stetent. Nec aliquam aliam habeat potesta
tem nec auctoritatem capiendi detinendi vel
incarcerandi aliquem civem vel comitatensem
Pistorii ad petitionem cuiuscumque offiti
alis communis Pistorii nisi predictis consilia
riis quando essent inobedientes. et septem
ex prioribus mandarent aliquem detineri nec
aliquam iurisdictionem habeat cognoscendi
de aliqua causa lite questione vel contraversia
inter quascumque personas cum de causis litibus
questionibus et contraversiis que orirj possint
inter pernsinos et etiam comitatenses et quas
cumque personas et quacumque occasione per formam
statutorum dicti communis Pistorii dati sint iudices et
ordinati ad cognoscendum iurisdictionem
habentes cognoscendi diffiniendi et fine debi
to terminandi. Possint tamen ad petitionem
cuiuscumque camerarij cuiuscumque artis capere et
capi et detineri facere ad eius mandatum
quoscumque artifices scriptos in matricula ar
tis sue vel ipsam artem vere per se et contin
ue exercentes pro hiis de quibus dictus camer
arius secundum formam statutorum cognitionem
et potestatem habet. Et qui capitaneus eligen
dus ad minus distare debeat a finibus con
mitatus Pistorii per triginta miliaria. Et habeat
et habere debeat et secum tenere continue
viginti octo famulos de quibus unus sit
expertus notarius ipso scilicet predictos et armigeros
famulos fideles et fides in armis actos
et expertos et indutos omnes de eodem panno
quorum septem secum stare debeat ad serui
endum dicto capitaneo et ad ipsum sotiandum
et principaliter ad serviendum. Et alij viginti sem
per ad custodiam principaliter dictorum dominorum
priorum et dicti palatij de quibus omnibus mo
stram videre debeat conservatores monete
quando eis videbitur et placebit. Qui capita
neus die noctuque sollicitus esse debeat ad di
ctam custodiam faciendam seu fieri faciendam.
et habeat et habere debeat et semper tenere unum
equum armigerum valoris ad minus viginti
quinque florenorum auri et a dicta civitate Pistorii rece
dere non possit ipse vel notarius nec famuli
durante tempore sui offitij. Et secum ducere non
possit neque tenere aliquem ex dictis notariis
qui fuerit in aliquo offitio dicte civitatis ad
obus annis citra. Et finito anno stare debeat
ad sindicatum per quattuor dies coram officiali
bus ad hoc deputandis per dictos priores. certum
in ipsa civitate et respondere pro se de notario
et famulis pro toto dicto tempore unius anni coram
officialibus deputandis ad ipsum sindicatum.
Qui capitaneus habeat et habere debeat pro suo sa
lario et stipendio mille florenos auri pro tempore
unius anni et pro dicto salario stare et morari
debeat suis sumptibus et expensis in dicta civi
tate et dictos notarium famulos et equum tenere
in civitate predicta. et habere debeat a dicto
communi domos gratis pro sua habitatione et
sua familia. Et nichil aliud percipere possit
ultra salarium predictum et domos. Quod salarium
solutionis de mense in mense fieri debeat per dictos con
servatores soluta primo gabella duodecim denariorum
pro qualibet libra de solidis et stipendij. Dummodo
paga et solutione ultimorum duorum mensium offitij
dicti capitanei predictos conservatores possint
et debeant retinere quousque idem capitaneus
fuerit per suum sindicatorem sententialiter absolutus.
Si vero ipsum capitaneum contravenit condempn
ari et dicta quantitas retinenda pro ipsos con

servatores usque in concurrentem quantitatem
condempnationis facte de dicto capitaneo non
sufficeret, illud quod deesset in integra so-
lutione de condempnatione fienda de suo propo-
solvere compellatur. Si autem superesset a con-
dempnatione predicta de dicta quantitate ret-
ta, illud plus quod superesset ipsi capitaneo
dicti conservatores solvere teneantur. Ali-
quo non obstante. Et quod idem capitaneus
vacare debeat per quinque annos integros ab
offitio supradicto, et a quolibet alio dicte civi-
tatis. Salvo quod in electione fienda de capi-
tan(e)o pro futuro ad dictum offitium vacatio
aliqua non sit necessaria. Set fieri possit
pro ut de electionis processit voluntate va-
catione vacatione aliqua non attenta non
obstante aliquo capitulo precedente vel sequ-
ente in quacumque forma.

De electione dominorum priorum artium. lxxii.

Prosalubri statu et conservatione populi
perusini et manutentione pacifica cum
sine capite ordinato ad regendum et guber-
nandum ipsum populum stare et conservari non
posset, provida deliberatione statuimus
et ordinamus quod pro comune et populo perusino
semper pro duobus mensibus eligantur et nomi-
nentur infrascripto modo et forma decem
boni et legales et sufficientes et ydonei ho-
mines, et de populo et de artibus civitatis et bu-
rgorum perusii, duo de qualibet porta, qui si-
nt et appellentur priores populi et artium civi-
tatis perusii. De quibus decem prioribus
semper duo sint de arte mercantie. Itaque
singulis duobus mensibus duo priores sint de
arte et collegio mercantie. Alii autem octo
priores sint et esse debeant de aliis artibus
et de collegio aliarum artium que inferius sc-
ripte. Dummodo illa ars que habuit priorem
duobus mensibus in sequentibus duobus
mensibus habere non possit vel debeat
ullo modo priorem. Ita quod de artibus vari-
bus deveniant sub(s)ecessive. Et quod nulla
ars de dictis collegiis habere possit nisi
unum ex prioribus supradictis et ut supius
dictum est. Dummodo in mercantia sibi hoc locum
nequeat vendicare nisi ut supius conti-
netur. Cum priores duo de mercan-
tia dividantur per portas singulis duobus
mensibus ita quod de portis unde erunt priores de
mercantia duobus mensibus in aliis sequenti-
bus duobus esse non possint. Itaque in u-
lla porta in duobus mensibus habeat ni-
si tantum unum priorem de mercantia. Qui
priores sic eligantur, videlicet quod domini priores arti-
um civitatis perusii sex diebus ante quam eorum
offitium finiatur in loco quo voluerint et
ordinaverint faciant consilium et aduna-
ntiam camerariorum et rectorum artium congre-
gari more solito. Et in ipsa adunantia per
ipsos priores vel aliquem eorum de licentia su-
orum sotiorum proponatur et inter dictos ca-
merarios et rectores, et ipsis camerariis
et rectoribus consilium postuletur quomodo
et qua forma electio futurorum priorum ar-
tium pro dictis duobus mensibus futuris
fieri et celebrari debeat pro comuni et populo sup-
radicto, et secundum modum et formam qui
a dictis prioribus et ibidem et a dicto con-
silio ordinabitur ipsorum futurorum priorum
electio sub felici nomine celebretur et

fiat ita tamen quod semper singulis duobus mensibus fieri debeat electio. ¶ Minor autem viginti annis prior artium esse non possit ullo modo, et si eligeretur electio non valeat ipso facto. Et si talis electus offitium receperit prioratus condempnetur per dominum sindicum et iudicem iustitie in centum libris denariorum et removeatur ab offitio prioratus. Et dictus sindicus et iudex iustitie ad petitionem cuiuslibet denuntiantis de predictis teneatur inquirere et repertum culpabilem punire secundum quod dictum est. Et nichilominus de predictis quilibet valeat esse accusator et habeat medietatem banni.

¶ Nullus autem possit esse prior artium Civitatis perusii vel ad offitium prioratus eligi vel assumi qui vel cuius pater non sit oriundus de civitate vel comitatu perusii et qui libram non habuit in Civitate vel comitatu perusii per tempus saltem triginta annorum computato tempore quo eam habuit in Civitate et computato tempore quo eam habuit in comitatu. Et computato tempore suo et suorum antecessorum tam quam illi qui fuissent de comitatu et libram habuerint ut dictum est ipsam, nec non habitationem veram habuisse et fecisse debeant in Civitate et inter Cives perusii saltem per tempus duodecim annorum antequam ad ipsum offitium assumatur. Exceptis ab omnibus predictis hiis qui iam fuerunt priores et in offitio prioratus vel in prima sacculo erunt in sacculatione pro prioribus qui possint esse priores non obstante quod predicta vel eorum aliquid deficeret in eisdem.

¶ Et quod nullus possit esse prior pro aliqua arte qui in civitate perusii non habuit libram ad minus sexaginta librarum ad grossam per tempus unius anni ante eius electionem vel assumptionem. Et qui per dictum tempus unius anni non habuit vere et sine fraude bona stabilia in Civitate vel burgis sive suburgis aut comitatu perusii valentia ad minus ducentas libras denariorum. ¶ Et quod nullus

Notarius Civitatis perusii vel offitialis communis perusii audeat vel presumat accedere post electionem priorum aliquam vel aliquem ad priorem electum et qui contra fecerit puniatur ipso facto in Centum libris denariorum. et quilibet sit inde accusator et habeat medietatem banni. +
et dicta talis augumentatio non valeat

¶ Et qui contra vel preter dictam formam eligeretur, eius electio non valeat nec teneat ullo modo. ¶ Et si contra vel preter dictam formam electus offitium prioratus receperit vel operaretur solvat nomine pene si offitium acceptaret Centum libras denariorum et pro qualibet qua aliquid ut prior operaretur vel faceret Centum libras denariorum solvere teneatur et in ipsis per dominum sindicum et iudicem iustitie communis perusii possit et debeat condempnari et quilibet inde possit esse accusator et de condempnationibus huiusmodi medietatem habeat commune et quartam partem habeat dominus sindicus Et aliam quartam partem habeat accusator quam medietatem massarii communis perusii dare teneantur sine alio precepto vel mandato sola fide facta quod fuerit accusator et quod ob hanc causam fuit condempnatus

¶ Quicumque autem fuerit prior actu Civitatis perusii a tempore sui prioratus ad tres anos prior esse non possit nec ad ipsum offitium eligi valeat vel assumi et si eligeretur eius electio non valeat ullo modo. ¶ Volumus etiam quod tempore electionis priorum interesse non possint nec debeant priores qui pro tempore fuerint sub pena viginti quinque librarum denariorum. Et quilibet possit esse accusator et habeat medietatem banni. Set ibidem intersint duo fratres minores litterati et notarius priorum et cancellarius et electores et unus ex militibus

domini capitanei qui singulariter iurare
faciat electores eligere de prudentibus
et melioribus et legalioribus artificibus civi
tatis et burgorum perusii qui scripti sint in ma
tricula alicuius artis civitatis et burgorum pe
rusii et non dare vocem suam alicui proquo
eligendo rogamina recepisset vel esset roga
tus. ¶ Et quod nullus qui non esset de nu
mero eligere debentium accedere debeat et possit
ad locum ubi dicta electio fieret. Debentes
vero eligere non accedant sine apodissa sui
rectoratus quam ostendere teneatur dicto
cancellario et aliter ad vocem dandam non adm
ictantur sub pena quingentarum librarum denariorum pro
quolibet contrafaciente et quilibet valeat
esse accusator et habeat medietatem banni
a massariis communis perusii eius quod devenet
in communi occasione predicta sine alia apo
dissa precepto vel mandato fiendo de accu
satione et quod predicta de causa sunt condep
natus. ¶ Et ut in electionibus priorum
predictorum debita convenientia et condecens equa
litas fiant, aliquis qui non posset ee
prior artium vel in offitio prioratus per formam
ordinamentorum in priorem vel offitio prioratus
non valeat eligi. Et si contra predicta fieret
electio non valeat nec teneat ymo eam irr
ritare et revocari faciant domini sindicus
et iudex iustitie iuramento proprio teneatur.
Et omnia et singula ordinamenta capitula
et reformationes ac statuta sive provi
sioni et ordinationi quolibet contradicerent
vel obstarent sint cassa et irrita quantum
in hiis in quibus contradicerent vel obsta
rent. ¶ Insuper volumus quod nullus prior
artium existens in offitio prioratus audeat
vel possit ire ad brevia aliqua que da

rentur in aliquo consilio et statim cum priores di
videntur pro brevibus capiendis exire et discedere
debeat de palactio in quo brevia dabuntur
et dictum palactium non intrare donec fuerint
completa dari dicta brevia. Et nemo dictorum
priorum audeat loqui cum aliquo qui habuerit
breve causa alicuius eligendi donec elegerit
offitialem quem debebit eligere et qui contrafece
rit in aliquo predictorum solvat pro vice qualibet
decem libras denariorum. Et quilibet inde sit et esse possit
accusator et habeat medietatem banni a mass
ariis communis perusii modo supradicto. Et nichilominus qui
libet ex prioribus supradictis possit adire depositi
offitii ire ad omnia consilia et adunantias et
pro brevibus accipiendis deinde ad sex menses
sine pena aliquo non obstante. Et de omnibus
supradictis in toto hoc capitulo credatur sacra
mento accusatoris cum uno teste. ¶ Illi igitur
qui electi fuerint priores artium secundum modum
et formam predictam sint et esse debeant priores
artium pro communi et populo perusino et artibus et
artificibus civitatis perusii per duobus mensibus
tantum futuris initiandis die kalendarum mensis
sequentis post eorum electionem. Et ordinato
inter rectores quo et qua forma in electione
priorum procedendum sit et eorum electio debeat
celebrari subsequenter per duos fratres minor
es dentur brevia cum priores deveniunt pro ha
bendis mercatoribus. Et hoc pacto dentur bre
via portarum de quibus mercatores esse non
debebunt et secundum portas venerint ita et tali
procedatur. ¶ Et predicti rectores artium et qui
libet eorum prestito corporali iuramento debeat super
ipsa electione secundum modum et formam traditam
de illis solummodo personis quas cognoverint
et putaverint magis ydoneas et sufficientes

ad potestatis offitium exercendum eligere nominare de bona conscientia et de prudentioribus melioribus et legalioribus artificibus civitatis et burgorum perusii secundum formam statutorum et ordinamentorum super hiis editorum. Et facta electione predictorum potestatum remaneat in occulto et occultum quousque publicabuntur.

¶ Et si in electione potestatis artium que fieret ad scruptinium aliqui occurrent pares in vocibus tunc nomina talium concurrentium in paritate vocum mictantur in brevibus in aliquem locum et ille cuius nomen primus sorte exibit sit et esse debeat potestas artium.

¶ Salvis et reservatis semper sacrosanctis potestatis factis et faciendis in posterum et reformationibus et ordinamentis dictorum sacculorum quibus per presens capitulum in nullo derogetur.

¶ Nullus autem de civitate vel burgis aut comitatu perusii possit nec esse debeat potestas artium populi civitatis perusii vel ad offitium potestatis eligi nec assumi qui non sit scriptus in matricula illius artis pro qua fuerit assumptus potestas vel electus et fuerit per tempus trium annorum et scriptus in libro dicte matricule per notarium illius artis per dictum tempus. Et quicumque fuerit contra vel preter dictam formam electus potestas eius electio non valeat nec teneat ullo modo. Et de hoc debeat inquiri per dominum sindicum et iudicem iustitie palam et secrete prout sibi videbitur prima vice vel secunda qua fuerit facta electio dictorum potestatum novorum.

¶ Et addimus ut ipse sindicus et iudex possit inquisitionem predictam facere. Potestates artium qui pro tempore fuerint incontinenti facta electione predicta debeant et teneantur [illegible] sub pena centum librarum denariorum pro quolibet dare facere in scriptis eidem iudici nomina novorum potestatum et prioribus artibus fuerint electi. Qui sindicus et iudex statim habitis dictis nominibus teneatur mictere et debeat pro camerariis et notariis cuiuslibet artis de quibus fuerint dicti potestates et eos debeat examinare et respondere facere super dicta inquisitione et facta examinatione et responsione predicta et habita recepta testificatione camerariorum et notariorum artium de quibus erunt dicti potestates electi idem sindicus et iudex iustitie teneatur et debeat sententiam absolutoriam vel condempnatoriam cassationis seu confirmationis ipsorum potestatum et cuiuslibet eorum facere ante receptionem sacramenti potestatum et ante introitum offitii eorum non obstante si in premissis processibus non fuerit servata solempnitas et ordo iuris set summarie ad predicta procedi debeat per dictum sindicum et iudicem ut sibi visum fuerit. Et si dictus sindicus et iudex ad predicta negligens fuerit et remissus solvere debeat communi perusii pro quacumque vice de salario suo viginti quinque libras denariorum et sibi de facto per suos sindicatores auferendas tempore sui sindicatus. Et si eius sindicatores non condempnaverint dictum maiorem sindicum si negligens fuerit in predictis eadem pena puniatur. Quorum camerariorum et notariorum testificationibus in singulis capitulis supradictis habeatur pro plena probatione et ipsos primo prestito iuramento.

¶ Alia vero super ordinamenta statuta et reformationes loquentes de examinatione et electione et inquisitione potestatum in sua remaneant firmitate.

¶ Salvis semper et reservatis sacrosanctis potestatis faciendis in posterum et reformationibus et ordinamentis dictorum sacculorum quibus per presens capitulum in nullo derogetur sed in quantum fuerint in

famil[ia]ri in ipis fact[is] s[ecundu]m formam
statutor[um] in p[rese]nti volumine contentor[um].

De officio d[omi]nor[um] Prior[um] artiu[m] Civitatis p[er]us[ine]
[sic] Reca.

Offitium quoq[ue] dominor[um] p[ri]or[um] artiu[m] civi
tatis p[er]us[ine] tale sit. Q[uo]d ipi [et] eor[um] not[ari]o
teneantur et debeant in palatio p[o]p[u]li eor[um]
solite habitationis die noctuq[ue] continue p[er]ma
LXXIII. nere et exinde no[n] exire nec discedere nisi ex
evidenti [et] necessaria et tunc cum licentia p[ri]or[um]
p[ri]or[um] pena sacrament[i] [et] decem lib[rarum] p[er]us[inarum] [et] qu
alibet vice qua contrafecerit quam licentiam
concedere no[n] possit nec debeat sub pena c[en]
tum lib[rarum] d[enariorum] p[er] s[upra]d[ic]t[u]m sindicatorem aufferenda
si contrafecerit d[omi]n[u]s p[ri]or nisi septem ad mi
nus de p[ri]oribus remaneant in palatio et
semp[er] remanere debeat die noctuq[ue]. Et dicta
licentia sive licentias que darentur rogari de
beat not[ari]o. d[omi]nor[um] d[omi]nor[um] p[ri]or[um] q[ua]n[do]libet dic[ta]
concederetur, et inde facere publicum instr[u]
mentum. que instrumenta licentiar[um] p[ro]durre
debeat t[em]p[o]r[e] sui sindicatus coram maiori sin
dico. sub pena p[re]dicta. not[ari]o qui no[n] p[ro]du
xerit dicta instrumenta [et] sub pena p[er]iuri
Iuramenti quepena p[er] s[upra]d[ic]t[u]m sindicatorem debe
at exigi a d[ic]to not[ari]o [et] d[ic]tis d[omi]nis p[ri]oribus si
contrafecerint. Et si aliquis p[ri]or[um] sine li
centia p[ri]or[um] p[ri]or[um] recesserit puniatur pena
viginti quinque lib[rarum] d[enariorum] pro qualibet vice Et p[re]dicta
no[n] vendicent sibi locum in his casibus qua
do ire deberent vel mitti p[er] potestatem p[ri]or[um] ad ali
quem locum vel consilium ad quod ire debet
secundum formam statut[orum] co[mmun]is p[er]us[ine] vel quando
irent ad ecclesiam sociati cum potestate vel capi
taneo in diebus sollempnibus ut moris est vel
quando irent obviam alicui d[omi]no vel p[re]lato vel
quando irent ad visitandum vel honorandum
generales ministros vel p[ri]ores religiosorum
in quibus casibus possint ire et exire pa
latium licite [et] impune. Dummodo tres admi
nus remanere debeant semp[er] in dicto palatio
Et in casibus in quibus dicti d[omi]ni p[ri]ores pos
sint licite exire de palatio ip[s]or[um] no[n] liceat eis
nec possint extra palatiu[m] eor[um] solite habi
tationis vel extra palatiu[m] co[mmun]is [et] p[o]p[u]li p[er]us[ine]
aliquid ordinare reformare vel facere
vigore eor[um] offitii nisi esent in aliquo exer
citu vel cavalcata co[mmun]is p[er]us[ine]. et quod f[a]m[u]li
sui seu servus no[n] valeat nec teneant ip[s]o iure
et nullus not[ari]o p[re]dicta. co[n]tra dicta loca scri
bere valeat pen[a] d[ic]tis d[omi]nis p[ri]orib[us] quinque
ntar[um] lib[rarum] d[enariorum]. p[er] p[r]omitte [et] not[ari]o scribenti seu
Centu[m] lib[rarum] d[enariorum]. p[ro] [qu]acumque qualib[et] qua contrafecerit
Et studeant ad bonum [et] pacificum statum
co[mmun]is et p[o]p[u]li p[er]us[ine] [et] eius districtus Et ad
Iura [et] iurisdictiones et honores co[mmun]is [et] p[o]p[u]li
p[er]us[ine] p[ro]movere conservare [et] manutenere et
augere p[ro] posse. Dare insup[er] p[ro]miti
studium q[uod] p[o]p[u]l[u]s [et] artes [et] artifices dicte
civitatis in solita [et] vera libertate [et] firmi
tate p[er]sistant Et ne ip[s]is p[er] magna
tes vel alios violentie vel iniurie inferan
tur, et q[uod] ius [et] iustitia p[er]sone cuilib[et] observe
tur et ut malla puniantur. D[omi]nis potesta
ti et capitaneo et aliis offitialibus co[mmun]is p[er]us[ine]
in p[re]dictis [et] p[re]dictis auxiliu[m] consiliu[m] et fa
vorem quandocumq[ue] opus fuerit efficaciter
exibere teneantur. Pecuniam avere
[et] bona co[mmun]is p[er]us[ine] diligenter facere cu
stodiri et ipam no[n] expendere nec expendi
facere inutiliter nec contra formam stat[utorum]
et ord[inamentorum]. co[mmun]is [et] p[o]p[u]li p[er]us[ine]. Quorum
p[ri]or[um]. offitium d[omi]ni potestatis [et] capitanei

maior. sindicibus iudex iustitie et quilibet offiti
alis comunis perusii debeant manutenere pro posse ac
etiam honorare pro honore et statu populi perusii. et
eis hostia non claudere nec claudi facere nec
clausa tenere vel teneri facere set liberum prebeant
auditum et accessum. quandocumque et ubicumque
ipsi priores voluerint accedere pena quingentarum
librarum denariorum pro quolibet qui contrafecerit in predictis
et qualibet vice. Dum modo sint septem. et
aliter accedere non possint set servetur forma
data supra in statuto de offitio potestatis et
Capitanei ¶ Et si domini priores artium
omnes vel saltem ex eis differerint vel protestati
fuerint potestati vel Capitaneo vel aliis of
fitialibus comunis perusii quod ipsi vel alter eorum non
procederent contra aliquem quod ille potestas
vel capitaneus vel alii offitiales cui super hoc
ipsi protestati fuerint non debeant contra talem
procedere realiter vel personaliter inde ad tres
dies pena quingentarum librarum denariorum pro quolibet qui
contrafecerit pro qualibet vice. ¶ Teneantur
insuper dicti priores et eorum notarius et etiam camer
merarii artium dicte Civitatis et quispiam alius
credentia. scilicet perpetuales in perpetuum et temporales
ad tempus pena Centum librarum denariorum pro quolibet
contrafaciente et privationis offitii prioratus
in perpetuum ¶ Non possint insuper dicti prio
res proponere nec reformare nec proponi nec
reformari facere nec proponenti consentire
tempore eorum offitii prioratus in aliquo consilio vel
adunantia vel aliter facere aliquod eorum
eorum vel aliquorum eorum vel eorum notarii proprium
factum vel negotium. ¶ Nec possint dicti domini
priores eligere ad aliquod offitium cum salario
percipiendo a comuni vel ad aliquam ambaxiatam
mictere aliquem eorum vel aliquorum eorum consan
guineum usque in tertium gradum inclusive
nec eorum notarii ¶ Nec etiam proponant nec

proponi nec reformari faciant aliquid de ali
qua aut super aliqua questione vel causa
civili vel criminali que verteretur in curia
potestatis vel capitanei vel maioris sindici
et iudicis iustitie vel alterius offitialis comunis
perusii. Et nullam legem nec Reformationem
facere possint que tangat vel tangere
possit aliquam causam pendentem vel specialem
vel generalem sub quocumque tenore verborum
generaliter vel specialiter loquendo quam si fecerint
vel facere vellent cancellarius comunis perusii vel
notarius dominorum priorum scribere non debeat pena
dictis prioribus et dictis cancellario et nota
rio si contra fecerint ducentarum librarum denariorum pro
quolibet que pena per eorum sindicatorem de
beat auferri cum privatione offitiorum per
tempus quinque annorum. ¶ Et si dicti cancell
arius vel notarius scriberent vel dictam refor
mationem dicti priores facerent iudex coram
quo produceretur vel obligaretur ipsam ob
servare non teneatur nec observet sub pena
ducentarum librarum denariorum. Et quod nunc prout extunc
sit nulla et pro nulla habeatur et de predictis
debeant specialiter sindicari. ¶ Nec propo
nant nec reforment nec proponi nec refo
rmari faciant in aliquo consilio vel ad
unantia aliquid quod esset vel redunda
ret in dapnum vel preiudicium vel diminuti
onem iuris et iurisdictionis comunis vel populi
perusii. vel aliarum universitatis vel aliarum spe
tialis persone Civitatis vel comitatus
aut districtus perusii. et si proponerent vel
reformarent aut proponi vel reformari
facerent in contrarium in quingentis libris
denariorum pro quolibet eorum tempore eorum sindicatus
debeant condepnari et etiam condepnetur

in restitutione et satisfatione eius in quo propterea
lederent aliquem vel eos dapnificarent.
¶ Possint insuper et teneantur dicti priores
reconciliare ad pacem unitatem et concordiam
reducere dominos potestatem et capitaneum et alios
offitiales communis perusii si qua quod absit oriretur
discordia inter eos et etiam artes et artifices
de contentionibus vero que essent inter artem et
artem et inter artifices unius artis occa-
sione artis vel offitiorum ipsarum artium vel ipsius
artis dum modo non intelligatur contentio
inter artifices vel artem ubi duarum partium
maior pars esset in concordia. Et in predictis
et predictis eisdem dominis prioribus obediatur
et pareatur a discordantibus ad penam centum
librarum denariorum pro quolibet contrafaciente. ¶ Possint
etiam domini priores artium et eorum notarius per-
cipere et precepta facere per se et nuptios et ba-
iulos quos volent cuicumque voluerint et
super quocumque facto et negotio usque ad quan-
titatem viginti solidorum denariorum pro quolibet precepto et
qualibet vice et dicta bapna ab inobedien-
tibus de facto exigere cum effectu. ¶ Et
quod pro ambaxiatis et requisitionibus et aliis
opportunis et concurrentibus ad eorum offi-
tium habeant et sibi eligant dicti priores
artium decem famulos scilicet unum pro
quolibet priore et quilibet eligat et ha-
beat suum et notarius eorum unum quem sibi eligere
voluerit et habeant etiam unum cocum et
unum hostiarium et unum famulum coci qui
famulus coci habeat et habere debeat
pro suo salario duorum mensium tres florenos de auro
et cocus habeat et habere debeat pro
suo salario duorum mensium unam robbam va-
loris quatuor florenorum auri. Scopator vero
palatii dominorum priorum habeat pro quolibet
mense quinquaginta solidos denariorum. Alii autem famuli

priorum et notarii et hostiarius habeant et here
debeat pro quolibet eorum unam rubbam trametatam
duorum colorum valoris quatuor florenorum auri pro
qualibet rubba et non ultra. Et si aliquis
dictis famulis et hostiario non detulerit rubam
trametatam solvat nomine pene communi perusii viginti
quinque libras denariorum et eadem pena sit prioribus
si permiserint aliquem deferre rubbam non tram-
etatam. Que quantitates pecuniarum solvere
debeant massarii communis perusii in principio of-
fitii priorum et prioribus eorum. ¶ Et
quicumque fuit vel erit famulus alicuius prioris
vel notarii priorum vel hostiarius priorum non possit
esse famulus alicuius prioris vel notarii priorum
vel hostiarius priorum inde ad sex menses pena de-
nec in dicto palatio morari vel stare aliquo
colore quesito vel aliqua ratione vel causa
sub dicta pena. Et eadem pena cuilibet eorum
ex prioribus et notario si eligerint vel in palatio
stare permiserint aliquem contra formam dictorum
statutorum. quas penas per maiorem sindicum
communis perusii debeant auferri. Quorum notarii
et nuptii offitium duret per duos menses tantum
scilicet quantum durat offitium priorum artium.
¶ Et qui fuit semel notarius vel nuptius
priorum non possit esse notarius vel nuptius priorum
inde ad tres annos. qui notarius habeat et here
debeat a communi perusii pro suo salario dicti offitii
decem florenos auri tantum. dummodo nullum alium
notarium sibi coadiutorem habeat pro offitio no-
tariatus priorum salario communis perusii.
¶ Et dictus nuptius habeat pro suo salario un-
am rubam de scarlacto cum uno cappuccio
panni rubei de scarlacto cum uno fodero
veluti viridis valoris et costus omnium
predictorum scilicet rubbe cappucii et fode-
ri sexdecim florenorum auri sine solutione gabelle

quam quantitatem ipsi camerarii solvere debeant massarii communis perusii ante introitum officii dictorum dominorum priorum, prioribus predictis vel camerarii mandaverint solvenda et non ultra.

Et si dicti priores prima die eorum publicationis vel sequenti electiones dictorum notariorum et nuptiorum non fecerint, dictis electionibus priventur, et eligantur dicti notarii et nuptius vel illi ex eis de quo priores in concordia non fuerint et non elegerint, ut dictum est, in consilio populi sorte brevium, et sint decem electores, silicet duo pro porta, et sint in electione omnes electores concordes vel saltem ex eis in concordia, et scribatur electio notarii et nuptii priorum per notarium reformationum vel notarium priorum. Salvis semper statutis priorum et notarii et nuptii eorum tam factis quam faciendis et ordinamentis et reformationibus de ipsis loquentibus, quibus per predicta in nullo derogetur.

Et si occurreret aliquem notarium vel nuptium extrahi de sacculo mortuum vel absentem vel inhabilem ad operandum officium, tunc eo casu per priores quorum debet esse notarius vel nuptius electio fiat per eos, et si non essent in concordia de electione, tunc fiat ad brevia modo superius denotato, et hoc quando substituti non essent in sacculari.

Et duo hostiarii continue pena centum solidorum denariorum stent et stare debeant ad hostium priorum per se et non per substitutum, nisi per priores alius substitutus approbetur.

Et dicti priores possint dictos famulos hostiarium et cocum cassare et removere pannos eis auferre, si viderint eos non fideliter servire.

Teneantur insuper dicti priores quolibet die lune et quolibet die veneris de mane usque ad tertiam et post nonam horam debitam usque ad vesperas sedere publice ad audientiam et audire petitiones volentium aliquid eis dare petere et petitiones in scriptis recipiant, et instantiam faciant per eorum notarium, et super ipsis deliberent quid sit agendum, infra sex dies a die oblate petitionis. Itaque si viderint admittendas admictant et dent notario pro approbatis. Et si viderint non esse admictendam, tamquam reprobatam restituere faciant per eorum notarium dantibus. Et de hoc rogetur ipse notarius et ad dictam audientiam stare debeant duobus horis ad minus, itaque omnibus volentibus eorum petitione dare sit licitum et comoditatem habeant de ipsis prioribus. Et predicta in dicto capitulo contenta teneantur dicti priores iurate observare tempore eorum iuramenti.

Et ut dicti priores artium et eorum notarius possint eorum offitium securius operari, potestas et capitaneus nec aliquis eorum non possint nec debeant aliqua ratione vel causa inquirere nec inquisitionem facere contra aliquem qui esset vel fuisset prior artium aut notarius priorum artium tempore offitii ipsorum potestatis vel capitanei; et si contrafecerit, non valeat nec teneat, et contrafaciens inquirentis [illegible] debeat condempnari. Si tamen accusati ab aliquo fuerint, possit super accusatione procedi prout fuerit rationis.

Et in omnibus et singulis que dicti priores artium fecerint aut facere voluerint, sint et esse debeant omnes presentes et in concordia vel saltem ex eis in concordia. Et quicquid per eos omnes vel saltem septem ex eis presentes et in concordia factum aut gestum fuerit in hiis que ex forma statutorum et ordinamentorum vel reformationum communis et populi perusii ad eorum spectaret offitium valeat et teneat et executioni mandetur.

Et habeant dicti priores et eorum notarius pro eorum et ipsorum familie

victualibus et expensis a comuni Pist. de pecunia
dicti comunis quadraginta s. d. pro quolibet eorum
et quolibet die sine solutione gabelle.
Iurent autem et promictant dicti priores artium
et eorum notarii et satisdent in consilio populi de eorum
offitio bene et legaliter exercendo secundum formam
statutorum et ordinamentorum et reformationum comunis
et populi Pistorii prout notario seu cancellario quem
stipulanti fuerit placuerit stipulari. ¶ Et si con-
tingerit aliquem extrahi et publicari de sacculo in
priorem qui esset mortuus vel absens vel in-
habilis ad dictum offitium exercendum tunc et eo
casu fiat electio per priores qui pro tempore in offitio
erunt cum camerario porte unde esset talis
publicatus electus et cum camerario artis
per quam huiusmodi prior publicatus electus vel
extractus fuerit. Et si ipsi omnes vel due partes
ipsorum in concordia viderint aliquem in dicta
arte consanguineum talis extracti qui sit ydo-
neus et sit de eadem porta illum eligant et
eligere debeant. Sin autem alium de eadem
arte et porta eligere teneantur. Et si non esse-
nt in concordia ut dictum est eo casu qua fient
publicatus extracti electio fiat per omnes priores
et camerarios vel maiorem partem eorum in
concordia prout viderint convenire ita tamen
quod de eadem arte et porta eligere teneantur si
ydoneum reperient alioquin de alia arte et de eadem
porta. ¶ Si vero aliquis offitialis comunis Pist.
extraheretur de sacculo ad aliquod aliud offitium
dicti comunis videlicet ad vicariam sive ad castellanatiam
alicuius alterius civitatis terre vel loci quam
esset mortuus vel inhabilis domini priores
et camerarii eligant alium loco sui de porta
de qua fuit talis extractus qui eis utilis
et ydoneus videatur.

## De arbitrio dominorum priorum artium civitatis Pist. rubrica.

Et quia ad offitium dominorum priorum spectare
debet de custodia habenda in civitate et
comitatu Pistorii. Statuimus et ordinamus . LXXIIII.
quod priores artium habeant et habere intelligantur ar-
bitrium bailiam et auctoritatem pro custodia et super cu-
stodia facienda et fieri facienda in civitate comi-
tatu et districtu Pist. et occasione dicte custodie
providendi statuendi ordinandi et faciendi quid-
quid eis placuerit. Quod huiusmodi dicta potestas et
arbitrium non intelligatur se extendere nec ex-
tendatur quod possint dicti priores conducere mi-
lites vel pedites forenses ad stipendium vel soldum
comunis Pist. nec offitiales eligere vel refirmare
qui habeant salarium a comuni Pist. vel ab aliqua
universitate comitatus vel districtus Pist. vel
ab aliqua speciali persona nec possint dare vel
concedere aliquam exemptionem vel immunita-
tem alicui castro vel ville comitatus vel di-
strictus Pist. nec alicui persone. ¶ Item quod dicti
priores habeant et habere intelligantur arbitri-
um auctoritatem et bayliam super blado et aliarum
victualium habundantia habenda et facienda
in civitate Pist. et occasione habundantie
habende expensis et de pecunia comunis Pist. faciendi
et ordinandi et debitum feneratitium sive non fe-
neratitium contrahendi et bladum emendi et
pro minori pretio vendendi seu retinendi faciendi
et omnia alia providendi statuendi ordinandi
faciendi et executioni mandandi que in predictis
et pro predictis eisdem prioribus artium placu-
erint. ¶ Et quia exploratorum offitium inter
alia est magis utile ymo necessarium quia
ut comuniter fertur ex approbato verbo qui sunt
pauperes exploratores sunt pauperes honoris
et esse potest vero magni pretii ut imposte-
rum talia non occurrant. Ordinaverunt

et providerunt quod domini Priores artium qui
erunt de mensibus Januarii et Februarii et de mensibus
Julii et Augusti semper in principio eorum offitii ante
quam ingrediantur palatium pro eorum offitio exercendo
infra tres dies primos postquam fuerint de sacculo
publicati teneantur et debeant eligere duos bo
nos et ydoneos et sufficientes viros qui notitiam
habeant cum comitatibus et etiam dominis et alegreque quos
ipse in offitiales super spiis pro tempore sex mensium qui
habeant potestatem et arbitrium expendendi singulis
duobus mensibus Centum libras denariorum in nuptiis et pro
nuptiis et spiis mictendis per eos sine pecunie comune
pisani vel communis pisani missis Centum libras denariorum et non
ultra. Nisi contingeret communi pisani expedire ultra
dictam quantitatem dicta de causa expendere quo
casu domini priores artium una cum Camerariis
communis triginta pretium et viginti in concordia
possint providere et ordinare de maiori qua
titate expendenda pro causa predicta prout et quo
tiens eis videbitur expedire. Que quanti
tas Centum librarum denariorum debeant solvi per massarios
communis pisani dictis bonis hominibus et offitialibus
sine aliquo precepto vel mandato alicuius offi
tialis sed solum visa predicta electione. Et ubi
contingeret priores et massarios ut supradictum
est deliberare de maiori quantitate expen
da dicta quantitas debeat etiam solvi dictis
bonis hominibus et offitialibus per dictos massa
rios sine aliquo alio precepto vel mandato alicu
ius offitialis sed solum visa dicta electione ut
supra dictum est et deliberatione ipsorum dominorum
priorum et camerariorum artium. Qui boni homines
et offitiales teneantur et debeant facere scribi
manu publici notarii nomina et pronomina omnium nuptiorum
quos miserint et loca ad que miserint et nup
tiorum quos receperint et loca a quibus receperint
et quantum eis solverint ita quod possint de dictis
expensis Rationem reddere coram maiore sin
dico communis pisani a quo debeant sindicari. Et

tamen de predictis dicte scripture publice notarii
que in omnibus plenam veritatem habeatur. Et dicto
notario possint dicti boni homines et offitia
les certum salarium constituere prout eorum de
scriptionibus videbitur. Quod salarium eidem solvi de
beat per dictos massarios secundum mandatum dictorum
bonorum hominum et offitialium. Teneantur
insuper dicti boni homines et offitiales facere iu
rare ad sancta dei evangelia corporaliter tactis
scripturis omnes et singulos nuptios mictendos
seu recipiendos quod ibunt ad illa loca ad que
mictentur et quod venerunt ab illis locis quibus
dicent se esse missos vel venisse et quod nulla
fraus per eos comictetur seu commissa fuerit.
Teneantur etiam dicti priores dare
auxilium mercatoribus et omnibus aliis per
sonis cum requisiti fuerint ab eisdem ut
iuvent eos coram offitialibus communis pisani
ad iustitiam consequendam et unusquisque in suo
iure conservetur illesus et ut vim non recipi
ant et ut serventur eorum iura et instrumenta
et scripture et rationes librorum eorum legitime facta
ut melius poterint et viderint facienda.
Priores artium ultimis quinque diebus eorum
offitii non audeant vel presumant aliquid sta
tuere facere proponere vel reformare de aliquo
negotio vel facto spetialium personarum sed de facto
Communis pisani tantum. Et quod domini priores
artium consueverunt rogare notarium ipsorum vel
Cancellarium ante dictos ultimos quinque dies
eorum offitii quod habeat perfectis et explicatis omnia
que agenda eis occurrerint in dictis ultimis quinque
diebus quod est absonum et absurdum. Idcirco sta
tuerunt et ordinaverunt quod dicti domini priores non
possint rogare notarium nec cancellarium
nec ipse notarius et Cancellarius Rogari aliquo
facto spetialium personarum nisi de eo solo quod tunc
expletum factum et consumatum fuit non ante de
eo quod fiendum expediendum et explicandum.

Occurreret

contrafecerit in futurum in dictis quinque diebus. Et si aliter scripserint dicti notarius et Cancellarius pu- niantur pena quingentarum librarum denariorum et privationis offitii. Et de hoc debeant sindicari et talis preceptum et scriptura non valeat nec teneat :-

De non proponendo aliquid per dominos priores vel promictendo quod processus criminales sive condepnationes tollantur. Rubrica.

LXXV. Propter punitionem malefitiorum et pro observatione Iuris et Iustitie et ne illi qui committunt maleficia evadant impunita. Statuimus quod domini priores populi presentes et futuri numquam possint proponere ordinare et reformare vel aliquid contra punitionem malefitiorum nec de tollendis cassandis suspendendis vel revocandis aliquibus condepnationibus crimi- nalibus nec aliquibus processibus civilibus vel criminalibus pendentibus in curia potestatis vel Ca- pitanei vel Iudicis Iustitie vel Maioris Sindici offi- tialium communis perusii. vel in alia curia communis perusii nec de absolutione vel liberatione vel impunitate aliquorum malefactorum vel qui malum commisissent. pena quin- gentarum librarum denariorum pro quolibet priore et alio quolibet contrafaciente et qualibet vice et si secus factum vel ordinatum fuerit non valeat nec teneat ullo modo. Et quod de predictis sindicentur expresse dicti priores non obstantibus aliquibus aliis statutis ordinam- entis vel reformationibus in contrarium loquentibus :-

De ordinamentis et reformationibus observandis et de eorum prevalentia. Rubrica.

LXXVI. Statuimus et ordinamus. quod potestas et Ca- pitaneus vel Maior Sindicus et quilibet eorum teneantur rata et firmas habere et observare et observari faciant et rata habere et observare ab omnibus tam de Civitate quam de Comitatu et districtu perusii. et omnes reformationes fiendas dummodo fiant cum sollepnitatibus que requiruntur per capitula et statuta communis et populi perusii. et dummodo que fient non derogent nec contradicant capitulis seu statutis contentis in hoc volumine seu aliarum eorum. Et si dictus Potestas vel capitaneus vel offitiales eorum. vel Maior

No. Requirunt et valent sine statuto solempnitate ... [illegible]

Sindicus vel aliquis ex eis non servaverint vel observari non fecerint teneantur Communi perusii solvere nomine pene Centum librarum denariorum. Et si aliqua de cetera reformationum in aliquo inter se repugnent contrarie servientur ultime seu sequentes ut semper in eo quod contra dicerent inter se per posteriores prioribus derogentur. Et intelligantur esse ultime que retro in volumine scripte sunt secundum or- dinem scripture :-

Quod offitiales teneantur observare et observari facere omnia statuta et ordinamenta. Rubrica.

Teneantur potestas et Capitaneus Maior Sindi- cus et Iudex Iustitie et cuiuslibet eorum offitiales et quilibet alius Iudex communis perusii et eius offitiales et domini priores artium et quilibet eorum observare et observari facere omnia et singula statuta communis et populi perusini vel reformationes ipsius communis facte in quovis consilio et etiam ordinamenta aliarum artis seu artium si et quatenus ordinamenta artium non sint in aliquo contraria et non derogent statu- tis communis et populi perusii. dicte vel publicam sub pena in ipsis ordinamentis contenta ubi pe- na esset in ipsis ordinamentis et statutis determinata ubi autem non esset pena determinata sub pena quin- quaginta librarum denariorum pro quolibet capitulo et de ipsis sta- tutis et ordinamentis non servatis non possit peti nec fieri aliqua absolutio per aliquod consi- lium nec in aliquo consilio possit proponi nec reformari nisi si erit statutum communis et populi perusii. in Consilio Camerariorum et octo artificum de qua- libet arte magna et quatuor artificum de qua- libet arte parva et nisi specificetur quecumque rentur per capitulum stato. de quo vel quibus petitur erit quod fiat absolutio vel suspensio et nisi in ipso consilio intersint saltem Triginta camerarii et sexagintaquinque artifices et fiat scruptinium et petitum ad bussulas et fabas et sint due partes concordes et si aliter fieret non valeat ipso iure :- . LXXVII.

No. forma servandi in statutis ... [illegible] ... capitulum LXXXIIII. et CLXXXIIII. ... volumine.

De electione bonorum hominum qui debent componere et ordinare sacchettos omnium et singulorum offitialium Civitatis perusii ac etiam mictendorum ad regimina castrorum Comitatus perusii ac etia Civitatum

et terrarum dicti comunis perusii submissarum et recomendatarum et de modo et ordine in futurum super dicta electione servandis. Rubrica.

Quum offitium dominorum priorum artium civitatis
perusii sit principale caput regiminis civ-
LXXVIII. itatis predicte nec non terrarum omnium et civitatum sub-
missarum et submittendarum ac etiam recomendatarum
civitati prefate, propterquod unusquisque studere
debet sollicita cura et ingenio ut electio de eis
ac etiam de aliis offitialibus tam dicte civitatis
quam aliarum civitatum et terrarum comunis predicto recome-
datarum et submissarum fiat de melioribus et digni-
oribus legalioribus et prudentioribus homi-
nibus civitatis quia sine bono capite in regim-
ine membra non bene reguntur et quum inter cum-
itatis predicte ambitio in tantum supervenit quod
quilibet magis ignarus ac indignus non ex debi-
to set ex procurationem sollicita volunt se dim-
gnos facere tempore ressertionis sacculorum de noc-
tuque discurrendo volentes quod a dictis perturbatio-
nibus desistatur et per consequens ab omnibus contentionibus
tione in populo perusino et ut electio sincera ac-
pura mente fiat et omnis via pravationum
precludatur, Ordinamus statuimus et refor-
mamus quod ad electione tam dominorum priorum civi-
tatis perusii et omnium aliorum offitialium civitatis et
comitatus perusii quam terris subiectis dicte civi-
tatis ad regimina mittendorum exceptis castris
comitatus perusii in quibus mictuntur per eos perusii
potestates procedatur modo forma et ordine in-
frascriptis videlicet Quod ultimus prioratus qui extrahe-
tur et publicabitur de presenti sacculo et sic succe-
ssive in electione in electione sacculorum fieri
debeat infra octo dies a die introitus eorum
offitii computandos sub vinculo iuramenti
et pena mille librarum pro quolibet eis et a quolibet
ipsorum per maiorem sindicum tempore sindicatus
auferenda vapniri et preconizari faciant et in

locis consuetis bapnimenta fieri per unam diem ante quam
infra consilium coadunari et congregari debeat con-
silium quod vocatur consilium ordinatum ad electionem
bonorum hominum debentium eligere bonos homines
qui debeant componere et ordinare novos sacch-
ectos Et bapniatur dictum consilium hoc modo et
forma videlicet quod omnes qui hactenus qui fuerunt in
priores et prepositores de sacchetto veteri extracti
et publicati et omnes quilibet qui fuerunt vel sunt
in offitio camerariatus artium tempore dictorum priorum
ad dictum consilium venire et accedere debeant an-
dita campana que pulsari consuevit pro adunan-
tia generali congreganda. Et consilium congregari
et coadunari per dictos priores debeat in palatio
eorum solite habitationis et ante horam none et
usque ad dictam horam dictum consilium expectare
debeant dicti priores qua hora elapsa possint
teneantur et debeant ad dictam electionem procedere
cum hiis qui erunt tunc congregati. Quo con-
silio sic preconizato et convocato et congregato
in palatio habitationis dominorum priorum per can-
cellarium comunis perusii publice et clare itaque qui-
libet volens videre possit fiant et fieri debe-
ant viginti brevia sicud sunt viginti porta-
tus de sacchetto veteri et in quolibet dictorum
brevium sint scripta nomina et prenomina porte et
parrochie et priorum et nomina mensium in quibus priores
omnes fuerunt prout extracti et publicati fuerunt
de sacchetto et talia brevia sic facta omnia per
dictum cancellarium mictantur in quodam ca-
ppello et ad invicem misceantur quo pure et ab-
sque dolo et malitia facto habeatur quidam
puer parvulus qui prius mictat manum in dictum
cappellum et exinde extrahat unum ex dictis bre-
vibus et illi priores qui erunt scripti in tali
brevi sic extracto cum illis civibus perusinis
qui fuerunt vel sunt ad offitium camerariatus

tempore dicti potestatis. Scilicet isti qui tunc tempore dicti consilii
erunt in dicto consilio presentes sint et esse intelligantur
electores et qui potestatem et bayliam habeant eligere
videlicet quindecim bonos legales ac fideles homines et
non appetitores officiorum populares et sufficientes et ar
tifices quorum bonorum hominum duo semper esse debeant
mercatores et de arte mercantie et unus pro qualibet
arte grossa. reliqui vero sint de artibus minoribus
et eligantur tres pro qualibet porta modo et ordine
infrascriptis. Scilicet quod quando intus erunt reclusi can
cellarius faciat quinque brevia. scilicet unum pro qualibet
in quo sit scriptum nomen porte et ponatur primum
secundum tertium quartum et quintum et immisceat in
cappello deinde trahat unum quo extracto illi de illa
porta seperentur et ponantur seorsum et eligant
tres de porta que trahetur prima deinde secunda
eligat illos tres de porta que trahetur pro tertia et
et singulis de singulis ita quod ultima porta eligat
primam in electione quorum ad minus due partes ele
ctorum eligentium de porta debeant esse concordes. Et
dictam electionem non possint nec debeant dicti electo
res in aliquem seu aliquos ex eis vel in aliquem
seu aliquos alios committere seu remittere. qui quin
decim boni homines sint eligendi et quilibet ipsorum de
beant vacasse a dicto eodem officio insaculatoris per
integros quinque annos a die electionis ac termino dicti
facte vel aliquo ipsorum computandos nec etiam po
ssint dicti electores eligere super restrictione seu de
positione dictorum sacculorum fratrem carnalem
patrem filium seu nepotem carnalem illorum seu alicuius
illorum qui fuerunt vel fuit ad componendum primos
sacculos veteres scilicet de proxime completos nec e
tiam patrem filium vel fratrem carnalem vel nepotem
carnalem alicuius dictis insaculantis nec aliquem qui
familiariter habitaret cum eis vel aliquo eorum
et staret ad unum panem et unum vinum. pena qui
ngentarum librarum denariorum a quolibet contrafaciente per

potestatem vel Capitaneum vel maiorem sindicum
de facto auferenda. ¶ Et ut nullus dictorum electo
rum ob preces et rogamina a bona pura et legali fide
et intentione valeat deviare. Ordinamus statuimus
et reformamus quod in supradicto consilio intersint et in
esse debeant domini potestas et capitaneus populi cum eorum
et cuilibet eorum officialibus et familia. Qui potestas
et capitaneus et quilibet ipsorum teneantur et debeant
statim extracto dicto brevi de cappello et publicato
ut supra dictum est capi detineri et mitti facere per
eorum officiales et familias in quinque divisis locis
scilicet electores cuiuslibet porte per se et separatim omnes
et singulos qui tunc erunt in dicto consilio ad quos
nos secundum formam presentis legis spectat electio
supradicta. et talia faciant et facere debeant quod n
ullus alteri vel aliquibus ex dictis electoribus
loqui possit publice vel secrete. Teneantur
etiam dicti domini Potestas et Capitaneus et quilibet
eorum omni mora postposita licentiare et extrahere
seu licentiari et extrahi facere cum effectu de dicto
palatio per eorum et cuiuslibet ipsorum officiales et fa
milias omnes et singulos tunc temporis in eodem pa
latio existentes dominis potestatibus tunc in officio ex
istentibus exceptis quos tamen duos potestas seu
aliquem ipsorum dicti domini potestas et capitaneus
non permittant particulariter vel communiter palam
vel occulte loqui cum aliquo vel aliquibus ex
dictis electoribus nec alicui vel aliquibus ex dictis e
lectoribus aliquam scriptam dari seu mitti per
alium seu alios pena dictis potestati vel potestatibus elec
torum vel electoribus secus facienti vel facientibus
quingentarum librarum denariorum per potestatem vel Capitaneum
vel maiorem sindicum a contrafaciente vel
contrafacientibus post depositionem eorum et
cuiuslibet eorum officii de facto auferenda. Hiis
etenim sic factis et gestis et ordinatis per dictos
dominos potestatem et Capitaneum et quilibet ipsorum sint et te

poris internallo teneantur et debeant supradictos
electores et quemlibet ipsorum duci et mitti facere per
eorum offitiales et familias in et ad domum communis Perusii
que vocatur domus balistrariorum. Et predicta faciat
ita et taliter quod nemo dictis electoribus nec alicui eorum
loqui possit nec aliqua scripta dare seu mittere.
Et ipsos electores et quemlibet ipsorum recludi facere in
dicta domo ac die noctuque custodiri per eorum et cuiuslibet
ipsorum offitiales et familias ita quod nemo eis vel alicui
ipsorum loqui possit nec aliqua scriptam dare seu
mittere nec aliquam rem comestibile seu potabile
donec dictam electionem fecerint cum effectu. Hoc excepto
quod si ubi dicti electores egerent Cancellario communis
Perusii pro declaratione aliqua quod tunc in dictam log-
giam seu domum balistrariorum permictatur et permictere pos-
sint et debeat ipsum intrare iuramento sibi prius pre-
stito quod nulla ambassiatam alicui vel aliquibus ex
dictis electoribus faciat nec aliqua scriptam dabit
alicui singularis persone. ¶ Ubi vero casus occurre-
ret quod secundum publicatione brevis supradicti electio
bonorum predictorum hominum ad confectione sacculorum de-
putandorum expectaret et pertineret ad dominos priores
qui pro tempore erunt in offitio tunc et eo casu predicti do-
mini potestatis et capitanei sinat et permictat quod pre-
fati domini priores et camerarii qui electioni predicte
interesse debent dictam electionem faciant dum modo
statim cum publicabitur breve in quo erunt scri-
pti dicti priores in dicto consilio in dictam logiam
dicti priores et camerarii immitti et recludi debeant
per offitiales potestatis et capitanei predictos in qua
loggia custodiantur et custodiri debeant per predictos
offitiales ita et taliter quod nullus dictis prioribus vel
camerariis vel alicui eorum loqui possit publice
vel occulte vel aliqua scripta dare seu mictere.
¶ Nec etiam permictant dicti offitiales quod supradictis
prioribus camerariis vel alicui ipsorum detur ali-
quid comestibile seu potabile nec ipsos nec ali-
quem ipsorum de dicta loggia exire permictant quo-
modo donec dictam electionem ut supra dictum est fe-
cerint cum effectu. ¶ Facta insuper electione pre-
dicta statim antequam dicti electores extrahantur de
dicta domo sive dicta loggia et antequam aliquis eis
vel alicui loqui possit prefati domini potestas et
Capitaneus et quilibet ipsorum teneantur et debeant
mictere eorum offitiales et familias ad capiendum et capi
facere dictos bonos homines ut predicitur sic
electos et eorum nomina et ubi dicti boni homines vel
nominatis vel aliquis venire vel obbedire recusaverint
vel non venerint ad secundum mandatum offitia-
lis vel offitialium predictorum tunc et eo casu prefati
domini Potestas et Capitaneus et quilibet ipsorum et eorum et
cuiuslibet ipsorum offitiales possint teneantur et
debeant inobbedientes seu inobbedientes et recu-
santes seu recusantes gravare ac punire realiter
et personaliter ita quod omnino veniat et obbediant sine
mora. Et de hiis que fecerint in predictis et supra p-
dictis et exequtione predictorum non possit tempore eorum
sindicatus quomodolibet molestari vel inqui-
etari. ¶ Volumus insuper quod predicti potestatis et
capitanei et eorum et cuiuslibet eorum offitiales et famil-
iares non possint aliqua ambasiata facere seu
fieri facere alicui vel aliquibus ex supradictis
electoribus donec dictam electione fecerint cum effectu.
pena dicto Potestati et Capitaneo et eorum et cuilibet
eorum offitialibus et familiaribus sive predictis vel alicui
quo predictorum fuerint negligentes vel supradicta
omnia et singula non servaverint cum effectu ad que
de teneantur et debeant secundum forma presentis
legis quingentarum librarum denariorum ab eis et quolibet
ipsorum tempore eorum sindicatus per ipsorum sindicato-
res auferenda et aliter vel alio modo ad supra-
dictam electionem per aliquem seu aliquos nisi
predicta forma servata procedi non possit nec
valeat ullo modo. Et si aliter vel alio modo quam
superius sit expressum ad dictam electionem pro-
cederetur electio sic facta ipso iure sit nulla

et quicquid secutum fuerit exinde nullius sit efficacie
vel valoris et pro non facto penitus habeatur aliquo
non obstante.

## De modo et ordine observandis per bonos homines deputatos ad componendum novos sacculos offitialium tam civitatis et comitatus Pistorii quam etiam per eos dicte civitatis ad civitates et terras dicto communi subiectas vel recomendatas mittendorum. Rubrica.

LXXVIIII. Quia ut experientia docuit civitates et terre tantum
bene reguntur et pacifice gubernantur quantum
in eorum rectores et gubernatores boni, prudentes et lega-
les homines perfinguntur, Statuimus et ordinamus
quod boni homines et offitiales qui deinceps eligentur vel
deputabuntur super confectione seu compositione sac-
culorum offitialium tam civitatis et comitatus Pistorii
quam aliorum offitialium ad civitates et terras communis Pistorii
subiectas vel recomendatas per ipsum commune mittendorum
mictantur statim et micti debeant et custodiri decla-
randum per dominos priores et camerarios qui tunc
temporis in offitio residebunt et ibidem reclaudi
debeant et custodiri per offitiales potestatis et capitanei
et eorum vel alterius eorum offitiales, ita et taliter
quod nullus ex eis vel aliter eorum loqui possit.
Qui in boni homines et offitiales teneantur et
debeant dictos sacculos et quilibet eorum condere
componere et ordinare bene et legaliter absque aliqua
fraude vel malitia et seperare omni singularitate odio
vel amore quod posset detrahere honori communis Pistorii
quomodolibet vel obesse. Et etiam dictos saccul(os)
teneantur condere et componere ad et secundum
formam et servata forma infrascriptis in presenti capitulo de-
notata, videlicet. Primo quod in dictis sacculis vel aliquo
ipsorum non possint nec debeant insacculare ali-
quem qui fuerit de falso condempnatus et non restitu-
tus, nec aliquem seu aliquos de eorum vel alicuius
eorum electoribus nec aliquem alium ipsorum insaccu-
lantium avum vel patrem vel filium vel fratrem car-
nalem vel aliquem qui staret et habitaret cum
aliquo dictorum bonorum hominum insacculantium
ad unum panem et unum vinum, nec aliquem foren-
sem. Nec in sacculo potestatis possint insaccu-
lare aliquem cuius pater vel ipse non fuerit natus
in civitate vel comitatu Pistorii et non habuerit
et habeat libram et bona valentia prout contine-
tur supra in capitulo de electione dominorum priorum, excep-
tis illis qui actenus in sacculo potestatis fuerunt
insacculati vel ad dictum offitium electi et ipsum
exercuerunt, nec aliquem qui esset condempnatus in
futurum pro homicidio, nec aliquem qui fuerit positus
ad confinia occasione subversionis status pacifici
civitatis Pistorii, nec aliquem qui fuerit positus
alia de causa durantibus confinibus, nec ali-
quem filium alicuius rebellis vel condempnati pro
proditore communis Pistorii et non restituti seu rebapniti.
Nec in sacculo potestatis possint insacculare
aliquem qui fuerit extractus de carceribus communis
Pistorii amore dei nisi talis extractus aliquod
dictum offitium fuerit insacculatus vel electus et
offitium exercuerit vel nisi fuerit excarceratus
ex tali malleficio de quo concordia fieri poterit. Nec
possit insacculari aliquis notarius pro notario
potestatum qui fuerit conditionibus supradictis prohibitis
maculatus. Et quod nullus eligatur vel eligi
possit ad reficiendum dictos sacculos qui alias fu-
isset ad simile offitium deputatus a quinque annis
citra. Qui in quidem boni homines eligendi
possint teneantur et debeant reficere componere
et ordinare sacculos offitii potestatis et omnium et
singulorum castellanorum et aliorum quorumcunque offi-
tialium qui per viam et modum sacculari solent
fieri. Ac etiam componere et ordinare sacculos
singnoriarum terre Carmignani, terrarum domini Vitian-
calconis Comitis de Foiana, terrarum dominorum
de Pietramala, terre Mammi, Castri Montis
Megiani, ac etiam castrorum fracte filiorum Ubertini,
Montonis, plebis Sancti Marciani et Panica-
le. Ita tamen quod nullus notarius qui habuit
aliquod offitium per viam et modum insacculationis

extra Ciuitatem prus. possit insacculari intus
Ciuitatem predictam et si insacculabitur ad unum
uel duo offitia intus dictam Ciuitatem non possit
insacculari ad aliquod aliud offitium extra ciui
tatem predictam. ¶ Et ad hoc ut plures ciues
minoris libre dictarum potestariarum et signoriarum
videlicet terre Cannarii terrarum bandi Rakonis Co
mitis de Spana dominorum de petramala et Castiglio
nis aretini (?) supinus de ceteratorum expresse utili
tatem sentiant et percipiant cum alie potesta
rie et signorie aliis conditionibus et habentibus
maiorem libre tribuantur nullus eligi uel
insacculari possit ad aliquam dictarum signoria
rum et potestariarum. libram habens a centum libre
supra ad libram grossam. sed tamen a centum libre
infra eligantur et insacculentur ad signorias
prefatas. ¶ Et reficiantur et refici debeant
sacculi supradicti per quindecim bonos homines
supradictos videlicet sacculi signoriarum et castellanorum
per tempus quadraginta duorum mensium et sacculi pote
starum et aliorum offitialium per tempus quadraginta
mensium tamen ad plus. ¶ Et in refectione talium
sacculorum obseruetur et obseruari debeat infrascri
pta forma videlicet quod nullus possit nisi tantum
ad unum offitium insacculari neque per ipsos saccu
los reficiendos nisi unum offitium tantum conseq(ui)
uel habere. Exceptis Capitaneis partis guel
fe sindicatoribus offitialium custodibus bonorum ho
minum et notariis carcerum temporibus mostre offi
alium temporibus mostre Cassarorum et castellan
orum et offitialibus viarum pontium et pontium com
itatus offitialibus magestatis et electoribus
potestatis et capitanei maioris sindici et offitial
custodie Ciuitatis et comitatus heredum et viarum
Ciuitatis predicte. ¶ Et quod nullus possit esse

per sacculos reficiendos nisi libram habeat sex
aginta libre ad grossam. et quod non possit insaccul
ari in aliquo dictorum sacculorum ad aliquod offitium
aliquis ex dictis quindecim bonis hominibus in
sacculatoribus nec pater filius aut frater car
nalis ipsorum uel alicuius eorum nec aliquis eorum con
sanguineus ulterius qui staret in eadem fam
ilia ad unum panem et unum uinum cum aliquo de
ctorum insacculatorum et hoc modo intelligatur in
corum notariis. ¶ Et ad hoc ut quilibet commodi
et utilitate in suo gradu sentiat et percipiat de
offitiis et regiminibus supradictis insaccula
tores prefati non possint nec debeant insaccula
re aliquos in una et eadem familia et domo si
mul existentes et habitantes ad unum panem
et unum uinum nisi tantummodo duos ex eis ad duo
tantum offitia ad plus et non ultra videlicet tantummodo
offitia ex quibus unum tamen offitium consequi
potest uel habere. Et hoc locum habeat eo tamen
casu quando essent quatuor in uno et eadem fa
milia uel plures a quatuor uero infra insa
cculari non possit nisi unus ad unum tantum
offitium ex offitiis supradictis. ¶ Item quod nullus
possit insacculari ad offitium foraneus nisi lapso
dicto offitio uacante die quo sacculus habebit
principium per decem et octo menses continuos dummodo
quod in uno et eodem sacculo seu ipsius sacculi du
rante tempore non possit quis insacculari seu ali
ter assumi per pore et ad ipsum foraneus offitium
nisi semel et una uice tantum. ¶ Et ad hoc ut
offitium foraneus ante publicationem ipsius co
tinue sit secretum postquam cedule foranium fu
erint ordinate quelibet cedula in pallotta ce
rea in uoluatur et ad fortuna postea publi
cetur et extrahatur. ¶ Et quod insacculatio fora
neus conseruatorum monete et electorum signoriarum

non possit insaculari pater filius et frater
carnalis insaculati in ipso eodem saculo ad
aliud idem officium nec aliquis consanguineus
vel affinis qui secum steterit ad unum panem
et unum vinum. Et propinquiores insacula
buntur pro electore potestatis et capitanei civi
tatis predicte vacasse debeat a dicto officio
tempore electionis sive publicationis ipsius per in
tegros quinque annos. ¶ Qui vero insa
culabuntur pro electore alicuius alterius officialis
communis predicti vacasse debeat a dicto officio quousque
publicabitur seu aliter eligeretur per tres annos con
tinuos. ¶ Hii autem qui insaculabuntur
pro conservatoribus monete massariis communis
predicti et officialibus armarum vacasse debeat ab
eodem officio a die publicationis seu electionis
ipsorum per tres annos continuos. ¶ Hii autem qui
insaculabuntur ad aliquam signoriam seu castel
lanantiam alicuius terre subiecte vacasse deb
eant ab ipso eodem officio et quolibet alio ipsius
eiusdem terre die publicationis seu electionis
ipsorum per integros decem annos et in qualibet
alia terra subiecta per continuos quinque
annos. ¶ Item quod omnes illi qui extracti et
publicati fuerint hucusque et qui imposterum ex
trahentur et publicabuntur pro potestate ca
pitaneo vel castellano alicuius terre subiecte vel
aliter qualitercumque electi ad dicta regimina
seu signorias vel castellanantias loco dictorum
extractorum et publicatorum non possint nec de
beant insaculari seu eligi vel assumi per
viam electionis seu publicationis ad aliquod
aliud officium deinde ad quinque annos et inde
aliis et in eadem deinde ad decem annos
¶ Et si contingerit quod aliquis insaculatus
eligeretur loco alterius extracti de saculo
non possit si esset in eodem saculo illud
officium ad quod fuisset insaculatus vere

vel acceptare seu alius loco sui sic extractus
eligatur per dominos priores artium. ¶ In aliis
vero officiis liceat ei officium ipsum accepta
re servata tamen forma presentis legis. ¶ Et quia
potestaria et castellanatia civitatis castelli
propter magnum salarium quod exinde percipitur
sepe saculis tam divisionis et indirecte
cives dare ut plurimum consueverunt ad dimi
nuendum tollendam materiam. Nullus insa
culari possit nec aliter eligi pro potestate vel
castellano dicte civitatis castelli nisi va
caverit die publicationis vel electionis ipsius
ac etiam pater eius filius vel frater carnalis
ipsius et quilibet alter suus consanguineus
vel alius secum habitans et existens ad
unum panem et unum vinum cum eadem familia per
tempus viginti annorum ab illo tam officio
dictorum duorum officiorum ad quod insacula
tus vel aliter electus fuit. possit tamen
esse castellanus dicte civitatis si potestas
fuit deinde ad decem annos. Et econverso.

De consiliis congregandis per dominos priores artium et eorum auctoritate. Rubrica.

Quod domini priores habeant plenam
licentiam auctoritatem bayliam et potestatem
vigore presentis statuti congregandi et congre Lxxx.
gari faciendi consilium communis et consilium
populi causa publicandi dominos priores ar
tium et officiales civitatis et rectores terra
rum submissarum et submictendarum et alios
officiales communis predicti et causa eligendi consili
arios et notarios palatinos ad causas civi
les et omnia et singula in ipsis consiliis facie
nda que in ipsis consiliis fieri debent secundum
formam statuti communis predicti. Et quod facta fuerit
per ipsum consilium ipsa publicatione dictorum

officiales et quod fieret in consilio quod solet congre
gari in palatio potestatis ad electiones fiendas per
bursam et etiam constitutionem sindicorum pro factis et
negotiis dicti comunis et alia supradicta valeat et tene
at ac si factum esset pro totum populum per ius. quod consi
lium maius etiam in quocumque numero congregatum
possit fuerit baptitum congregatum et etiam campana
pulsata pro eo congregando sufficiat ad predictam sin
dici et parratoris constitutione ad quecumque negotia
dicti comunis facienda et etiam ad contrahendum et
contractione obligandum quas et quos occurrerit fieri
a dicto comuni pro ius. ¶ Consilium Camerariorum congre
gare possint in eorum palatio pro libito voluntatis
quotiens et quando voluerint facta prius deliberatione
per dominos priores artium saltem septem in concordia
et scripta manu Cancellarii sive notarii dominorum priorum
antequam dictum consilium camerariorum bapnitum fuerit
vel congregari de omnibus que in dicto consilio propo
nere voluerint. Et illud quod obtentum fuerit per
dictos camerarios ad minus triginta presentes et
viginti in concordia vel si fuerint plures numero
triginta presentes et fuerit obtentum per duas partes
in concordia misso partito cum dictis pissidibus
ad bussulas et fabas in negotiis priorum infra
ctis tangentibus directo comunem pro ius deliberando
ad levandum et aliter non possit proponi in adu
nantia generali set possit et debeat sequenti die
consilium congregari camerariorum cum octo ar
tificibus per quolibet Camerario de arte grossa
per qualibet arte et quatuor de arte minori in quibus
consiliis semper adesse debeant triginta Camera
rii ad minus et viginti in concordia et si plures
fuerint esse debeant due partes in concordia ut
supra dictum est et illud quod deliberatum erit in
dicto consilio Camerariorum et artificum si in vnd
modo talibus arbitrium non habuerit proponi po
ssit in sequenti die in arrendicta generali ita quod
eadem die qua fuerit coadunatum dictum consiliu
m et in eo illud deliberatum quod debeat proponi in aduna

ntia generali congregari non possit dicta adunantia.
Et aliter vel alio modo generalis adunantia fieri non
possit. Et si domini priores aliter sive forma non
servata fecerint puniantur post eorum sindicato
rem per ipsum qualibet pena ducentarum librarum denariorum pro
quolibet dictorum priorum non obstante aliqua soluti
one que posita fieret in adunantia generali de dicta
propositione nisi de primi capitulo expresse fiat mentio
specialis. Et quod nullus cancellarius vel notarius priorum
scribere possit propositas nec ipsas legere in ipsis
adunantiis dicta forma non servata pena predicta
predictis cancellario et notariis scribentibus contra p
redictam formam. Dicto modo adunantia generalis non
possit nec debeat de nocte congregari nec in ea
aliquid deliberari sub dicta pena. Et in ea deliberatione
quod deliberatum fuerit dicta hora noctis tempore non
valeat ipso iure. Et quod in qualibet generali adu
nantia mitti partitum desteriorum ad levandum et ob
tineri debeat per duas partes totius adunantie di
mo dicte due partes sedeant ad dictum partitum
et si aliter fieret non valeat ipso iure. Quas
congregationes consiliorum et adunantiarum obser
vato modo predicto facere possint ad eorum arbi
trium et voluntate et proponendum in ipsis consiliis
Camerariorum et artificum et in adunantia predicta
et quolibet eorum quicquid eis videbitur utile
necessarium vel conveniens pro ipsorum priorum pro
cessit voluntate. Et omne id et quod totum per ipsos
vel aliquem eorum propositum et reformatum fuerit
in dictis consiliis Camerariorum et artificum
et adunantia valeat et teneat et debeat pro pertinentio
observari nec contradici possit per potestatem vel
Capitaneum vel alium officialem comunis predictum vel aliam
quamcumque personam modo aliquo vel ingenio si
ve causa set auctoritate presentis capituli perpetua opti
neat firmitate et executioni mandetur prout
apparebit reformatum vel etiam ordinatum. ¶ Et
quod in dictis consiliis vel aliquo eorum misso semel

pretio et prodito plus mitti non debeat sub dicta pe
na et si postea remitteretur quicquid contineretur non
valeat ipso iure et pro facto habeatur. Et Can
cellarius et notarius priorum vel alter eorum qui essent in
dicto consilio sub pena predicta scribere teneantur
proditum fore partitum eo casu quo perderetur dictum
partitum in dicto consilio. Et locum non habeat in sta
tagientibus principale commune pis. quo casu sem
el et pluries partitum mitti possit et scribi debeat. Et
de hiis expresse debeant sindicari per maiorem sind
icum. comunis perusii :·

De pena malum consilium dantis seu exten-
tis dominis prioribus artium. Recta.

·LXXXI· Tractetur materia et occasio iudicibus et sapien
tibus Ciuitatis perusii. ad consulendum supra a
liquo dubio per priores absumptis subtiliter exami
nando et plene deliberando ad inuestigationem verita
tis et prioribus ipsis et ipsorum consilio salubriter
consulatur. Statuimus quod si priores artium Ci
uitatis et burgorum perusii presentes vel futuri co
miserint aliquod factum vel dubium alicui sapienti
vel sapientibus iuris Ciuitatis perusii et ipsi sapien
tes ipsis prioribus aliquid scriberent vel darent ali
quod consilium per fraudem vel malitia ex quo in
iquum vel iniustum preiudicaretur vel aliquod preiudicium gene
retur comuni perusii vel spetialibus personis vel alio mo
quocumque qua de causa per executionem ipsius con
silii quam priores artium facerent aliquo tempore ipsi
priores condepnarentur per aliquem offitialem comunis
perusii vel aliquam penam incurrerent quod ipse vel
ipsi sapientes qui ipsum consilium tulerint vel tule
rint tulissent vel tulissent. teneantur et debeant et coga
ntur per quemlibet offitialem comunis perusii reficere re
ddere et restituere integre cum effectu ipsis prioribus
omne dapnum et interesse et omnem condepnationem
quam incurrissent vel in curreret seu incurre
rint dicta de causa tamquam si ad predicta sponte se
obligassent et intelligatur auctoritate presentis
statuti se obligasse ex instrumento confessionato et contra

eos procedatur summarie et de facto sine porrectione li
belli et litis contestatione et sine strepitu et figura
iuditii et sine decimo mictendo apud massarium
comunis perusii. quem amodum ex instrumento confessionis ordi
ne ordine iuris et solepnitate obmissa et substantialibus
etiam iuditii pretermissis. Et quilibet filius fam
ilias eo iudex ad consulendum absumptus etiam
minor viginti annis qui putaretur se ad consule
dum assumi intelligatur auctoritate presentis statuti
maior viginti annis et tamquam paterfamilias nec ex
aliqua dictarum. causarum. possit aliqualiter se in
nare non obstantibus aliquibus statutis et ordi
namentis vel reformationibus factis et faciendis
que in contrarium loquerentur quibus et cuilibet eorum
quantum ad hoc derogari volumus. Et si de ipsis
nominatim et spetiale fuisset in hoc capitulo facta
expressio. Et si potestas et Capitaneus vel aliquis
offitialis comunis perusii. ad predicta fuerint negligentes
vel remissi puniantur in eorum sindicatu in mille
libris denariorum. Et quod predicta omnia habeantur et obser
uentur pro lege et statuto populi perusii. Et idem
intelligatur in omnibus aliis offitialibus comunis
perusii. quibus malum consilium daretur per ali
quem de predictis :-

Quod domini priores non accedant ad eligendum
aliquem potestatem vel Capitaneum. Recta.

Statuimus et ordinamus quod domini Priores ar
tium qui erunt protempore et tempore quo tractar ·LXXXII·
tabitur de electione dominorum potestatis et Capitanei
siue maioris Sindici et iudicis iustitie pena quin
gentarum librarum denariorum non possint nec debeant vel presumat
ipsi vel aliquis eorum modo aliquo siue causa tempore sui
offitii nec post exitum offitii eorum ire vel accedere
pro predictis dominis potestate Capitaneo vel iudice iu
stitie ad presentandum eis electionem vel aliam eorum.
vel ad ipsum eligendum. nec etiam per eos nec per aliquem
eorum mictatur aliquis eorum vel aliquid eorum parte

vel filius vel frater carnalis gener vel socer vel consanguineus usque in tertium gradum. Et si priores artium contrafecerint puniantur per maiorem sindicum in dicta pena. Et quicumque contra dictam formam venerit in centum libr. den. puniatur. Et de predictis ex officio per maiorem sindicum inquiratur, et quilibet esse possit accusator et habeat medietatem banni, salvis semper statutis et ordinamentis eorum quibus per hoc capitulum non derogetur. Et idem intelligatur in quocumque alio offitiali eligendo per eos predictos.

## Quod per dictos priores artium nulla propositio fiat in aliquo consilio nisi primo fuerit deliberatum et certa forma firmata inter eos. Rubrica.

·Lxxxiii· Nulla propositio fiat nec fieri debeat in consilio aliquo nisi primo firmetur forma supradicta in capitulo sub rubrica de consiliis congregandis per dictos priores artium etc. ¶ Et potestas et capitaneus teneantur cum fuerint requisiti a prioribus illas propositiones sic deliberatas proponere in eo consilio in quo priores dixerint. Et nullas alias ex se ipsis proponere, et debeant et teneantur mictere partitum modo et ordine contento in capitulo de offitio priorum, prout dictis prioribus placuerit. Contrafacientes quingentarum libr. den. pena mulctentur communi predicto persolvendarum. ¶ Et ne possit de vicario quem constituerit potestas vel capitaneus indubitanter cognosci, teneatur potestas et capitaneus in principio eorum regiminis facere fieri instrumentum publicum de vicario suo, et nomine vel illorum quem vel quos constituerint vicarium vel vicarios, et dare instrumentum publicum cancellario pro communi et per dominum notarium suum super maleficiorum scribi facere in principio libri actorum sub pena centum libr. den. Et sine apparebit de vicariatu sine non quecumque ex offitialibus capitanei vel potestatis prosint et reformavit vel intervenerit tamquam vicarius pro vicario habeatur, et fingant cuncte presentis statuti. ¶ Possint in dicti priores in quolibet consilio et adunantia proponere absentibus potestate et capitaneo ab ipsis consiliis et firmatis solempnitatibus predictis et aliis statutis et ordinamentis communis predicti. ¶ Et possit opponi cuilibet reformationi fiende in aliquo consilio civitatis predicte quod non fuerit facta forma firmata data a statutis in hoc volumine contentis vel quod non interfuerunt dicte partes vel quod certus numerus non interfuerit in tali reformatione per formam alicuius statuti vel ordinamenti quo expresse certus numerus requireretur vel quod deberet partitum micti cum bussulis et fabis. ¶ Et opponens tales exceptiones probare debeat infra octo dies a die proposite exceptionis computandos, qui si non probaverit incidat in penam ducentarum libr. Qua dicto iudex coram quo fuerit proposita debeat auferre sub eadem pena, si negligens fuerit in qua per sindicatores debeat condempnari tempore sui sindicatus ad petitionem cuiuscumque petentis. De qua pena ducentarum libr. dimidiam deveniat et contra quem fuit opposita si petierit ipsum condempnari, et si non petierit quilibet valeat esse accusator et habeat dictam dimidiam partem. Et idem intelligatur in quolibet proponente alterius nomine nisi habeat spetiale mandatum, quo casu dominus teneatur et non proponens. ¶ Tutores vero et curatores minorum si opponerent et non probaverint ipsi tutores vel curatores incidant in dictam penam et non ad ipsi pupilli vel adulti. ¶ Nullus quoque admictatur ad productionem huiusmodi exceptionis nisi tempore productionis satisdederit de dicta pena solvenda non probata dicta exceptione ut supra dictum est. ¶ Cum priores artium in omnibus consiliis debeat interesse vel saltem septem ex eis nisi cum fuerit sententia et tunc sufficiat presentia duorum et notarii priorum artium ipsas sententias absolutionis. ¶ Que sententie criminales tam per potestatem et capitaneum quam etiam per omnes alios offitiales communis predicti qui sententias proferre deberent in criminalibus causis fieri debeat in pa

latio potestatis ad banchum maiestatis in maiori consilio.

## De officio notarii dominorum priorum artium. Rubrica.

Lxxxiiii. Statuimus ordinantes quod notarius priorum qui fuerit in futurum teneantur scribere omnia ista communis et populi pisani, et omnes sindicatus et privatos. Reformationes vero priorum camerariorum et artificum et aliorum consiliorum et adunantiarum quibus priores artium proponeret et reformaret cancellarius communis pisani sit rogatus et rogari debeat nisi esset in firmitate vel alio iusto impedimento impeditus quo casu domini priores possint dictas reformationes scribi facere per eorum notarium durante dicto impedimento. Notarius vero dictorum priorum quando ipsi priores ei mandaverint scribere debeat omnes apodissas ac precepta, electiones offitialium quoruncumque necnon licentias concessas et concedendas et dandas de voluntate omnium priorum vel ad minus septem ex eis presentium consentientium. Et de predictis reformationibus omnibus unus liber magnus per dictum cancellarium vel per coadiutores suos cum subscriptione dicti cancellarii vel saltem cum idem communis fuerit cancellarius, cum subscriptione in libro et aliis plena adhibeatur fides, aliquo non obstante seu per dictum notarium in cartis pecudinis qui semper remaneat in cancellaria dicti communis. Notarius vero priorum qui fuerit in futurum teneatur et debeat facere unum librum per se de omnibus apodissis preceptis electionibus, licentiis et aliis scribendis et fiendis per eum in dicto offitio. Contractus vero et instrumenta sindicatuum de quibus rogatus erit scribat in libro instrumentis denotato, et in dictis libris infra mensem a die depositi offitii et ultra non possit prorogari, et scribere omnes scripturas quas fecerit publicas spectantes ad commune pisanum sine aliquo salario habendo, ita quod de hiis omnibus possit haberi copia.

Et si priores negligentes fuerint vel remissi quod predicta non mandentur effectui per eorum notarium ut dictum est solvat quilibet eorum communi pisano quinquaginta libras denariorum. Teneantur etiam dicti notarii priorum qui fuerint in futurum omnes predictas scripturas per eum fiendas scribere et publicare et in forma publicam redigere, et ipsas scripturas omnes sic publicatas, finito eorum offitio infra decem dies restituere et consignare in dicta cancellaria ipsis prioribus novis subcessoribus. Et si de forensi in forensi debeat per eum observari ad hoc ut de ipsis scripturis possit haberi copia tam per commune quam etiam specialibus personis. Cui copie que extraherentur postea de dictis scripturis et aliis scripturis et libris existentibus in dicta cancellaria adhibeatur fides perinde ac si scripta esset manu dicti notarii de dicta scriptura rogati, si fuerint subscripte manu dicti cancellarii vel notarii tunc dominorum priorum de quibus tantum notis ipse rogatus esset, non obstante quod non fuerit interposita iudicis auctoritas vel parte citata. Quicumque autem qui fuerit notarius priorum vel cancellarius predicta non servaverint et adimpleverint ut dictum est solvere teneatur et debeat communi pisano pene nomine centum libras denariorum. Et nichilominus cogantur dictas scripturas omnes ut dictum est restituere, et sufficiat quod dicta restitutio scripturarum facienda specialibus personis et pro restitutione scripturarum habeatur si de libro suo copiam fecerit speciali persone ut per notarium publicum possit scriptura que petitur exemplari. Et de hiis contra predictos per maiorem sindicum dicti communis possit et debeat inquiri publice et secrete, et dicta pena ab omnibus predicta non servantibus ut dictum est de facto exigere per commune qui singulariter fuerint de eorum salario, pro quolibet centum libras denariorum communi pisano solvere teneantur. Et de predictis quilibet valeat et possit esse accusator et habeat

medietatem condempnationis et bapni Et predicti
notarii qui predicta non servaverint perpetuo non
possint esse in offitio predicto ¶ Item volu
mus quod nullus audeat vel presumat proponere
excipere vel allegare contra aliquo offitiali vel
in aliqua curia vel alibi quod reformationes
que deinceps fierent forma servata que data e
in presenti volumine ordinamenta provisiones precepta
deliberationes offitialium electiones vel alie scrip
ture communis vel populi vel adunationes vel dominorum
priorum artium Civitatis perusii vel alie scripture
vel que scriberentur per notarium dominorum priorum
artium vel per cancellarium vel alterum eorum vel al
terius eorum legiptime non valeant vel non te
neant vel quod non debeant observari vel exequi
pro eo quod in eis vel aliqua earum non essent
testes appositi Et qui secus proponeret exci
peret vel allegaret non valeat nec teneat talis
exceptio vel allegatio seu propositio Et nichilho
minus talis proponens excipiens vel allegans
in Centum libr. den. pro quolibet et qualibet vice
per potestatem vel capitaneum debeat condempnari
et per maiorem Sindicum communis perusii de predictis
inquiratur et inquiri possit et debeat et etiam
valeat quilibet esse accusator ¶ Et quod ipse
reformationes ordinamenta precepta delibera
tiones et provisiones et offitialium electiones
et alie scripture predicte que fient solepnita
te servata valeant et teneant et observentur ac
si in eis essent testes appositi continentes
non obstante aliqua lege civili vel municipali
et non obstante aliquo alio generali vel speciali
in contrarium loquente ¶ Et nullus notarius
priorum durante suo offitio possit ad aliquod
offitium nec aliquod offitium exercere nisi
exercere inceperit offitium ante quam fuit electus

in notarium dominorum priorum Nec ire extra Civi
tatem perusii pro aliqua ambaxiata nec cum aliqui
bus ambaxiatis communis perusii sub pena Centum
libr. den. Et de hoc debeat sindicari eadem pena
eligentibus vel mictentibus imponatur.

De electione et offitio Cancellarii Communis perusii
Rubrica.

Quia offitium Cancellarii communis perusii est
offitium quod valde adheret offitio priorum.
Dicimus et ordinamus quod cancellarius dictiço . LXXXV.
mmunis continue stare debeat cum dominis prio
ribus artium et scribere omnes reformationes que
placuerint dominis prioribus artium et consiliis generalis
auctoritatem et scribere debeat omnes litteras com
munis et offitiales omnes communis qui fieret ad bre
viam in maiori consilio et alios offitiales omnes
qui haberent aliquod salarium a communi et eorum ele
ctiones et nomina omnium priorum camerariorum et rectorum
artium et teneatur etiam scribere et facere seu
scribi et fieri facere Registrum de omnibus et singulis
Communantiis communis perusii et in ipso libro et Registro
scribi seu subscribi facere omnes solutiones fien
das per emptores ipsarum Communantiarum Quas
reformationes omnes et offitialium electiones pre
dictas publicas dare debeat singulis personis
cum fuerit ab eo petitum sine aliquo salario et pe
cunia habenda et recipienda ab aliqua speciali per
sona. Sit licet copia dare teneatur de dictis
scripturis et reformationibus Verumptamen ¶ Cir
ca electiones offitialium tam eorum qui eliguntur
ad brevia quam eorum qui extrahuntur de sacculis
et aliorum qui eliguntur per dominos priores et Cam
erarios ipse Cancellarius tantum scribere possit
et debeat et in forma publicam redigere seu
redigi facere Et nullus notarius dominorum priorum

vel alius possit et si per alium notarium scriberet
non valeat nec teneat ullo modo, Nisi eo casu quo
dictus Cancellarius esset absens vel infirmus vel
aliter impeditus, quo casu dictus notarius priorum scribere
possit et debeat seu eiusdem cancellarii coadiutor.
Electio cuius cancellarii fiat et fieri debeat et
celebrari in adunantia generali vel per eos, cui aduna
ntia commiserit, qui sit forensis nec de Civitate vel
burgis vel districtu perusii oriundus. Habeat
quoque dictus cancellarius et notarius reformationum
pro suo salario anno quolibet a communi perusii illud sala
rium quod declarabitur per dominos Priores et camer
arios vel per septem ex prioribus et per duas partes deci
gnata Camerariis presentibus et in concordia. Quod
salarium declarari debeat quolibet anno de mense Nove
bris vel decembris et ultra dictum salarium aliquid
non possit percipere vel habere sub pena quinqua
ginta librarum denariorum. Si receperit vel habebit eadem pena
prioribus et camerariis vel aliis offitialibus
augentibus salarium supradictum. Et habeat et
habitationem congruam a communi more solito solvenda
in qua possit comode habitare. Qui cancell
arius eligatur imposterum duobus mensibus ante
quam finiatur offitium alterius Cancellarii et secundum
quod adunantia decreverit vel ei concesserit et preter
quam ita procedatur in electione predicta. Et omnis
tempus ita propositio et Reformatio facta ultra predictam formam
sit ipso iure nulla. Et petitiones omnes et propo
sitiones que debebunt in consilio proponi debeant
cum magna solempnitate et prudentia deliberari
providi et approbari per dictos dominos Priores artium
adhoc ut nichil proponi vel reformari possit
quod sit nec esse possit contra commune vel speciales per
sonas. Dummodo quod offitium salarium et electio
prudentis viri domini Iuliani de Gonessa nunc presenti
presentis cancellarii et Notarii reformationum communis
et populi perusii in suo robore firma illibataque
permaneant quibus per hoc vel per aliud statutum
seu Reformationem aliquam factam vel fiendam

nullatenus derogetur nec derogari valeat quin
suum consequatur effectum aliquo non obstante. Et
quod idem dominus Iulianus presens Cancellarius supradictus
et qui imposterum eligetur ad prefatum Cancella
rie offitium sit et esse debeat ac esse intelliga
tur auctoritate presentis legis verus et legitimus ac
originarius civis perusinus et pro vero legitimo et
originario cive perusino in omnibus et per omnia ha
beatur, teneatur et tractetur prout et sicut alii
veri et legitimi originarii seu oriundi Cives perusii
habentur tenentur et tractantur in singulis tam
durante tempore dicti sui cancellariatus offitii quam post
dictum suum depositum et finitum offitium omni tempore
aliquo in contrarium premissorum loquente speciali
vel generali quomodolibet non obstante.

De Electione Rectorum et camerariorum artium Rubrica

Quoniam offitium dictorum Camerariorum et Rectorum
artium est grave offitium et ponderosissimum pro communi
et populo perusino deliberatione presenti capitulo Statuimus
et ordinamus quod Rectores artium taliter eligantur — Lxxxvij.
videlicet quod homines cuiuslibet artis debeant ubi vol
uerint se congregare pro eorum Rectoribus eligendis
octo diebus ante kalendas Ianuarii Ita quod Rectores
non durent in offitio nisi tantum sex mensibus et
singulis sex mensibus renitentur et de novo eliga
tur et qui fuerit Rector in primis sex mensibus in
sequentibus sex mensibus Rector esse non possit. Et
electio fiat ad brevia hoc modo videlicet quod pro quolibet
Rectore fiat tria brevia ut poterunt. Et qui primo
habebunt brevia et poterunt esse concordes vel eque
dem aliquibus duo in concordia possint Rectorem
eligere non obstante contradictione tertii. Dummodo
tertium eligere non valeant qui foret in electione
cum eis. Et si eligeret non valeat. Et quod singuli
tres qui habebunt Rectorem eligere stent per se
divisim ab aliis tribus et sibi adinvicem non
loquantur. Et ne in electione dictorum Rectorum

Jh? pars moderno salario cap. 19 i fine

possit aliquis ingnorantia excusari / Ordinauer
unt quod tempore electionis Rectorum Notarius cuiuslibet
artis teneatur legere in dicta adunantia noia
et pronoia Rectorum veterum et qui fuerunt precedentibus
proximis sex mensibus et qui contra formam predictam
elegerint et Notarius qui scripserit et qui electi
onem acceptauerit in cidant in pena viginti
quinque librarum denariorum pro quolibet eorum. Quam penam
debeat maior sindicus de facto sine sententia
et aliquo alio processu auferre predictorum a quolibet
contrafacientium / Et nichillominus talis electio
non valeat ipso iure. Saluo quod hoc locum non
habeat locum inter mercatores nec inter
auditores / cambii qui possint non obstantibus
precedentibus vel sequentibus verbis huius capituli
facere et habere Consules / auditores et Rectores
eorum secundum formam capitulorum suorum vel ut delibe
rabitur inter eos / Et saluo quod quelibet
possit electionem suorum Rectorum facere / alio modo
si de alio modo deliberabitur in eorum aduna
ntia / Et nulla ars preter mercantia et ca
bium possit eligere consules vel auditores
Et incipiat offitium dictorum Rectorum in kalendis
Januarii et duret inde ad caludas Iulii proxime
sequentes / et deinde incipiat offitium aliorum
et duret usque ad kalendas mensis Januarii sequentis
Et idem intelligatur de consulibus mercha
torum / auditoribus Cambii et Camerariis aliarum
artium / qui non durent in offitio nisi sex mensibus
ut supra dictum est de Rectoribus. Et eorum of
fitium incipiat quando incipit offitium dictorum
Rectorum artium. Et supradicti consules
mercatorum. Auditores cambii et Camerarii ali
arum artium eligantur quindecim diebus ante
quam eorum offitium initietur hoc modo et forma videlicet /
quod quando cumque aliqua ars voluerit facere
et eligere camerarium sue artis die precedenti

banniatur publice sono tube vel moditur ante
dictas cum dictabus tubis per plateam et intribus
locis per burgos et in locis consuetis quibus
fieri consueuit bannimenta fieri per plateam et burgos ciuitatis
predicte. Et in bannimentis exprimi debeat certus lo
cus in quo dicta adunantia debeat congregari
de quorum bannitorum relatione apparere debeat
publica scriptura manu publici notarii talis
artis et in dicto loco / dicta adunantia debeat co
ngregari et fieri et aliter vel alio modo dicta adun
antia congregari non possit et si congregata fuerit
aliter vel alibi quicquid in ea fieret non vale
at ipso iure. Et sequenti die quandocumque
interfuerint due partes totius artis possit et
debeat procedi ad Electionem Camerarii Et
fiat et celebretur electio camerarii ad breuia
vel ascrutinium vel alio modo quo deliberabitur
in huiusmodi adunantia. Et semper in electio
ne que fiet ad scrutinium esse debeant due
partes artis presentes dando quilibet vocem suam
in ipsa adunantia non remanendo nec recedendo
ipsam camerarii electionem in camer
arium veterem / seu in sapientes vel Rectores
nec imparitiore numero duarum partium totius
artis / Et ille sit cammerarius qui in scrut
inio pro cameraio habuerit plures voces
In electione vero que fiet ad breuia due partes
electionariorum de quorum numero ipsa ars vol
uerit prouidere esse debeant in electione co
cordes / Si autem due partes / artis non inter
essent adunantie expectetur usque ad horam
none / Et a dicta hora in antea possit et debeat
celebrari electio camerarii et Rectorum modo et
forma predictis per illos artifices dicte artis qui
interfuerint adunantie non obstante quod non
interfuerint due partes artis presentes. Et quod

electio cuiuslibet artis camerarii vadat et fiat de por
ta in portam in qua porta essent decem artifices,
vel ab inde supra. ita quod illa porta que habuerit vel
habebit camerarium una vice sex mensibus
non possit nec debeat camerarium habere deinceps qui
libet alia porta que habebit decem artifices vel
ab inde supra, habebit camerarium. Ita tamen quod si
in aliqua porta essent pauciores decem artifi
cibus et due partes electionariorum vellent came
rarium eligere in illa, de illa porta possint se
cundum eligentium processerit voluntate. ¶ Et
qui esset vel erit camerarius una vice non po
ssit esse camerarius inde ad triginta mensis. Sa
lvo quod si in aliqua porta esset dimidia omnium
artificum totius artis, quod talis porta habere de
beat camerarium duabus vicibus in quadragi
ntaduobus mensibus et sic fiat et observetur
quibuslibet quadragintaduobus mensibus ¶ Et
quia ars lane in porta sancti Angeli ut conti
netur, habet ultra dimidia omnium artificum
totius dicte artis quod de septem camerariis pro qu
adraginta duobus mensibus qui eliguntur de
dicta arte, habere debeat duos camerarios in
dicta porta. Et si aliter vel alio modo fieret
electio illud idem debeat observari. ¶ Hec autem
que dicta sunt supra de electionibus cam
erariorum non vendicent sibi locum in electionibus
consulum mercatorum nec auditorum cambii in
quibus procedi possit et debeat ut eorum moris
est vel fuerit de ipsarum artium mercantie vel cam
bii processerit voluntate. ¶ Et quod nullus co
nsul mercatorum auditorum cambii vel alius ca
merarius possit ad consilia alterius committere
vices suas, et si commiserit non valeat nec tene
at nec talis vices camerarius ad consilia possit
nec debeat recipi vel admicti. ¶ Et quod nullus

possit nec debeat eligi nec esse consul mer
catorum auditorum cambii nec camerarius nec rector
alicuius artis qui non sit oriundus ipse vel pater
eius de civitate vel comitatu Perusii. ¶ Nullus
etiam possit esse consul auditor vel camera
rius qui libram non habuerit in civitate vel co
mitatu Perusii per tempus saltem triginta annorum
computato tempore quo eam habuerit in civitate
et tempore quo eam habuerit in comitatu Perusii
computato tempore suo et suorum antecessorum. Ita tamen quod
illi qui fuissent de comitatu et libram fuissent
ut dictum est ipsam libram nec non veram habita
tionem duxisse et fecisse debeant in civitate et in
ter cives perusinos saltem per tempus duodecim an
norum ad minus antequam ad ipsum offitium
assumantur. ¶ Quod locum habeat in illis
qui non fuerint alias camerarii vel rectores. Qui
vero alias camerarii fuerunt possint eligi,
hoc capitulo non obstante. ¶ Et nullus qui
non habet libram, scilicet quilibet camerarius de
quadraginta libris ad grossum et eam in de
cta quantitate habuerit per sex menses ante
electionem. Et qui non habet in civitate burgis
vel subburgis vel comitatu Perusii de possessio
nibus stabilibus condecentibus valoris du
centarum librarum denariorum. ¶ Et quilibet rector libram
de viginti quinque libris ad minus quam
libram sibi facere et augere possint offitial
e armarii ante electionem camerariatus et rectoriae
dum modo sibi non possit prosit talis augu
mentatio nisi habita fuerit per sex menses
ante suam electionem ut dictum est. ¶ Et
nullus minor viginti annis possit eligi
vel assumi in camerarium alicuius artis
Et si in predictis vel aliquo predictorum contra
factum fuerit electio non valeat nec teneat.

ſet ipo iure ſit caſſa et nullius valoris et aliius
eligatur modo et forma predictis et eligens et acce-
ptans ſeu offitium exercens contra formam pre-
dictam in quinquaginta libr. den. pro quolibet
contrafaciente et qualibet vice debeat condepn-
ari per maiorem Sindicum communis perus. Et
quod omnis electio cuiuſcumque Camerarii vel con-
mercatorum aliter vel alio modo facta seu fa-
cienda pro tempore futuro et que fieret in futurum
ſit caſſa et nullius efficacie et valoris ¶ Hec
omnia vendicent ſibi locum quando electio
fieret ad ſententiam partifices artium civita-
tis perusii quando vero fieret ad ſatisdictum
fiuetur forma inferius ſcripta que continetur
in fine presentis capituli. ¶ Et ipsi consules mer-
catorum. auditores cambii et rectores omnium
artium eligendi et dari debeant inscripti autentice
ticati cum appoſitione annorum. dii et dicta
cancellario communis perus. per duobus diebus ante
quam eorum offitium inchoetur. Et illa ars que
dictos ſuos rectores et offitiales non eligerint
addendum terminum et ipsos non dederit et repreſenta-
verit dicto cancellario ut dictum est condepne-
tur et puniatur in Centum libr. den. communi pe-
rusii ſolvendorum. Et nichillominus electio
non valeat ipso iure ſet loco talium alii con-
feſtim eligantur. Et de predictis omnibus et
ſingulis maior Sindicus inquirere teneatur
ſub pena Centum libr. den. pro quolibet con-
trafaciente et condepnare ut ſupius dictum
eſt nullo obſtante capitulo precedente vel ſe-
quente. Et nichillominus quilibet eſſe
poſſit et valeat accuſator. ¶ Et ut bre-
via obtinentes eligendi ut ſupius in hoc
capitulo continetur poſſint electiones ipsorum

facere nec habeant materiam protelandi. Ordi-
namus quod ſi ars de qua fuerint obtinentes be-
via pro electione rectorum congregabitur ſe ante
tertias poſſint tunc tenentes brevia eos eligendi ob-
tinentes eligere ante nonam. Et ſi post ter-
tiam ſic congregabitur poſſint tunc brevia ob-
tinentes eligere et habere tempus eligendi ipsos
rectores uſque ad primum ſonum campane communis
que pulſatur de ſero pro penis duplicandis et
non poſtea ullo modo. Et ſi aliter vel ultra pre-
dicta fieret electio ipso iure ſit nulla. Et quod
dictum eſt de rectoribus idem intelligatur de con-
ſulibus mercatorum auditoribus cambii et
de camerariis omnium aliarum artium civitatis pre-
dicte ſervatis ſemper ſtatutis ¶ Volumus inſu-
per ordinantes quod omnes oriundi de civitate
vel burgis vel comitatu perus. poſſint et va-
leant eſſe rectores qui artifitia continue
exercentur vel in matricula alicuius artis ſint
ſcripti. Et quod dicitur de oriundis de comitatu
locum habeat ſi habitent in Civitate et burgis
perus. et libram habeat in Civitate perus. et non
aliter. ¶ Volumus inſuper quod ſicut dictum eſt
ſupra quod offitium conſulum mercatorum auditorum
cambii Camerariorum cuiuslibet artis et rectorum
artium duret tantum ſex menſibus ita offitium
priorum iudicum et notariorum. Sindici et notarii
conſortii iudicum et notariorum et rectorum iudi-
cum et notariorum duret tantum ſex menſibus et pro
quibuſlibet ſex menſibus eligantur ſecundum
ordinamenta facta et facienda per ipsos iudi-
ces et notarios ¶ Volumus inſuper quod cancel-
larius communis perus. aut alius notarius
artis ad hoc deputatus non debeat dare

Copiam

copiam nominum rectorum seu rectores dare in scri
ptis alteri et si camerarius vel notarius contra
fecerit teneatur solvere nomine pene viginti quinque
lib. den. pro vice qualibet quotiens contrafecerit.
¶ De illis autem qui vel quorum patres fuerint
nati in Civitate burgis vel suburgis vel comi
tatu pisano. Volumus quod nullus possit esse cam
merarius alicuius artis nisi habeat ipse vel pater
vel alius ascendens per lineam masculinam in civita
te vel comitatu pisano terram domum vel alia bona
stabilia valentia ad minus ducentas lib. den.
que cum titulo possideat sine fraude. Et qui
contrafecerit acceptando vel operando dicta offitia
vel aliquod ipsorum condempnetur per maiorem sindicum
in quinquaginta lib. den. Et in talibus nominibus ta
lis camerarius pro camerario nullatenus ha
beatur et quilibet possit esse accusator et habeat
medietatem banni. ¶ Et rectores eligantur tot
quot continentur in presenti volumine statutorum
vel inferius continetur. Et nulla ars possit
plures rectores facere vel habere nisi sicut in
ferius continetur. Et quecumque ars contrafecerit
eligendo plures rectores condempnetur et puniatur
per maiorem sindicum in centum lib. den. Et
camerarius consul vel auditor qui tunc temporis
esset in offitio cammerariatus consulatus vel
auditoris puniatur in viginti quinque lib. den.
¶ Preterea volumus supradicto capitulo adiungen
tes quod maior sindicus et iudex iustitie communis pe
risani statim facta electione predictorum consulum mer
catorum auditorum cambii camerariorum et rectorum
artium omnium Civitatis burgorum et suburgorum pisani
teneatur inquirere publice et secrete contra
omnes et singulos electos et si aliquem invene
rit electum contra predictas formas vel aliqua
earum vel contra formam dictorum capitulorum statuti
preteritum vel operatus fuerit offitium puniatur in
quinquaginta lib. den. et electio ipso iure sit nulla
et alius debeat eligi in locum sui. Salvis et reservatis

sacculis consulum mercatorum auditorum
cambii et omnium camerariorum artium Civita
tis pisane de tempore fiendis in factis non sta
tuta et reformationes antique salve rem
aneant. ¶ Et in sacculis qui in futurum fient
fieri debeant secundum formam presentium et in ipsorum
factione observentur et observari debeant omnia
et singula que supra continentur in capitulo qui
incipit. Et quod electio cuiuslibet camerarii
vadat et fiat de porta in porta. Et in aliis
capitulis presentibus qui si facti fuerint forma predicta
non servata in confectione dictorum sacculorum
electio que fieret non valeat ipso iure. Et si
contra aliquem electum opposuerit quod non
fuerit in sua electione servata forma presentis
statuti et non probaverit puniatur per maiorem
sindicum in quinquaginta lib. den. ¶ Item
volumus quod nullus per viam sacculi vel alia
possit eligi vel assumi vel esse camerarius
artis grosse infra tempus quadraginta mensium
artis vero parve infra tempus triginta
mensium finitorum a tempore finiti offitii camme
rariatus ad quod electus fuerit vel fuerit
vel habuerit. ¶ Et qui de uno sacculo
camerarius fuerit extractus de eodem trahi vel
eligi non possit. Et si quis contra dictam
formam acceptaverit puniatur pena quinqua
ginta lib. den. de facto per maiorem sindicum
et privatus ipso iure intelligatur et sit dicto
offitio camerariatus per tempus decem annorum
a die acceptationis computandorum. Et quod per
maiorem sindicum vel alium offitialem communis
pisani confirmari non possit nec debeat sub
dicta pena quingentarum lib. den. de eorum salario
et cuiuslibet eorum que debeat auferri ab illo
qui contra fecerit per eorum sindicatorem tempore
sindicatus. ¶ Et quod nullus camerarius vel

alius artifex cui vel quibus committeretur re
strictio non faciunt camerarius alicuius artis
possit indicto facultas poni vel mitti pro
camerario et contrafactum fuerit ipsa insti
tutio et electio non valeat ipso iure. Et
Nichilominus privetur officio camerariatus
per decem annos et privatus intelligatur auc
toritate presentis statuti. ¶ Et dicti insti tut
atores de predictis debeant sindicari tempore
cuiuslibet maioris sindici. Et si reperti fuerint
culpabiles condempnari in pena supradicta de
clarata. debeat per eum maiorem sindicum.

De quibus cognitionem et iurisdictionem habeant
Camerarii et de non appellando ab eorum sententiis
et interlocutionibus. exceptis gravaminibus
illatis artificibus. Rubrica.

Volumus et iubemus quod consules mer
catorum. auditores cambii et quilibet cam
erarius alicuius artis Civitatis perusii. cogn
Lxxxvij. itionem et iurisdictionem habeant cognoscendi
de omnibus causis litibus questionibus vel
controversiis que verterentur inter artifices
sue artis de et pro rebus sue artis et occasione
rerum spectantium ad ipsam artem et de proven
tionibus quas dicti artifices fecerint inter
se de quibus publica instrumenta non apparerent.
¶ Possint dicti consules auditores vel
alii camerarii etiam cognoscere etiam de sin
gulis controversiis et questionibus que essent
inter non artificem et artificem de et pro rebus
artis vel ad ipsam artem spectantibus. Et
de promissionibus quas fecerint vel fecisset
artifex non artifici de quibus non appareret
publica instrumenta. Verum quando dictus non
artifex vellet artificem convenire quo casu
si dictus artifex conventus voluerit reconvenire
dictum non artificem dictus non artifex teneatur et
debeat satisdare coram eisdem consulibus
mercatorum. vel auditoribus cambii. vel cam

erariis quibus de aliquo agere vult de iudicio
sisti et iudicatum solvendo. et aliter dictus non arti
fex non audiatur. Et prestita satisdatione pre
dicti consules auditores et alii camerarii etiam
in dicta causa reconventionis habeant cognitionem
ac etiam contra fideiussores pro causa reconven
tionis datos habeant congnitionem. Et in omnibus
casibus supradictis dicti consules auditores et
alii camerarii possint et debeant cognoscere
summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii
et iudiciorum solepnitatibus in talibus non servatis
et sententiare possint diffinire vel interlocutorie
de iure vel secundum equitatem et bonam consu
etudinem. ¶ Et ab eorum sententiis diffinitivis
vel interlocutoriis in dictis casibus latis non
possit appellari nec aliquo modo recursus
haberi ad aliquem offitialem comunis perusii. Set omni
offitiali comunis perusii in causa appellationis et
recursus sit et esse intelligatur ademta omnis
iurisdictio congnoscendi. Et ipsas sententias perpetu
et laudi. potestas et capitaneus in pena mille
librarum denariorum ad petitionem cuiuscumque petentis teneantur
executioni mandare sicud instrumenta confess
. ionata. ¶ Si tamen per dictos consules vel
auditores vel aliquem camerarium lata fuit
aliqua sententia vel pronuntiatio contra aliquem
qui causam habuit cum patre filio vel fratre car
nali alicuius de dictis consulibus vel auditoribus
vel huiusmodi. Camerarius Et persona contra quem
huiusmodi sententia seu pronuntiatio facta esset
diceret sibi iniustitia facta esse. habere
possit inde recursum contra dictos con
sules auditores vel camerarium coram eorum
proximis subcessoribus vel proximo subcessori
Et agere ad restitutionem eius quod propterea so
lvisset vel in quo indebite dapnificatus esset
Et ad integram dapnorum expensarum et interesse

restitutionem. ¶ Et quod consules mercatorum audi
tores cambii et alii camerarii teneantur et debe
ant expedire et diffinire causas et questiones
vertentes et que vertentur coram eis infra
tres menses a die initiate cause litis queris vel
contrarietatis sub pena centum lb. d. pro
quolibet contrafaciente. Et nichilhominus
omne decimum quod recepissent pro tali causa non ex
pedita parti solventi dictum decimum restitu
ere integre teneantur infra octo dies post di
ctos tres menses sub dicta pena aufferenda
per maiore sindicum comunis perusii. ¶ Volumus
etiam et ordinamus quod si dicti consules auditor
es cambii vel alii camerarii non congnosce
rent de iure proprio vel alterius caso vel alio
modo inferrent aliquod gravamen alicui ar
tifici sue artis vel qui coram eo litigaret po
ssit dictus gravatus habere recursum ad
dominos priores artium vel ad dominum capitaneum populi
et in priores vel capitaneum populi possint dictum
gravamine ¶ Annullet vel de facto illatum co
gnoscere et ipsum de facto retractare et tollere
et re quibus vel alteri eorum debeant dicti
consules auditores et alii cammerarii
obbedire sub pena et ad penam dicturam
lb. d. quam de facto sine alia sententia vel pro
cepto a talibus contrafacientibus auferant
pro comuni totiens quotiens eisdem dominis prioribus
vel capitaneo non obbediverint in dictis casibus.
¶ Et quo ad omnia predicta in dicto capitulo
inserta sunt et esse intelligantur artifices
illi qui sunt scripti in matricula alicuius
artis. Et etiam illi qui facerent seu facient
et operantur manualiter et vere et proprie dictam
artem et eius magisterium licet in matricula
dicte artis non essent descripti. Ita tamen quod
in dictis et in matricula non descriptis intelliga
tur de hiis tantum que spectant ad ipsam
artem non obstante aliquo statuto vel ordi
namento facto vel fiendo per aliquam artem
vel homines alicuius artis civitatis perusii
que contra contenta in presenti capitulo loque
rentur que quantum ad contenta in presenti
capitulo sint et esse intelligantur sublata et
revocata et nullius efficatie vel valoris
et non obstantibus quibuscumque promissionibus
et obligationibus factis vel fiendis que pro
nullis habeantur et sint nulle et nullius valoris.

Que artes non computentur inter artes. Rubrica.

Statuimus et ordinamus quod vendutores et em
entes equos et renaioli caltinaioli carp
tores marinari stattarii et alie artes que .Lxxxviii.
rectores non consueverunt facere et habere
non habeant nec facere possint nec habere
rectores nec pro artibus habeantur nec
inter universitatem artium computentur
et si inventi fuerint contrafacere solvant
comuni perusii pene nomine viginti quinque lb. den.

Quod minores quindecim annis non possint
ad brevia ire nec discipuli. Rubrica.

Quando brevia dantur in consilio comunis
vel partis civitatis et burgorum perusii
vel predictis artis nullus minor quindecim .Lxxxviiii.
annis ad brevia ire possit. Et si dictus
minor inventus fuerit ad dicta brevia solvat pene
nomine quotiens contrafecerit decem lb.
den. et sua electio sit nulla ipso iure. ¶ Et
nemo possit esse prior vel rector artium
qui inter veros artifices et cives non sit scr
iptus et si eligeretur talis electio non vale
at et perdat elector sive eligens quinqua
ginta lb. d. ¶ Et si consules mercatorum

auditores cambij etiam Camerarij aliarum artium predicti non fecerint observari solvant pene nomine Centum libr. den. et expeditis inquiratur per maiorem Sindicum ad petitionem cuiuslibet petentis et comuni contrafacientes condepnentur.

**De Nulla ars possit facere priorem et quot artifices habeat quelibet ars. Rubrica.**

LXXXX. Nulla ars vel persona de universitate artium possit solum priorem vel qui prior vocetur possit facere nec in suis ordinamentis habere nec vocare et si contra fecerit aliqua ars non habeatur parte et solvat collegium dicte artis alijs artibus quinquaginta libr. den. Et si fuerit specialis persona viginti quinque libr. den. ipsis artibus et priores artium ipsas penas exigant partibus notatis et talis vocatus prior nullatenus habeatur. Et ut sciatur qui artes in numero artium computentur et quales officiales quelibet ars habere possit et quot rectores earum artium et quot artifices adminus inferius nomina sunt inserta et nomen officij et numerus rectorum et artificum inferius declaratur ut omnibus elucescat in primis.

Ars mercantie pannorum lane lini et merciariorum habere debeat quatuor consules qui vocantur consules mercatorum et sexaginta rectores eligendos per portas qui eligi possint secundum formam statutorum et ordinamentorum dicte artis.

Ars campsorum duos auditores et quadraginta rectores dividendos secundum formam ordinamentorum eorum.

Ars Calzolariorum unum Camerarium et sexaginta rectores dividendos secundum formam ordinamentorum eorum.

Ars pannorum lane unum Cammerarium et quadraginta rectores.

Ars sartorum unum Cammerarium et quinquaginta rectores.

Ars magistrorum lapidum et lignaminum unum Cammerarium et quadraginta rectores.

Ars fabrorum et Caldaiolorum unum camerarium et triginta rectores.

Ars macellatorum unum Camerarium et quadraginta rectores.

Ars tabernariorum albergatorum et panicuocolorum unum Camerarium et triginta rectores.

Ars spetiarie unum Camerarium et viginti rectores omnes rectores dividantur secundum formam ordinamentorum dictarum Artium.

Ars pannorum veterum unum Camerarium et tredecim rectores.

Ars pistorum unum Camerarium et decem rectores.

Ars Procuratorum unum Cammerarium et quindecim rectores.

Ars bicchieraiorum et scudellarum unum camerarium et quinque rectores.

Ars vasaiorum et labetum unum Camerarium et sex rectores.

Ars illorum qui faciunt cappellos sive galeria unum Cammerarium et quinque rectores.

Ars testorum et battilane unum Cammerarium et viginti rectores.

Ars materazorum unum camerarium et decem rectores.

Ars merciariorum de trasteris unum camerarium et decem rectores.

Ars pettenariorum unum Camerarium et septem rectores.

Ars cerdonum veterum unum camerarium et decem rectores.

Ars coctariorum unum camerarium et decem rectores.

Ars pullaiolorum salis et lardi unum camerarium et duodecim rectores.

Ars pizicarellorum unum camerarium et octo rectores.

Ars illorum qui faciunt insulas unum camerarium et quinque rectores.

Ars ferraiorum unum Cammerarium et octo rectores.

Ars cartolariorum unum camerarium et decem rectores.
Ars pictorum unum camerarium et quinque rectores.
Ars barilium unum camerarium et quinque rectores.
Ars petriciolorum unum camerarium et septem rectores.
Ars furnariorum et bastiorum unum camerarium et decem rectores.
Ars tegularum et illorum qui faciunt mattones
unum camerarium et duodecim rectores.
Ars bonactiorum unum camerarium et duodecim rectores.
Ars corbariorum et canistrariorum unum camerari-
um et quinque rectores.
Ars pilliciariorum possit facere unum camera-
rium et sex rectores.
Ars sellariorum tabulactiorum et corregiariorum
unum camerarium et decem rectores.
Ars fornariorum unum camerarium et septem rectores.
Ars barbeiorum unum camerarium et sex rectores.
Ars cultrariorum et tintorum unum camerari-
orum et decem rectores.
Ars arcificium unum camerarium et quinque
rectores et stent sub protectione et correctione
artis carnificum.
Ars tonsorum et conciatorum unum cammera-
rium et decem rectores.
Ars miniatorum habeat unum cammerarium et quinque
rectores.
Ars bancariorum habeat unum camerarium et quinque rectores.
Qui omnes rectores dividantur secundum formam
ordinamentorum eorum.

Item statuerunt et ordinaverunt quod quelibet ars
grossa civitatis Perusii habeat et habere debeat ad
adminus sessaginta artifices cives scriptos
in matricula civitatis Perusii et quelibet ars de
minoribus dicte civitatis habeat et habere debeat
adminus triginta artifices et cives perusinos scri-
ptos in matricula civitatis Perusii. Et quod que-
libet ars de artibus grossis habeat et habere debe-
at adminus triginta artifices videlicet sex pro qua-
libet porta vel adminus viginti videlicet quatuor
pro qualibet porta qui possint esse priores et
camerarii pro dicta arte secundum formam ordi-
nis de hac materia loquentis et sint omni excepti-
one maiores. Et quelibet ars minor quod
artifices qui possint esse priores et camera-
rii. Et si occurreret quod aliqua ars non
haberet numerum artificum prefatum quod infra sex
mensis a die publicationis statuti adimplevisse
debeat dictum numerum sub pena centum librarum denariorum
pro quolibet camerario qui tunc temporis erit et eadem
pena ars puniatur et negligentes fuerint
in non adimplendo dictum numerum homines ipsius
intelligantur privati ab omni honore com-
munitatis quousque adimpleverint dictum
numerum ut supradictum est. Teneatur
tamen dictus camerarius facere adunantiam
artificum et proponere de adimplendo dictum
numerum secundum formam presentis statuti et consilium
quod dicti artifices vel maior pars consen-
serint adimplere debeant dictum numerum. Ubi
vero contradiceret possit ipse camerarius
solus vel cum quibus secum habere voluerit
dictum numerum adimplere et in matricula scribi
facere quod si non fecerit puniatur per maiore
sindicatum in dicta pena sibi auferenda tem-
pore sindicatus. Et quod nullus camerarius
per dictum sindicatum debeat confirmari nisi
visa matricula in qua scripti appareant
artifices secundum numerum supradictum. Et quilibet
cammerarius cuiuscumque artis teneatur artifices
qui exercuerint artem de qua est cammerarius
et exercuissent per annum continuum ante recipere in
matricula sue artis. Et si voluerint exercitus et
ad petitionem ipsius ubi ipse petierit in presentia
duorum testium [illegible] camerarius contrafacientis
ducentarum librarum denariorum non obstante aliquo ordi-
namento alicuius artis quod in contrarium lo-

queretur. Dummodo dictus talis petens scribi
non sit scriptus in alia matricula alterius
artis. Et eo casu quo scriptus esset et vellet se
in arte qua exerceret scribi facere primo pe-
tat et faciat se cassari de matricula alterius
artis qua non exerceret. ¶ Et etiam quilibet
camerarius teneatur ad penam ducentarum librarum denariorum
volentem et petentem se scribi in matricula
sue artis de qua fuit pater talis petentis
et scriptus fuit in matricula dicte artis
recipere in artificem dicte artis et scribi facere
in matricula talis artis facta petitione se-
u protestatione tali camerario in presentia
duorum testium sub dicta pena. Dummodo predicta
non intelligantur nec locum habeant in filiis
rebellium et confinatorum occasione novita-
tis rebellionis rebellium communis Perusii nec in
aliis condempnatis ex causa ipsius novitatis
qui in aliqua matricula alicuius dictarum ar-
tium scribi non possint et quoniam rebelles
et confinati predicti et filii eorum cassentur de m-
atriculis artium predictarum per capitaneos seu camera-
rios artium in quibus scripti essent infra duos
menses proximos. pena capitaneis seu camerario non
cassanti quingentarum librarum denariorum et carme percassis
habeantur.

Quod nullus faciat se scribi in duabus artibus. Rubrica.

Lxxxi. Nullus possit nec debeat eligi vel esse
prior camerarius vel rector nisi per
illa arte tempore electionis sive in sacculationis
in qua esset descriptus in matricula. Ita tamen
quod si aliquis vellet dimittere artem suam
solitam et aliam exercere quod possit scribi
in illa arte et matricula illius artis quam
exercere vellet. et per ipsa arte habere possit
officia et beneficia prout poterat in prima arte
de qua erat. Et hoc postquam scriptus erit in ma-
tricula artis qua exercet. Dummodo prius ele-
vetur et cassetur de prima arte de qua fuerat. Et
quod primam artem numquam redire possit nec per
ea officium vel beneficium de cetero habere sive
fuit scriptus postea in alia arte sive non.
¶ Et quod ille qui se fecerit in futurum transmutari
de arte in artem non possit per illa arte ad
quam translatus esset officium prioratus habere
et recipere nec ad ipsum eligi vel assumi infra
quinque annos computandos a die qua cassi
fuerint de prima arte et scripti fuerint in secunda.
nec etiam possit esse camerarius deinde ad tres
annos computandos ut supra. ¶ Et cum aliquando
se interdum clandestine scribi faciat non so-
lum in alia arte set in pluribus aliis artibus
ut officium prioratus quod non possunt pro
una arte habere recipiat per alia vel aliis quod
nullus audeat de inceps scribi facere vel esse
scriptus nisi in una arte tantum et non in plu-
ribus. Et si quis fuit scriptus in pluribus ar-
tibus infra duos menses post publicationem
statuti presentis eligant et optionem habeat quam
artem seu de qua arte velit esse scriptus et de
alia vel aliis infra dictum tempus se cassari et
cancellari faciat pena ducentarum librarum denariorum contra
facienti pro quolibet. Que pena pervenit per potesta-
tem et capitaneum et iudicem iustitie et maiorem
sindicum officialium vel alterum eorum. et ad petitio-
nem cuiuscumque debeat condempnari. ¶ Et quod
consules mercatorum. auditores cambii. et
quilibet camerarius et notarius cuiuslibet
artis possint et debeant cassare de matriculis
et de arte omnem volentem et petentem ponendo

et scribendo in libro matricule millesimum et diem
et mensem cassationis, dummodo fiant ad minus
tres protestationes diversis diebus per illum vel il-
los qui petierint se cassari. Et quod non obstante
cassatione facta talis cassus vel cassi cogi
possit vel possint coram camerario artis de qua
fuerit se cassari prohibito contracto toto tempore quo
fuit scriptus in matricula ipsius artis et usque ad
tempus quo scribitur in matricula alterius ar-
tis de rebus pertinentibus ad artem vel de rebus artis
et de promissionibus. Et talis cassatio ban-
niatur in platea in locis consuetis ut de cass-
atione possit omnibus esse notum pena du-
centarum librarum denariorum pro quolibet si negligens fuerit
in predictis. Et quicumque esset vel reperiretur
scriptus in pluribus artibus a dicto tempore in antea
non possit nec debeat eligi habere nec recipere
vel exercere aliquod offitium alicuius artis nec pro alia
qua arte sit omni offitio artis et beneficio artium
quarumlibet sit privatus. Et si eligeretur electio
non valeat nec teneat et alius eligi debeat
loco sui. Et dominus potestas, capitaneus
et maior sindicus et iudex iustitie inquirant
et inquirere et cognoscere teneantur. Et
quia in positione et scriptione artificum in m-
atricula et in matriculis artium sepe malitia et
fraus committitur non ponendo millesimum
et diem positionis et scriptionis artificis
ad omnandum predicta. Statuimus quod no-
tarius et camerarius cuiuslibet artis teneatur
et debeat quando de cetero ponerent vel scribe-
rent aliquem vel aliquos de novo in eorum arte
et matricula et etiam in illis quos posuissent vel
scripsissent in eorum artem intrassent ab uno
anno citra millesimum diem et mensem quo tal(is)
positus et scriptus fuit in matricula, et aliter
ipsa scriptio et positio non valeat nec teneat

ullo modo. Et offitium talis qui aliter
scriptus et positus fuit per ipsa arte habere
non possit nec debeat. Et nichilominus
camerarius et notarius artis incidant in pena
ducentarum librarum denariorum pro quolibet et priventur
et privati esse intelligantur offitio cam-
erariatus et notarii ipsius artis. Et dominus
potestas et capitaneus et maior sindicus et iudex
iustitie inquirant et inquirere possint
et debeant ipsi et quilibet ipsorum puniant
et condempnent contrafacientes summarie et
de facto sine strepitu et figura iudicii eorum
offitio et ad petitionem cuiuscumque. Et ut dicta
ordinamenta sua consequantur effectum quod
nulla possit committi fraus ordinamus
quod quelibet ars et camerarius civitatis
predicte teneantur et debeant infra duos menses
a die publicationis statuti copiam eorum ma-
tricule dare et ponere in scriptis in cartis
pecudinis cum nominibus et pronominibus artium
artificum in armario comunis predicti et assi-
gnare offitialibus ipsius armarii et quod
in ipsis matriculis scorsum et seperatim
ponantur et scribantur artifices cuiuslibet
artis cives et qui beneficium civilitatis re-
ceperunt sint per se et comitatini per se et sepe-
ratim et forenses per se seperatim. In quo libro
sive matricule copia quando aliquis alius
scribetur in prima matricula in ipsa etiam que
dabitur et assignabitur in dicto armario scri-
batur cum millesimo mense et die. Ita quod statim quam
in dicta matricula scribetur sub pena et ad penam
centum librarum denariorum a camerario et a notario artis
a quolibet eorum contrafaciente auferenda
per maiorem sindicum civitatis predicte sumere
necnon in dicto armario dictas copias matricu-
larum sic factas et assignatas ad eius pro ba

tionem sufficiat armatio iudicis et notarij d
cti maioris sindici et ipsorum relatione Et si
retulerint coram dicto maiori sindico se non
Inuenisse dictas copias matricularum ipsorum re
latio pro plena probatione habeatur Et
quod dicte matricule in dicto armario existentes
tempore quo fiet electio dominorum priorum in sancto se
ancistro vel alibi uel tempore quo prouideret
quod electio deberet fieri de bonis hominibus qui
deberent sacchettum ordinare et facere predi
ctos offitiales armarij debeant dare mili
tibus siue sotijs dominorum potestatis et capitanej
vel alicui eorum qui adesse debebunt uel debebit
in dicta Ecclesia sancti francisci uel alibi ad
supradicta fieri faciendum Qui miles legere
et uidere debeat nomina illorum qui adesse debe
rent in ipsis matriculis sunt scripti Et quos
Inuenerint non scriptos vel non habentes auc
toritatem ad electiones predictas expellere de
dicta Ecclesia teneantur et non sinant ipsos in
eadem Ecclesia stare pena cuilibet militi siue
militibus negligentes fuerint in predictis
Centum librarum denariorum sibi auferenda per suos sin
dicatores tempore sindicatus sui

Quod artes et artifices inuent (?) unum statum
Ciuitatis perusij. Rubrica.

Lxxxxii. Ad hoc ut Ciuitas perusij regatur
a populo perusino et status ipsius Ciuita
tis de bono in melius augumentetur dici
mus et ordinamus quod omnes artes et artifices
artis Ciuitatis et burgorum perusij et que scrip
te sunt in capitulo statuti scripto supra quod in
cipit nulla ars teneatur et debeat ad pe
titionem dominorum priorum artium in loco in quo
dicti priores voluerint se uniuersaliter congre
gare vincere in unum et facere corporaliter
sacramentum standi et permanendi in unum
et se non diuidendi ab alijs artibus set ipsas
artes et quamlibet earum et artifices manutenere et
defendere Iuuare et auxilium et fauorem prestare
pro posse dictis prioribus artium qui sunt et erunt
per populo perusino dare auxilium consilium et fauorem
contra quascumque personas et ipsos sequi quo volu
erint cum armis et sine armis ad eorum bene
placitum et mandatum pro bono statu et pacifico
comunis et populi perusij. Et nulla ars ciuitatis
et burgorum perusij uel artifices ipsius possint
et debeant se diuidere vel separare vel adde
nare se cum aliqua alia arte nec artibus
nisi tantum cum omnibus alijs artibus et cum ma
ssa omnium artium modo aliquo sine causa Et
quecumque ars contrafecerit puniatur in quin
gentis libris denariorum Et Camerarius ipsius artis
qui hoc tractaret vel ordinaret puniatur
in ducentis libris denariorum de suo proprio auere comunis pe
rusij soluendorum Et contra eos per potestatem
et Capitaneum Inquiratur ex offitio cum pro
motore et sine aliquo quod possit dici vel
allegari in contrarium non obstante et dictus
Camerarius sit priuatus in perpetuo omni offitio
et benefitio Ciuitatis perusij. Preterea vol
umus et mandamus quod quando domini priores ar
tium Ciuitatis et burgorum perusij fecerint fieri
adunantias artium et artificum ciuitatis perusij
et pulsari campana quilibet camerarius et rector
et artifex cuiuslibet artis ire debeat ad ipsas
adunantias siue adunantiam in loco ordinato
quousque adunantia durabit non aperiatur al
iqua camera uel apotecha set stent clause
et serrate et si camerarius vel rector alicuius ar
tis contrafecerit puniatur in viginti quinque
libris denariorum. Et quicumque artifex non venerit
puniatur in decem libris denariorum que pena de facto
auferatur et contra ipsos per Inquisitionem pro
cedatur et ea pena puniri de facto volumus

quicumque Cameram tenuerit aptam quandiu adunantia perdurabit. Et nichilominus de predictis quilibet esse valeat accusator, et habeat medietatem banni.
Et cum congregata fuerit dicta adunantia nullus audeat vel presumat rumore aliquem facere vel clamare alta voce, et qui contrafecerit pena centum sol. den. seu minor prout videbitur dominis prioribus qui pro tempore fuerint inspecta qualitate personarum et negotii, ab eo de facto debeat auferri sine aliquo processu vel sententia eo ipso quod dabitur nomen eius vel eorum per cancellarium comunis potestati vel capitaneo per ipsum potestatem vel capitaneum.

Qualiter et quomodo vocentur camerarii. Rubrica.

Ut sciatur quomodo artes et Camerarii artium quando expedierit debeant convocari et quo ordine per precones vocentur, Ordinamus firmiter statuentes quod precones comunis pistorii teneantur primitus clamare et vocare mercantiam
.Lxxxxiij. Et consules mercatorum. Secundo auditores. Tertio Camerarium calzolariorum. Ultimo modo omnes alios camerarios omnium aliarum artium non nominando eosdem. Et sic fiant quotiens opportunum fuerit. Et si precones non servaverint dictum modum et ordinem solvat comuni pistorii pene nomine pro qualibet vice centum sol. den. et quilibet inde sit accusator et habeat medietatem banni.
Et ad hoc ut camerarii accedant ad presentiam dominorum priorum artium quando vocabuntur, Statuerunt quod omnes et singuli Camerarii artium civitatis pistorii presentes et futuri teneantur et debeant postquam bapniti fuerint et vocati venire ad presentiam dominorum priorum ante quam campana cum qua et ad cuius sonum dicti camerarii vocabuntur desinat pulsari, quando in sermone pulsabitur ad distensum, sub pena quinque sol. den. pro quolibet dictorum Cammerariorum et qualibet vice qua vocati non venerint ut supra est expressum, eis et cuilibet eorum auferenda de facto per capitaneum custodie palatii priorum vel eius notarium quem domini priores ad eligendum et presentandum posuerint in qua electione singuli eorum fuerint in quinque lib. den. debeat puniri qualibet condempnari. Que pena solvatur et solvi debeat per quemcumque camerarium dictas penas incurrente illi bono homini vel capsario quem domini Priores deputaverint ad predicta expendenda et solvenda per eum secundum modum et ordinem infrascriptum.
Ad hoc ut dicti Camerarii quando vocabuntur promptiores reddantur providerunt quod dictus bonus homo vel capserius predictus manus pervenienda tam de penis predictis tam committendis et solvendis quam etiam de pecunia sibi solvenda per massarios comunis pistorii mandato dominorum priorum artium et Camerariorum dicta occasione teneatur et debeat dare et solvere omnibus et singulis camerariis qui durante sono campane predicte venerint ad presentiam dictorum dominorum priorum et steterint quando sedentur in dicto palatio eorum habitationis et steterint usque ad finalem reformationem eorum que inter dictos camerarios proponentur videlicet unicuique eorum duos sol. den. cum dimidio pro qualibet vice qua venerint et steterint ut supra est expressum. Et qui non venerit antequam campana pulsari desinat predicta sum. etiam si excusationem haberet nullum premium habere debeat. Et quod notarius eligendus debeat scribere veniat ante pulsationem campane venerit vel non. Et si non scripserit vel non exegerit dicta pena ano (?) deficientibus ut dictum est ipse notarius puniatur pro vice qualibet et quolibet Camerario in decem sol. den.
Et quod dominus capitaneus vel eius

notarius pro habenda certitudinem camerariorum
venientium, scriptum ut supra dicitur teneatur
et debeat statim dicta campana desinente pul-
sari quando pulsabitur, ad desistendum in ista
parte redigere nomina omnium camerariorum qui du-
rante sono campane predicte venerint et venissent
pervenerint in palatium dominorum priorum predictorum
et inscriptis dare dicto bono homini vel capsori
predicto. Alii vero camerarii qui non vene-
runt durante sono campane predicte nullam
eorum excusationem possint allegare. ¶ Et
dicti capitaneus et notarius nullam eorum excu-
sationem possint admittere nisi infirmitatis
vel absentie de quibus credatur et stari debe-
at iuramento talis camerarii infirmi vel
absentis. Et intelligatur absens quicumque
camerarius erit extra muros civitatis pe-
rusii pro [illegible] villare. ¶ Et ut comodius
dicti camerarii quando vocati fuerint veni-
re ad consilium valeant providerunt quod cetero
ad consilium camerariorum congregandum pul-
setur et pulsari debeat campana grossa
vel alia que fuerit ad hoc ordinamenta
vel deputata. In qua pulsatione debeant
centum ictus pro qualibet vice vel qua ca-
merarii vocabuntur pulsari. Et finitis
dictis centum ictis pulsari debeat ad
descensum saltem per unam horam. ¶ Et ut
satisfactio dictorum camerariorum venientium
ad consilium fieri possit providerunt et statu-
erunt quod [illegible] eorum pro presentis et
qui pro tempore erunt vel alter eorum dent et solvat
et dare et solvere teneantur et debeant au-
ctoritate presentis legis dicto bono homini
vel capsori pro satisfactione predicta sibi pre-
ceptum dictorum priorum et camerariorum illam
quantitatem pecunie quam dicti domini priores
et camerarii mandaverint, et dederint op-
portunam, dummodo predictam pecuniam dic-
tus capsor vel bonus homo vel aliter vel in al-
ios usus solvere vel convertere non possit. Et
si aliter solveret vel expenderet vel converteret
intelligatur de suo solvisse et expendisse et
convertisse. Et nichilominus incidat in penam
centum librarum denariorum. Et de hoc expresse debeat sin-
dicari.

**Qualiter camerarii et rectores ac artifices artium congregentur et de pena officialium negligentium venire contenta in presenti capitulo. Rubrica.**

Ad hoc ut habeant et habere possint
camerarii et rectores ac artifices ar-
tium adunantia et adunantie dictorum camerariorum · Lxxxiiii ·
rectorum et artificum artium debito tempore et non expedi-
at homines capi per plateas et vicos pro ipsis adu-
nantiis faciendis. Ordinamus quod quando fieri
debebit adunantia camerariorum et artificum cetera-
rum debeat venire ad ipsam adunantiam ante-
quam campana desinat pulsari pro ipsa adunantia
facienda, pena camerario qui non venerit de-
cem solidorum denariorum pro qualibet vice et qualibet aduna-
ntia, et artifici ac rectori quinque solidorum denariorum pro quo-
libet contrafaciente et qualibet vice singula
libet adunantia. ¶ Et quod unus de [illegible]
vel militibus domini capitanei populi statim desinente
campana pulsari pro ipsa adunantia que pri-
mo pulsari debeat per campanarios more solito pre-
sentium adunamus semel tempore cuiuslibet hore
[illegible], scilicet in prima adunantia qua de mense
fecerit vel faceret quilibet [illegible] scribat
camerarios et rectores artium et illos quos
non reperiat in dicta adunantia, ita quod sciat
presentes et absentes. Et ab istis qui non fuerint
et non reperiuntur esse in ipsa adunantia nisi
iustam excusationem fecerint, scilicet infirmita-
tis vel absentie tempore bannimenti et factionis ad-
unantie facienda infra secundam diem, scilicet
die facte adunantie vel sequenti proxime,

de qua excusatione stetur sacramento se excusa
ntis vel alterius pro eo iurantis auferat de bo
nis eorum pro communi sine aliquo processu vel condep
natione facienda et solum faciat penes massa
rium communis dictas penas pro quolibet infra
octo dies a die celebrate adunantie exclusive
computandos. ¶ Et quod dictus dominus capitaneus propter
et eius collaterales singulis mensibus et solum predictam
recuperam adunantie et dicte pene exactionem
faciat et facere teneantur tempore et termino predictis
pena ducentarum librarum denariorum ipsi capitaneo si in predictis
negligens fuerit vel ea fieri observari et exequi
non fecerit cum effectu. De qua pena conservatores
monete communis pro communi de salario ipsius capitanei
sine aliqua condepnatione vel processu fa
ciendo vel facto de ipso capitaneo per suos sin
dicos et sindicatores vel alios vel alterum
ymo non obstante quod absolutus esset per sin
dicatore de facto retineat et retinere debe
ant pro communi. Et in ipsa pena eximer
ut capitur quilibet capitaneus qui predicta ne
glexerit vel ea non servaverit executus fuerit
cum effectu condepnatus ab hac lege cordi
namento intelligatur nisi ipse dominus capitaneus
eisdem conservatoribus monete fidem fecerit
per scripturam publicam notarii quod dictam recuperam
et pene exactione fecerit cum effectu tempore et ter
mino predictis pena dictis conservatoribus du
centarum librarum denariorum in qua pena per maiores sin
dicum ex officio sindici et ad petitionem cuiuslibet
debeant condepnari si dictas ducentas libras
denariorum de salario capitanei contrafacientis non
retinuerint ut dictum est. ¶ Et quod dicti priores
artium futuri predicta fieri et observari a dicto
capitaneo permittant et faciant. Et nichil facere
dicere vel rogare in contrarium predictorum
possint sub pena ducentarum librarum denariorum pro
quolibet priore in qua pena per eorum sindicum
ex officio sindici et ad petitionem cuiusque debeat
condepnari. ¶ Et ut predicta commodius fieri
possint quod maior sindicus et iudex iustitie
teneatur et debeat mittere ad ipsam adunan
tiam et locum ipsius adunantie et ad dominum
capitaneum et eius officiales ad eorum et alterius
petitione et voluntate librum camerariorum
et rectorum artium et de ipso libro eis copiam fa
cere prout voluerint et quando et quotiens et
ubi voluerint pena ducentarum librarum denariorum ipsi ma
iori sindico et iudici si predicta neglexerint
vel contempserint observare in qua pena per suos
sindicos ex officio sindicatorum et ad petitionem
cuiuslibet debeat condepnari. Et quod dictus dominus
capitaneus et dicti priores artium de observando predicta
dicta expresse iurent et iurare teneantur.
¶ Item quod dicti potestas et capitaneus eorum iudices
et officiales vel alter eorum quibus vel cuiuscumque
quod committitur vel commissum est per supra vel
infrascripta ea ut ipsis commissa sunt observent
et exequantur et observare et exequi teneantur
et debeant cum effectu et inquirant et inquirere
debeant contra omnes et singulos delinquentes
vel contrafacientes vel inobedientes et eos
possit quilibet accusator denuntiator et pro
motor et eos possint mittere et retinere in
palatio et alibi ubicumque voluerint et penas
et bapna auferre pro communi et exigere summa
rie et de facto sine aliquo processu vel conde
pnatione. Et quod de hiis et inobedientia et
de contrafactione etiam stetur dicto et assertioni
officialium vel familiarium potestatis vel cap
itanei vel unius eorum que pro plena probatione
habeatur pena ipsis potestati et capitaneo
et officialibus ducentarum librarum denariorum pro quolibet
eorum si negligentes fuerint in predictis vel ea non
servaverint et exequti fuerint cum effectu in qua

pena per eorum sindicos et sindicatores ex officio
sindicatorum ad petitionem cuiusque debeant con
dempnari. Salvis aliis penis que ipsis sunt in aliis
ordinamentis et capitulis declarate. ¶ Et pro
predictorum observatione et executione predicti potestas
et Capitaneus et eorum et cuiuslibet eorum officiales
et famil. possint et eis liceat ac teneantur et
debeant omnes et singulos delinquentes aut fa
cientes contra predicta seu inobedientes aut ipsorum
continentia et observantia personaliter et realiter capere
detinere in palatio ubicumque voluerint, inpparare
carcerare predare pignorare gravare molesta
re et penas et bapna ab eis de facto exigere et per
cipere et alia gravamina quecumque inferre que volu
erint pro predictis et pro predictorum observatione et exe
cutione et de predictis et pro predictis vel aliis gra
vaminibus que pretextu fecerit non possint si
debeant sindicari condempnari vel gravari vel mo
lestari et eorum sindicatores nullam contra eos de pre
dictis cognitionem habeant non obstante statuto
et ordinamento quod non possit inquiri nisi in certis
casibus et statuto et ordinamento de sindicatu po
testatis et capitanei et eorum officialium et familiarium
et non obstante aliquo alio generali vel speciali in
contrarium loquente.

Quod Camerarii et Rectores se valeant congregari ubi voluerint. Rubrica.

LXXXV. Consules mercatorum auditores Cambii Cam
merarii calzolariorum et alii Cammerarii ar
tium se valeant congregare ubi voluerint nec
possit eis prohiberi per potestatem vel capitaneum vel
vel per aliquem de ipsorum familiis quando se pro bono
statu Civitatis et comitatus pisani se congrega
bunt. Et si potestas vel capitaneus contradice
ret quod non se congregaret ad eorum voluntatem
solvat quilibet eorum pro qualibet contradictione
et pro qualibet vice Centum libr. den. ¶ Et Rec
tores artium Civitatis et burgorum pisani cum
artibus et ipsi soli sine artibus possint se con
gregare quando voluerint cum licentia tamen potestatis
artium non aliter adstringendo et ordinando pacem
et tranquillitatem et bonum statum Civitatis et comi
tatus pisani. Et potestas et capitaneus hoc inhibere non
possint eis ad penam Centum libr. den. de eorum sala
rio quam qui contrafecerit solvere teneatur.
¶ Possit tamen quilibet Camerarius artis suam
congregare quando voluerit pro factis sue artis
et pro statu pacifico dicte artis impune dum
modo plures artes simul in eodem loco sine
licentia potestatis se congregare non possint sine
licentia predicta pena Camerario et arti contrafa
cienti mille libr. den. de facto auferenda. Et de
predictis potestas et capitaneus inquirere tene
antur cum promotore et sine et quilibet possit
esse accusator.

Quod ordinamenta per dominos priores et camerarios et Rectores artium facta observentur. Rubrica.

Quicquid ordinatum est seu ordinabitur per
priores Camerarios et artifices seu Rectores ar
tium pro bono statu civitatis sit firmum et ratum. LXXXVI.
Et per tale consilium dominorum potestatis Camerariorum
et artificum seu Rectorum artium in quo consilio
sint et esse debeant ad minus triginta cum
et ducenti Rectores artium habeant et habere intelli
gatur plenam auctoritatem et potestatem et plenum arbi
trium omnia et singula super quibuscumque factis et
negotiis comunis ordinandi providendi deliberandi
statuendi et reformandi et iam provisa statuta et
ordinamenta et reformata tollendi cassandi et
revocandi et alia et singula providendi ordinandi
faciendi et executioni mandandi que et quoti
ens et prout et sicut voluerint et viderint expedire.
Et quicquid providerint ordinaverint statue
rint reformaverint seu fecerint valeat et
teneat et plenam et plenissimam obtineat roboris
firmitatem non obstante capitulo aliquo nova
statuti nec aliquo alio in contrarium faciente
dum modo aliquid providere non possint nec refor

mare contra p̄uisa ul' reformata p adunan
tiam gnalem vel habentes auctem ad p̄dcā adu
nantia gnali. ¶ Et Potestas et Capitaneus
teneantur ea obs̄uare et conseruare in Resa et
ipis nulla exceptio obici possit p potestatem ul'
capitan ul' aliqua alia p̄sona Et qui contra
fecerit soluat et soluere teneatur coī p̄us. qui
gentas. lb. den. ¶ Quicquid aut ordinabi
tur ul' fiet ul' reformabitur p p̄dictos intel
ligatur ordinari et fieri et reformari p bono sta
tu Ciuitatis p̄usii. Et hoc nō intelligatur
si ess̄ contra statuta p̄ntis volūminis vel
in aliquo ouiarent seu derogarent &c.

**Quo ordine artes et artifices accedant tpre p̄cessio-
num cum luminariis. Rca.**

.Lxxxxvii. Ad euitandas rissas et contentiones que
cotidie erant inter artes artifices ar
tium quando accedebant cum lumine in vigilia
beatissime virginis marie de mense augusti et
in vigilia sancti herculani ad processiones et
ut rumor ul' discordia inter dictos artifices
nō sit in futurum. Statuimus et ordinamus q
artes et artifices ipsarum artium infrascripto mo
debeat cum lumine ad ipas ecclias accedere
et ordinate ut inferius declaratur. Et etiam
quando vadunt similiter cum lumine ad ecclaz
sancti constantii et ad ecclam sancti dñi de mense au
gusti et sic accedere debeant et nō aliter ullomo
Et quecumq ars modum infrascriptum et ordinem
fregerit ul' nō post artem inferius ordinatam acce
derit puniatur ars et camerarius ipius artis
in Centum. lb. d. Et dc̄us potestas et capi
taneus contra artem ul' artes et contra cam
erarios inquirere teneatur et rep̄tos culpab
iles punire et condempnare in dc̄a pena qui
singuloties fuerit in Centum. lb. d. debeant
p eorum sindicatore condempnari. ¶ Et potestas
et capitan et priores artium pena quingentarum. lb. d.

Duobus diebus ante q̄ dicte processiones fieri
debeant bapnum facere teneantur in scalis pal
atii et in medio et pede platee et etia in diebus
vigiliarum seu processionum dictarum et noiare sin
gulas artes et qualibet p̄se videlicet talis sit prima
et talis secunda et talis tertia et quarta ut
inferius continetur. Et de hoc expresse sindi
centur et teneantur reddere rationem. ¶ Ordo
quarum artium inferius est expssus. videlicet quod
in processionibus et luminariis supradictis post
processionem religiosorum et fratrum et clericorum
accedat dñs Rector scolarium et vniuersitatis
et doctores studii p̄us. cum vniuersitate sco
larium dicti studii et postmodum dñi potestas
et capitan. Et dñi priores artium. Et postmodum
ordinem. prima ars accedens sit ars mercatorum
et eius artifices. Secunda ars sit ars Cambii
et eius artifices. Tertia ars sit ars ca
lzolarie et eius artifices. Quarta ars
sit sutorum et eius artifices. Quinta ars
ars lane et eius artifices. Sexta ars ma
gistrorum lignaminis et lapidum. Septima
ars macellatorum et eius artifices. Octaua
ars fabrorum et eius artifices. Nona ars albe
rgatorum. tabernariorum et panicocolorum et
eius artifices. Decima ars pannorum veteru
rum et ars ferrariorum et ars sindelariorum
et eorum artifices. Vndecima ars pictura
rellorum. Duodecima ars piscium. tridecima
ars prōcciatium. quartadecima ars
barberiorum et quintadecima ars tegulariorum.
Sextadecima bonatteriorum. decima. septima
ars speciarie. Et postmodum subsequenter
alie artes ordinate procedant sicut ipe
alie artes et eo ordine quo scripte sunt sub
in. lxxx. capitulo quod incipit nulla ars
aliquo capitulo ul' reformatione mo aliquo
nō obstante. ¶ Hoc tamen addito q in quolibet

luminaria et processione ad minus quatuor ex
prioribus artium remanere debeant in pala
tio eorum residentie et mictere familias et eorum
familiares. ¶ Pena ipsis dominis prioribus pre
dicta non observantibus et dictis artibus et came
rariis ipsarum artium contrafacientibus et non
servando predicta omnia et singula pro vice qualibet
Centum libr. den. quam penam ipso facto in
currant et absque alio processu exigatur per dominos
potestatem et capitaneum vel alterum eorum ex offitio
ipsorum vel ad petitione cuiuslibet petentis et
de predictis exinde debeant sindicari. ¶ Et
quod quilibet dux et camerarius cuiuslibet
artis cum illis artificibus eorum artis quos
comode potuerit habere teneantur et debeant
accedere ad luminarias que fiunt in festo sancti
costantii et in festo sancti herculani et in festo assum
ptionis beate marie virginis de mense augusti
et tempore indulgentie loci fratrum predicatorum
que est sancta et cetera diebus mensis augusti pe
na arti et camerario cuilibet contrafacienti
cent. libr. den. et eisdem de facto auferenda per m
aiorem sindicum comunis perusii. ¶ Item dicimus
statuentes quod in vigilia beati herculani ar
tifices non debeant laborare nec operari ar
tem eorum. nec ipso die festi et duobus diebus
sequentibus ipsum festum. Et quicumque con
trafecerit pro vice qualibet qua fuerit opera
tus aliquid viginti quinque libr. den. Et de
predictis quilibet possit esse accusator et
habeat medietatem banni. Et nichilominus
de predictis potestas et capitaneus et eorum iudices
inquirere teneantur ¶ Volumus etiam
ac etiam ordinamus quod omnes artifices qui
debent accedere cum eorum artibus cum
luminariis ad ecclesiam beati herculani ac
cedant in vigilia dicte festivitatis et soti
etates accedant et accedere debeant cum dictis
luminariis in die ipsius festivitatis de sero
Et ad removenda scandala contentiones et rissas
que inter sotietates et compagnias tempore quo iver
ad luminare consueverunt quamplurimum suscitare
providerunt quod in festo beati herculani dicte compa
gnie et sotietates debeant ad dictum luminare ad
accedere hoc modo videlicet. Quod priores artium faciant
quinque brevia et ponant in uno cappello et in quo
libet dictorum brevium ponatur nomen unius porte
et dicta brevia de dicto capello successive trahan
tur et illa porta que in primo brevi reperietur
scripta illa primo vadat ad dictum luminare et
prima et secunda et sic de singulis successive. ¶ Et dominus po
testas predicta banniri faciant in publicis locis
civitatis et si aliqua compagnia vel sotietas con
trafecerit Conservatores seu baiuli ipsarum soti
etatum et ipse sotietates incurrant penam quin
gentarum libr. den. Que pene eisdem sotietatibus
et conservatoribus sive baiulis de facto aufer
antur per capitaneum populi. ¶ Et quod dicti ba
iuli sive conservatores dictarum sotietatum vel
alii offitiales sotietatum quibuscumque nominibus in
nuncupentur per quinque dies ante vigilia beati
herculani debeant satisdare apud dictum
capitaneum populi perusii de observando omnia et sin
gula in presenti capitulo vel aliquo alio de hac
materia loquente contenta sub dicta pena
ita quod dicte sotietates in vigilia dicte festivi
tatis cum artibus nullo modo accedant pe
na baiulatoribus et sotietati contrafacienti quin
gentarum libr. den. Et predicta banniantur et
de predictis per potestatem et capitaneum inquiratur
ex offitio. ¶ Et quicumque esset in duabus seu
de duabus sotietatibus possit exire de una
quam volet. dum modo in una quam elegerit

de sua porta debeat remanere et palla possit in
claustris magnani.

De ymagine beati herculani relevata fienda et
portanda cum luminariis. Rubrica.

LXXXVII. Fiat una ymago gloriosi martiris sancti
Herculani perusine Civitatis antistitis hono
rande relevata, bene honorabilis et pulcra que
inde vigilie festivitatis eiusdem martiris que fe
stivitas annuatim prima die mensis Martii celeb
ratur deferatur ante luminariam artium et arti
ficum Civitatis eiusdem, scilicet immediate post
processione clericorum et religiosorum associata cum
pitaneis portis quelibet civitatis eiusdem ultim
quodam curru ducatur honorifice coperto du
cendo per eos panno rubeo cum albis grifo
nibus consuto velato modo pulcro sicut
melius fieri poterit. Et quod die sequenti
dictum festum sancti herculani curratur
ad unum palium ut moris est cum in festo
omnium sanctorum quod palium mittit terra var
tiani et fulciatur de vario expensis comunis pe
rusii. Quod varium ematur et emi debeat
per massarios comunis perusii dummodo trascendat
valore triginta librarum anni. Et ad predicta
fieri faciendum eligatur unus bonus et ydo
neus de artibus ad fieri faciendum predictam
ymaginem per dominos priores artium dicte Civi
tatis qui erunt de mensibus Julii et Augusti
Ita quod in primo festo sequenti debeat esse
perfecta. Et massarii comunis perusii sine alia apo
dixa vel mandato et sine solutione alicuius
gabelle dare et solvere teneantur illam qua
ntitatem pecunie quam ydem bonus homo de
claraverit esse sufficientem pro ymagine sup
radicta, denariis de pecunia dicti comunis usque
in quantitatem centum quinquaginta librarum sub
pena dictis massariis centum librarum denariorum.

Et dicta ymago reponatur et conservetur ad
voluntatem dominorum priorum dicte supradictis.

De electione et auctoritate consiliariorum con
silii populi. Rubrica.

Ad evitandam et removendam implicata
et inepta formam et numerum multorum ac di
versorum consiliorum que consueverunt eligi in LXXXVIII.
Civitate perusii ex quibus quodammodo confu
sio nascebatur presenti capitulo duximus sta
tuendum. Quod de cetero in Civitate perusii
fiant et eligantur sorte brevium consiliarii
duorum consiliorum tantum quorum unum sit con
silium populi cuius consiliarii populi sint et es
se debeant ducenti, scilicet quadraginta pro qua
libet porta. Et aliud consilium sit et vocetur
magnum et generale consilium. Et consiliarii dicti
consilii sint et esse debeant centum pro
qualibet porta. Consilium autem et con
siliarii populi eligantur hoc modo et forma videlicet
quod domini capitaneus et priores artium faciant
de mense Junii et de mense decembris congregari
in palatio populi consilium et consiliarios
populi et illos qui poterunt interesse dicto
consilio scilicet Camerarios et Rectores artium
et qui fuissent priores in sex mensibus ante
celebrationis officii Consilii computandos
Qui omnes ex intelligantur et debeant
de consilio populi et tot fiant et dentur bre
via quot erunt consiliarii in dicto consilio
et pro qualibet porta sint quadraginta bre
via in gra sine signata aliquo signo quod
placuerit cancellario comunis perusii qui predicta
scribet et quilibet illorum ad quem sorte
brevium obvenerit aliquod ex dictis brevibus
sic signatis eligat unum consiliarium quem
volet de consilio populi. Et illud consilium
populi quod eligetur de mense Junii incipiat

offitium in kalendis mensis Ianuarii et duret per
sex menses tantum et non ultra, et sic de sex
mensibus in sex mensibus Consilium populi in
posterum eligatur. ¶ Camilitres autem et corum filii
et filii domicellorum et Iudices et notarii non po
ssint esse de consilio populi, et si quis eos vel
alterum eorum elegerit de dicto consilio in centum
solidos debeat condempnari et electio non valeat.

De electione et offitio maioris et generalis consilii
et de congregatione ipsius. Rubrica.

Maius autem et generale consilium eligatur et
fiat hoc modo, videlicet: Quod domini potestas et
capitaneus et priores artium de mensibus aprilis
et octubris faciant congregari in palatio communis
maius et generale consilium cui interesse possint
et de ipso consilio sint et esse intelligantur co
nsiliarii dicti maioris et generalis consilii et co .C.
nsiliarii populi, Camerarii et Rectores artium,
priores ac Rectores Iudicum, Notariorum et illi qui
fuissent priores artium in sex mensibus ante diem
celebrationis dicti Consilii computandos,
et in ipso consilio fiant et dentur tot brevia
quot erunt consiliarii in dicto consilio inter
que brevia sint et esse debeant pro qualibet
porta centum brevia nigra seu signata
signo quo placuerit cancellario, quem ipsa
scribet, et quilibet illorum ad quem sorte bre
vium advenerit aliquod ex dictis brevi
bus sic signatis eligat unum consiliarium
quem volet. ¶ Nullus tamen qui semel
surrexerit in consilio pro brevibus capiendis
et habuerit aliquod breve album vel nigrum
audeat se reponere ad sedendum in dicto consilio
vel iterum ire vel se presentare pro breve capien
do nec breve recipere nec electionem facere
pena centum librarum denariorum pro quolibet et qualibet
vice qua contra fecerit, et ipsum breve et

electio quam fecerit vel fecerit non valeat nec
teneat ullo modo, salvo quod si in aliquo con
silio quando dicta brevia dabuntur non essent
tot consiliarii quot erunt consiliarii eligendi
quod tunc elector eligat unum et plures prout sibi
sorte evenerit eligendi et ut moris est. ¶ Co
nsiliarii autem mictantur pro brevibus capiendis
per nomen vel familiares potestatis vel capitanei
seu tubatores communis, et consilium quod eligetur
de mense aprilis incipiat offitium in kalendis maii
et illud consilium quod eligetur de mense octubris
incipiat offitium de mense novembris et duret per
sex menses tantum et non ultra, et sic de sex me
nsibus in sex mensibus maius et generale consilium
imposterum eligatur. Et nullus minor quin
decim annis possit vel debeat esse in
antea esse nec de aliquo consilio eligi nec
camerarius nec Rector alicuius artis nec ad aliquod
consilium vel adunantiam ire vel interesse vel
vocem habere in aliqua electione nec eligere
alium nec ipse eligi ad aliquod offitium
supradictis vel consilium pena viginti qui
nque librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et qua
libet vice tam eligendi quam electo in con
trarium, scilicet electo si acceptaverit, et electio quam
ipse elector fecerit vel de eo fieret non vale
at nec teneat ullo modo, sed alius eliga
tur loco sui. ¶ Et quod Iudex vel miles potes
tatis vel capitanei qui interfuerit consiliis non
recipiat nec admictat aliquem minorem
quindecim annis ad aliquod consilium vel ad
adunantiam nec ad aliquod breve nec ad ali
quod electionem faciendam, et de etate stetur
discretioni Iudicis vel militis considera
to corpore aspectu circumstantiis et per offitial
potestatis et capitanei qui preerit consiliis
quando brevia dabuntur tales minores ex

Repellatur

pellatur de consilio. Et si breve aliquod exob
venit statim remittat in cappellum. Et sine
gliens fuit dictus offitialis in pedus centum
libr. den. debeat condempnari. ¶ Omnium consi
liariorum tam populi quam communis medietas eligatur et
eligi debeat de civitate vetere et alia medietas de
burgis civitatis. Salvo quod in porta sancte Su
sane in qua eligi debeant pro tribus partibus
in civitate et quarta pars in burgo. Et si ille
qui habuit breve eligendi in burgo eligerit de
civitate condempnetur talis eligens in decem libr.
den. et electio non valeat nec teneat. ¶ Nullus
autem eligatur ad aliquod vel in aliquo offitio
communis vel populi Perusii nisi in illa porta in qua
haberet libram tempore electionis non obstante quod
habitaret in alia porta pena decem libr. den.
eligenti in contrarium et totidem electo si tale
offitium exerceret. ¶ Et si aliquis vellet
reducere libram suam in illa porta in qua habi
tavit possit illud facere sine pena et ibi
offitia recipere et habere. ¶ Nullus autem qui
habuit ordinem sacrum vel declinasset iuri
sdictione communis Perusii possit eligi de consilio
populi vel communis nec ad offitium camerariatus
vel rectorie nec possit habere aliquod
offitium in civitate comitatu vel districtu Pe
rusii pena centum libr. den. in contrarium eligenti
et totidem electo si offitium acceptaret et ele
ctio non valeat nec teneat. ¶ Ordinamus etiam
quod nullus possit esse vel eligi de consilio po
puli vel communis qui non habeat libram saltem
viginti quinque libr. in communi Perusii et aliter non
valeat et tamen elector quam electus si offitium
exerceret in libr. centum debeat condempnari.
¶ Priores autem artium possint ire ad consilia
omnia et ad brevia capienda a tempore depositi
offitii prioratus ad sex menses inmediate seque
ntes. Salvo quod ad consilium camerariorum ar
tium cum consilio non debeant interesse nec
etiam ipsi priores artium ipsis existentibus
in offitio existentibus possint vel debeat
quando dantur brevia in consiliis inter

esse pena viginti quinque libr. den. pro quolibet eorum de.
¶ Si quis autem electus fuerit contra predictam formam
et modum de aliquo consilio populi vel communis ele
ctio non valeat nec teneat non obstante aliqua
reformatione generali vel speciali per quemcumque verba
in contrarium loqueretur. Et si electus contra
dictam formam iret ad consilia puniatur et con
dempnetur in dictis penis et eius electio sit ipso
iure nulla non obstante quod electus esset in po
ssessione eundi ad consilia et non obstante aliquo
alio quod dici valeat in contrarium. ¶ Preterea
volumus et ordinamus quod potestas et capitaneus
teneantur et debeant ad penam centum libr. pro
quolibet inquirere et inquisitionem facere de omnibus
et singulis in hoc capitulo contentis et contra
facientes punire et condempnare in dictis penis.
Et priores artium predicta omnia per dictos potestatem
et capitaneum et eorum offitiales observare et adim
pleri faciant sub pena viginti quinque librarum
den. pro quolibet eorundem. ¶ Quando autem
dabuntur brevia in aliquo consilio populi
vel communis intersint et esse debeant duo ex fratribus
minoribus vel heremitanis qui eorum manibus
extrahant brevia de cappellis vel aliter ex
trahantur dicta brevia per pueros parvos
ut moris est. ¶ Volumus insuper ac etiam or
dinamus quod notarii potestatis habeant penes
se consiliarios maioris et generalis consilii et dare
et exibere debeat cuilibet consiliario apodi
ssam autenticam in cartis pecudinis electo de
dicto consilio cum nomine ipsius et pronomine
qualiter est de consilio. Et notarii domini capi
tanei consiliariis electis de consilio populi et
notarii iudicis iustitie consulibus mercatorum
auditoribus cambii camerario calzolariorum et
et aliis camerariis et rectoribus artium prio
ribus sindico et rectoribus iudicum et nota
riorum teneantur et debeant similes apodissas
facere et dare quas apodissas dicti notarii
infra octavam diem post electionem dictorum consi
liariorum reddere et exibere debeant cuilibet electo.

ut dictum est ad penam Centum sol. den. pro quolibet
dictorum notariorum qui in predictis fuerint neglien
tes in qua pena tempore eorum sindicatus debeant con
depnari. Et simili pena condepnetur potestas
capitaneus et iudex iustitie si dictas apodixas
infra dictum terminum non fecerint fieri cum effectu.
Et quicumque accesserit ad consilium et non erit
de consilio decem sol. den. pene nomine solvere
teneatur. Salvo quod baptizetur seu dicaretur
publice per preconem de mandato potestatis et
capitanei eos volentes venire ad consilium aliquo
accedens nullatenus teneatur. Et de predictis po
testas et capitaneus et eorum et cuilibet eorum offitiali
inquisitionem facere teneantur et contra facientem
vel contra facientes punire in pena prefata non
obstante aliquo capitulo precedente vel sequente
et nichilominus de predictis quilibet esse possit accusator
et habeat medietatem dicti banni. Et si quis
cui aliquod breve contingeret eligendi offitialem
statim apodissam qui est de consilio non osten
deret offitiali potestatis et capitanei qui presens consilio
subito ipsum breve in capellum remittat et
talem expellat qui apodissam non ostenderet
ut dictum est pena Centum sol. den. dicto offi
tiali si negligens fuerit in predictis. Et quando
fient consilia brevium seu in quibus brevia dari
debent nullus qui non sit vel non esset de con
silio audeat vel presumat venire seu ire vel
stare ad dicta vel in dictis consiliis nec durante
consilio intrare vel stare inter portam scalarum
palatii potestatis nec intus dictum palatium
pena viginti quinque sol. den. pro quolibet et qualibet
vice qua contrafecerit. Item quod in consiliis
in quibus fiunt vel dantur brevia nullus au
deat vel presumat surgere vel se elevare et ire
pro breve capiendo nisi vocatus fuerit per illum
dominum consiliatorem vocabit ut surgat pro brevibus
capiendis vel sumendis sub pena viginti
quinque sol. den. pro quolibet et qualibet vice qua
contrafecerit et si scitus subrexerit breve non
debeat habere ullo modo. Et nullus an
tequam vocatus fuerit audeat surgere et ire de loco
ad locum in consilio vel audeat dicere aliquem
electorem fac seu elige me vel dicere quod eligat
eum vel alium sub pena viginti sol. den.
pro quolibet eorum et qualibet vice que pena si
bi de facto auferatur etiam antequam de ipso con
silio recedat vel de palatio predicto vel militem

vel alium offitialem qui tunc presens in dicto
consilio. Et similiter qui sic dixerint vel ro
gaverint fuerint postea in eodem consilio electus
ad aliquod offitium eius electio non valeat
set alius eligatur loco sui et etiam postea
in eodem consilio breve habere non debeat
ullo modo. Item quod si aliquis aliquam
fraudem vel falsitatem commiserit in aliquo
consilio deferendo vel ostendendo appo
dissam consilii falsam vel non veram vel
colligendo de terra vel secum apportando
vel scribendo vel portando vel vendendo ali
quo vel aliquod breve falso vel fraudu
lenter seu dolose vel ipsis appodixis con
silii seu brevibus vel aliter ipsis consiliis
vel aliqua electio vel predictorum occasione qua
cumque modo dolum vel fraudem vel fa
lsitatem commiserit in Centum lib. den.
pro quolibet et qualibet vice debeant con
depnari et de consilio perpetuo privetur et
exinde privato habeatur. Et quod apodisse
consiliatorum et rectorum artium de incapodi
lbeantur et fiant autentice cum singno
publicationis solito notarii scribentis apo
dissas et alie apodisse non valeant. Et
quod notarius domini potestatis apodixas consilii ma
ioris et notarius capitanei apodissas consilii
populi et notarius maioris sindici et iudicis
iustitie apodixas camerariorum et rectorum
artium et cancellarius comunis pisani apodis
sarum artium publicis ut dictum est
scribere facere et reddere cuilibet ad pe
titionem cuiuscumque ut dictum est pena ducentarum
lib. den. pro quolibet ipsorum dictorum
potestatis et capitanei maioris sindici et
iudicis iustitie et eorum notariorum predictorum
in qua pena per eorum sindicatores ad peti
tionem cuiuscumque debeant condepnari si ne
gligentes fuerint in predictis. Item quod quando
fuerint vel fierent consilia brevium electi
onis notariorum palatiorum et aliorum nota
riorum pro aliis causis pro quibus consilia
celebrantur ad brevia nullus notarius
vel rector vel consiliarius vel alius qui
esset de aliquo dictorum consiliatorum possit vel

vel presumat stare in palatio et consilio usque portam palatii potestatis intra primum caretum palatii predicti proximiore banco in quo sedent iudices potestatis et capitanei proveniendo de novo pena viginti quinque librarum denariorum pro quolibet notario et qualibet vice qua contrafecerit. Et si sextus faciens electus fuerit ad aliquod offitium in ipso consilio non valeat nec teneat ullo modo electio set eligatur alius loco sui et breve in ipso consilio habere non debeat ullo modo. Item ad hoc ut brevia et electiones non perdantur et ut non expediat consilia per eorundem offitialium electores sepius fatigari. Quod durante consilio brevium vel antequam cancellarius dicti comunis vel notarius scribentis electiones recedat de consilio vel de palatio quilibet qui habuit breve eligendi possit et ei liceat electos cambiare et mutare prout voluerit et placebit eidem.

Et quod dictus cancellarius et quicumque alius scribens electores predictas possit et debeat modo et tempore predicto predictas mutationes scribere si et prout de eligentis et electi processerit voluntate. Electores autem consiliariorum si semel elegerint et ipse eligens voluntate electum mutare et loco ipsius alium substituere vel eligere possit loco ultra semel electi vel electorum prout volent non obstante absentia vel contradictione electi si de semel electus erit ab alio electus in dicto consilio remanente in ipso electo pluries in ipsa electione. Extra vero consilium vel palatium aut postquam cancellarius vel scribens electores de palatio discesserit celebrato consilio predicte mutationes vel alie de predictis pro eodem consilio fieri non possint nec debeant ullo modo. Item quod quando fiunt brevia vel fieri deberet in aliquo consilio nulla porta et nullus porterius scalarum audeant vel presumat intrare portam scalarum palatii potestatis nec ipsum palatium nec se ponere ad sedendum in palatio antequam vocentur per preconem pena decem librarum denariorum pro quolibet et qualibet

vice qua contrafecerit. Item quod durante consilio brevium quilibet de consilio statim habito breve nigro vel albo statim facta electione si breve nigrum habuerit recedere et exire debeat de consilio et de palatio et extra portam scalarum palatii potestatis. Et nullus de porta qui tunc staret vel iret vel qui iam misisset ad brevia habito breve ut dictum est albo vel nigro durante consilio audeat vel presumat remanere vel stare inter primam portam scalarum palatii potestatis nec inter portam dicti palatii stare recte vel aliter nisi eundo vocatus pro brevibus capiendis pena decem solidorum denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice quam penam offitiales comunis pisani potestatis et capitanei qui interessent consilio exigant per eorum de facto ipso instanti. Et scribantur eorum nomina per notarium ipsorum offitialium qui interesse debeant consiliis supradictis.

Item quod habentes brevia eligendi consiliarios in civitate de civitate eligant. Et habentes brevia eligendi in burgo de burgo eligant et non aliter pena decem librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice et electio non valeat nec teneat et alius eligatur loco sui. Item quod consiliis brevium seu in quibus brevia maxime aliquius potestarie vel capitanantie vel notariorum seu renovationis consiliorum quando fiunt vel fieri deberet omnes precones comunis pisani interesse debeant dictis consiliis a principio usque ad finem pena viginti solidorum denariorum pro quolibet et qualibet vice qua contrafecerint nisi essent absentes tempore baptismi et pulsationis campane pro consilio celebrando a civitate pisana cum licentia dominorum priorum artium vel infirmi. Et quod iudex vel miles domini capitanei populi qui interesset vel interesse debet dictis consiliis antequam discedat de consilio exquirat et investiget utrum aliquis ex preconibus non interfuit consilio et quolibet absenti dictam penam tollat et exigat de facto per totum ipsa die vel proxima sequente pena centum librarum denariorum pro quolibet ipsorum tam capitaneo quam

Iudici ⁊ militi ⁊ qualibet vice in qua pena p̄ eorum
sindicatorem ad petitionem cuiuscumque ex officio
sindicatoris debeant condempnari. Et si quis
offitium capitanei vacaret quod eo vacationis
tempore potestas et eius iudex vel miles contenta
in hoc capitulo observari facere ⁊ exequi teneantur
cum effectu sub eadem pena aliquo non obstante.
Item quod de consiliis breviandis seu in quibus
breviata fiunt vel fieri deberent semper interesse de-
beat unus iudex vel miles potestatis ⁊ alter ca-
pitanei et maxime in consiliis de quibus in capitulo
supra proxime scripto specialis fit mentio. Dicti
iudices ⁊ milites ⁊ quilibet eorum teneantur ⁊
habeant secum unum notarium ⁊ decem vel
ad minus octo familiares pro quolibet tam
potestati quam capitaneo. Item statuimus quod quan-
documque fieret consilium populi aut consilium
camerariorum ⁊ rectorum artium seu ad aliquod
ex dictis consiliis pulsaretur quod statim post pu-
lsationem dicti consilii completam dominus capitaneus
populi vel eius vicarius faciat legi et recitari
illud ex dictis consiliis pro quo pulsatum fuit
et omnes illos de dicto consilio populi quod est
quadraginta pro qualibet porta aut de con-
silio camerariorum ⁊ rectorum pro quo pulsatum
fuit quos non repererit esse ipse dominus ca-
pitaneus summarie ⁊ de facto condempnet ⁊ condempnare de-
beat in quinque soldis denariorum pro quolibet ipsorum
consiliariorum qui non interesset consilio supra-
dicto nisi aliquis ex eis legitimam excusati-
onem haberet. Et quod ipse dominus Capitaneus
teneatur et debeat exactionem dictarum condemp-
nationum facere cum effectu infra quintam diem
postquam ipse condempnationes fuerint promulgate. Et
si ipse dominus capitaneus intercederet dictorum con-
siliariorum in exactione dictarum condempnationum
negligens fuerit condempnetur ⁊ condempnari debeat
per suos sindicatores tempore sui sindicatus in Ce-
ntum libris denariorum pro qualibet vice ⁊ de ipsa negli-
gentia possit a quolibet accusari et contra
eum per eius sindicatorem inquiri. Item sta-
tuimus et ordinamus quod dominus potestas Civitatis
perusii vel eius vicarius saltem semel pro qualibet
mense ⁊ pluries si pluries placuerit faciat legi
et recitari maius ⁊ generale consilium quod est
de centum pro qualibet porta et omnes illos et
singulos quos de dicto consilio non reperiret

ipsi consilio interesse condempnet ipse potestas sum-
marie ⁊ de facto in quinque soldis denariorum pro quolibet
nisi iustam excusationem haberet aliquis
ex consiliariis supradictis ⁊ exequtionem di-
ctarum condempnationum infra quintum diem po-
stquam facte fuerint ipse condempnationes cum
effectu facere teneatur potestas predictus. Et si
ipse dominus potestas in recitando dictum consi-
lium ⁊ in condempnando ⁊ in condempnationes
exigendo negligens fuerit in centum libris denariorum
pro vice qualibet debeat condempnari tempore sui
sindicatus. Et de hoc contra eum per eius
sindicatorem possit ⁊ debeat inquiri et
etiam possit esse quilibet accusator.

Quod omnia statuta loquentia de offitialibus habeant
locum in electis ⁊ eligendis. Rubrica.

Statuimus ⁊ ordinamus quod omnia statuta
loquentia de offitio offitialium comunis perusii
vel alterius eorum valeant ⁊ vendicent sibi locum
in presentibus offitialibus de sacculo extractis
et imposterum extrahendis ⁊ in electis ⁊ eligen-
dis aliquo non obstante.

De ambaxiatis ⁊ ambaxiatoribus mittendis. Rubrica.

Dolentes etiam super inordinatis expensis
debitum frenum que consueverunt fieri
in ambasiatoribus ⁊ ad refrenandum impor-
tunitatem ⁊ ambitionem multorum cum qui
cotidie solicitant ⁊ procurant ambassiatas
dicti comunis providemus ⁊ ordinamus quod
nulla ambassiata mitti possit nec debeat
ex contrattum perusii expensis comunis perusii ⁊ quod ca-
mellarius comunis perusii tempore quo prestabit iura-
mentum dominis prioribus artium in principio
eorum offitii teneatur et debeat ad penam centum
librarum denariorum dicere inter alia contenta in iura-
mento quod consueverunt prestari dominis prioribus
artium et ipsi domini priores iurare teneantur
et debeant quod nulla ambaxiata creabitur
vel deputabitur que non sit vel quia non cre-
derint esse pro evidenti utilitate et honore
comunis perusii. Et quod camerlarius comunis perusii
et eius coadiutor et notarius dominorum priorum
teneantur et debeant iurare ⁊ iuramentum
prestare quod non scribent aliquod preceptum
vel apodissam aliquam ambaxiatoris quod non
credant vel imaginent quod sit pro evidenti
utilitate comunis perusii et quod tempore quo fiet
preceptum dictis ambaxiatoribus vel tempore

quo ipsis restituetur. Dictum preceptum notarius
dictorum priorum vel Cancellarius qui scriberet
dictum preceptum teneatur et debeat facere
iurare dictos ambaxiatores quod eorum amb-
asiatam fecerint vel facient bene et legaliter
Et quod in dicta ambaxiata fraudem non commise-
runt vel comittent. Et quod tamen procuraverint
vel procurabunt honorem et utilitatem communis
pisani et non privatam utilitatem vel hono-
rem proprium. De quo iuramento et ipsius pre-
statione expresse fiat mentio. Que si facta non
fuerit in dicto precepto Massarius communis pisani non
possit nec debeat solvere sub pena centum
librarum. Et nomine cassationum non possit dictum
preceptum cassare nisi expresse in dicto precepto
appareat de ipso iuramento. ¶ Et quod in
terris et ad terras subiectas communis pisani nul-
lo modo vel causa mitti possit per dictos pri-
ores artium nisi tantum unus ambaxiator
et non plures. Salvo quod in casu quo aliqua
de dictis terris egeret reformatore vel reparatore sta-
tus dicte terre quo casu domini priores arti-
um cum consilio dictorum cameraiorum ar-
tium possit providere et mittere usque in
quantitate duorum ambaxiatorum et non
ultra. ¶ Ad dictos autem vel ad alias ter-
ras non subiectas possint dicti domini priores
cum consilio dictorum Cameraiorum mittere
duos ambaxiatores et non ultra aliquo
modo vel causa. Salvo quod si acciderit ca-
sus quo videretur mittere plures amb-
axiatores quod in dicto casu domini priores arti-
um una cum Cameraiis artium et cum
octo artificibus pro quolibet camerario ar-
tis grosse et cum quatuor bonis hominibus
pro quolibet camerario cuiuslibet artis parve possint
providere et mittere usque in quantitatem trium
ambaxiatorum et non ultra. Non tamen possit
mittere aliquem ambasiatorem qui non sit
laicus expensis communis pisani vel expensis alicuius
vel alio quocumque modo sub pena quingen-
tarum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente eligente
vel mittente auferenda per potestatem vel
capitaneum vel maiorem sindicum communis pisani
Et de predictis dicti eligentes et mittentes
expresse debeant sindicari ¶ Et ad re-
movendum contentiones que cotidie or-

iri possint de numero equorum et de salario dictorum
ambasiatorum providemus et ordinamus
quod non possit dari vel deputari alicui amba-
xiatori dicti communis nisi istis numeris equorum.
et infrascriptum salarium. Videlicet cuilibet militi
et iudici quatuor equi pro quolibet ad plus
domicello et populari tres equi pro quolibet
et non ultra et ab inde infra iuxta quali-
tatem persone et loci prout dominis prioribus
videbitur convenire. Et habeant dicti am-
baxiatores et habere debeant pro eorum salario pro
quolibet die et quolibet equo quem tenerent
in dicta ambaxiata si dicti ambasiatores
accesserint ad locum vicinum et propinquum civi-
tati pisane per triginta miliaria triginta sol-
idos. Et si esset distans a civitate pisana
ultra dicta triginta miliaria habeant et habere
debeant pro quolibet die et quolibet equo
et quolibet eorum usque in quantitatem qua-
draginta solidorum denariorum et non ultra. Que
salaria massarius communis pisani vel alter eorum
dare et solvere teneantur viso precepto dictorum
priorum artium secundum formam superius denota-
tam retinendo gabellam duodecim denariorum
pro qualibet libra. ¶ Et quia aliquando
accidere potest quod opporteret ambaxiato-
res mittere ad dominum papam vel ad aliu-
m magnum dominum vel pro aliqua magnifica et
honorabili causa communis pisani ita quod numerum di-
ctorum equorum et salarium opporteret accresce-
re et augumentare pro honore communis pisani. Ideo pro-
videmus et ordinamus quod in dictis casibus qui-
bus crederetur esse opus domini priores et ca-
merarii artium cum octo artificibus pro quo-
libet camerario artis grosse et cum quatuor
bonis hominibus pro quolibet camerario cuiuslibet
artis grosse parve possint providere et or-
dinare de augmento numeri equorum et salarii Ita
tamen quod partitum debeat mitti et optineri ad
bussulas et fabas albas et nigras secundum
provisiones ipsius consilii. Et dicti massarii
possint et teneantur solvere modo predicto.
¶ Et ut ambaxiate communis pisani non vadant
nec fiant solummodo per aliquos pisanos
set distribuantur inter cives secundum gra-
dus quorumlibet et secundum qualitatem ambasiate

Prouidemus et ordinamus quod quicumque ibit
in aliqua ambaxiata comunis perusii expensis
dicti comunis non possit ire in aliqua alia am-
bassiata inde ad quatuor mensis proxime seq-
uentes expensis dicti comunis. Salvo si non esset
pro uno et eodem facto et una et eadem causa
et ad unum et eundem locum et unum et eun-
dem vel unum vel aliam personam quo casu
possit et licitum sit expleta ambaxiata per
illosmet ambaxiatores vel per alios ut
dominis prioribus videbitur et placebit. ¶ Et
salvo in arduis casibus occurentibus
dicto comuni quorum causa esset expediens
mictere ambassiatores non obstante ua-
catione predicta quo casu domini priores et
camerarii artium vel saltem septem ex pri-
oribus et due partes de triginta came-
rariis presentes et in concordia possint
et eis liceat si viderint expedire facto
et misso partito inter eos ad bussulas et
fabas et solepniter obtento eligere amba-
siatores quos voluerint non obstante
quod tales sic eligendi non uacauerint ab am-
baxiata per quatuor mensis ante ut sup-
ius est expressum. Dummodo nullo tem-
pore possit eligi vel mitti aliquis existens in
offitio camerariatus durante dicto offitio
ne substituto ambaxiate dimictat nego-
tia comunis perusii sub pena eligentibus et acce-
ptanti et cancellario et notario priorum qui
scripserit ducentarum librarum denariorum per quolibet
eorum per maiorem sindicum auferenda. ¶ Et
massarii comunis nec alius offitialis tales et e-
ctos solvere non possint sub dicta pena.
¶ Et ad omnem fraudem euitandam statu-
imus et ordinamus quod nemo possit scribi vel
nominari in litteris credentie que dantur am-
bassiatoribus qui mictuntur per dominos
priores artium vel alios offitiales comunis pe-
rusii nisi de illis quorum electione prius
facta constat manu cancellarii vel
notarii dominorum priorum seu notarii dictorum of-
fitialium mictentium. ¶ Et massarii comunis
perusii nulla solutione facere possint
alicui ambaxiatori nisi prius fidem fa-
ciat de eius electione et quod fuit scriptus
in litteris credentie de quibus scriptura apparet
cancellarii comunis perusii vel notarii seu offiti-
alium mictentium pena tam facientibus scri-
bi quam ipsi notario scribenti et etiam ma-
ssariis comunis perusii solventibus contra
formam presentis capituli per quolibet eorum et
qualibet vice centum librarum denariorum. ¶ Et
quia sollatiando animum frequenter in-
gerit diversis astutiis expensis comunis pe-
rusii utilitates proprias procurare et sepe
contingit quod domini priores fictis coloribus
seducuntur ambaxiatores non necess-
arios destinare et tales ambaxiator-
es potius assequi effectum proprium quam comunis
et agenda pro comuni perusii obmictunt offi-
tia et spetiales gratias procurando ut ta-
libus inconuenientiis obuietur. Vo-
lumus et statuimus quod nullus mictendus
de cetero in aliqua ambaxiata comunis pe-
rusii expensis dicti comunis possit audeat
vel presumat procurare aliquod sibi
proprium per se vel per aliquam aliam personam de
ipsius domo que secum staret ad e-
undem panem et unum vinum in eadem
familia dicta ambaxiata durante. nec
possit impetrare obtinere vel acceptare
aliquod regimen vel offitium nec beneficium
nec etiam aliqua alia persona de ipsius fami-
lia que secum staret ad unum panem et unum
vinum ab aliquo comuni domino vel singulari per-
sona ad quem iverit talem ambaxia-
tam sive ad quod comune sive ad quem dominum
vel ad quam personam expensis comunis perusii
missus erit talis ambaxiator. de inde ad
unum annum a die reversionis talis amba-
xiatoris mictendi proxime computandi
sine deliberatione dominorum priorum et came-
rariorum artium triginta presentium ex quibus
saltem cum viginti cum dominis prioribus
fuerit concordes facto et obtento partito
ad bussilas et fabas. pena quingentarum
librarum denariorum cuilibet contrafacienti et qualibet vice
auferenda per maiorem sindicum ad petitionem

auisamus simile et de facto. Item addendo
predicto capitulo statuerunt et ordinauerunt
quod tam cancellarius comunis perusii teneatur et debeat
dare in scriptis cum subscriptione sua omnibus
ambaxiatoribus comunis perusii puncta ambaxi
atarum fiendarum per eos. Et dicti ambaxiator
teneantur secum portare dicta puncta. Et quod
dicti ambaxiatores tempore quo reddent ambaxi
atas teneantur facere scribi per cancellarium
dicti comunis relatione et responsione quam
habuerunt de dictis ambaxiatis quas fe
cerunt. Ita quod semper in cancellaria dicti comunis re
peneantur in scriptis dicte relationes et respo
nsiones. Et nullus ambaxiator electus po
ssit vel assumi ad aliqua ambaxiata contra
formam presentis capituli directe vel indirecte
vel aliquo quesito colore pena dictis cancel
lario et ambaxiatoribus contrafacientibus
ducentarum librarum denariorum pro quolibet et qualibet vice
qua contrafecerint. De quibus maior sindi
cus inquirere possit et debeat et repertum
vel repertos culpabiles punire et condempn
are in dicta pena. Et quilibet esse pos
sit accusator.

CIII De electione et offitio massariorum comunis perusii. Rubrica.

Quoniam offitium massariorum comunis perusii
est offitium ponderosum et ipsum offitium
bene et fideliter sit gestum et administratum et factum per
massarios comunis perusii circa pagamenta et alia
plurima plus ex arbitrio quam ex ordine suf
ficienti factis comunis perusii et quantorum ne
gotiorum expeditione adeo provida delibera
tione habita ut possit massariorum eorum offi
tium operari. Statuimus quod in civitate pe
rusii sint et esse debeant et eligi duo boni
prudentes et legales homines de populo perusii
pro quolibet massarii dicti comunis per semestre
tempus. Et eligantur et instituerentur per bonos
homines qui deputabuntur ad faciendum
sacchectum offitialium dicti comunis et publicen
tur de sacculo de sex mensibus in sex menses.
Quorum massariorum sit et esse debeat offitium
et intelligatur super introitibus et exitibus
dicti comunis perusii et in recipiendo introitus
et pecuniam dicti comunis solvendum dictis ma
ssariis ex causis infrascriptis. Et in faciendo
solutiones et pagamenta quas et que fieri occur

rerint de dicti comunis perusii ex causis infrascriptis.
Et habeant dicti massarii pro expedi
tione dicti eorum offitii pro adiutoribus
eorum duos famulos videlicet unum qui scribat
introitus et alium qui scribat et scribere
teneatur exitus et pagamenta. Et ipsos famulos
dicti massarii eligere possint et debeant ut
eis videbitur. Et habeant et habere
debeant secum duos notarios quos ipsi du
xerint eligendos. Dummodo hoc procedatur
de notariis eligendis per massarios non veniendo
contra sibi habere durantibus presentibus sacculis nisi
forte de ipsis presentibus sacculis extraherentur
aliquis notarius mortuus vel inhabilis.
Quorum notariorum offitium sit et esse debeat
unus ad scribendum introitus alius vero ad
scribendum exitus et solutiones fiendas per
ipsos massarios. Statuimus etiam quod in
camera dictorum massariorum ad evitandum in ea
ta et enormia que in ipsa camera sepius
commissa dicuntur et ne dicti massarii habeant
quia pena incurrat per ignorantiam
notarius sit et esse debeat ad offitium super offi
tio cassationum et preceptorum que fiunt per
dominos priores et camerarios artium civita
tis perusii seu per priores tantum et ad scribendum
et registrandum et cassandum omnes alias
scripturas vigore quarum haberent dicti
massarii necesse et deberent aliqua facere
pagamenta. Et etiam ad scribendum introitus
gabelle duodecim denariorum per libra qualibet.
Et etiam gabelle landorum et similium accusa
tionum et sequestrorum concordiarum et extima
tionum realium non extimatarum. Unus bonus
fidelis et expertus notarius de civitate pe
rusii eiusdem offitii durent per annum. Et de
anno in annum eius electio fiat per modum
sacchectum fiendum tempore quo fient novi sacculi
comunis perusii post presentes sacculos. Eo tamen
modo notarii electio fiat de porta in porta
durantibus non presentibus sacculis sint ad
ipsum offitium notarii in ipso sacculo insac
cullati de ipso sacculo non extracti nec pu
blicati qui successive extraherentur et sint

per semestri tempore presenti sint hactenus observati. Dicta
te vero offitio presentium massariorum sit ad ipsum
offitium notarius per eos habitus seu habendus
et electus sive eligendus non obstante quod ha-
beret aliud offitium cum salario. ¶ Et
habeant etiam et eligant et eligere possint dicti
massarii per expedientibus ad offitium eorum unum
nuptium per tempore sui offitii cum infrascripto salario
solvendo dictis notariis fancellis et nuptio
¶ Statuimus etiam quod dicti massarii habeant
et habere debeant et eis liceat retinere sibi
solvere de pecunia ad eorum manus pervenienda
pro eorum salario per quolibet eorum Quindecim florenos auri
¶ Et possint teneantur et debeant dare et
solvere dictis eorum notariis super introytibus
et exitibus per quolibet eorum pro eorum salario
Quindecim florenos auri dictis vero fancellis du-
odecim florenos auri per quolibet eorum de sex mensibus
in sex mensibus Et dicto nuptio pro suo salario
et labore per sex mensibus quatuor florenos auri
¶ Que salaria dicti massarii teneantur et
debeant sibi retinere solvere et satisfacere
vigore presentis statuti sine alia apodissa pre-
cepto vel mandato dominorum priorum artium Et
hoc quod dictum est de salariis intelligatur
tam in presentibus massariis et eorum notariis
et fancellis quam in futuris ¶ Et qui fuerint
notarius ad scribendum introytus vel exitus
vel fancellus vel nuptius dictorum massari-
orum sex mensibus in dicto offitio eligi
et esse non possit ad tres annos sequentes
a die depositi offitii pena tam eligentibus
quam electis centum librarum denariorum de facto auferenda
si elegerint et dictis notariis fancellis et nup-
tio si acceptaverint per maiorem sindicum
et iudicem iustitie Et nichilominus talis ele-
ctio non valeat. ¶ Statuimus et ordinamus
quod ad manus dictorum massariorum omnes et
singuli introytus et redditus comunis Perusii debeant
pervenire redigendi et qui habebuntur et
recipientur de infrascriptis redditibus et proven-
tibus scilicet ¶ Omnis et tota pecunia reddi-
da debita et debenda dicto comuni Perusii de reddi-
tibus et proventibus dicti comunis et tamquam infra-
scriptis scilicet ¶ De quibuscumque condempnatio-
nibus tam factis quam que fient per potestates
et capitaneum maiorem sindicos et iudices iu-
stitie et omnes alios offitiales forenses dicti
comunis vel aliquem ex eis et quemcumque habentem
iurisdictionem ¶ Item pecunia reddienda ex
infrascriptis communantiis et gabellis et aliis
infrascriptis scilicet ¶ In primis ex communantia mo-
lendinorum arboreti et terreni dicti comunis de
ponte novo ¶ Item ex gabella panis qui
venditur in civitate burgis vel subburgis
Perusii. ¶ Item ex gabella lignorum palearum
et herbarum ¶ Et ex gabella pinguiorum ¶ Ex
gabella cetche ¶ Ex gabella bordelli ¶ Ex
gabella vetture equorum et equarum ¶ Gabella
bestiarum quadrupedium que venduntur in civi-
tate burgis et subburgis Perusii. ¶ Item ga-
bella anciorum ¶ Gabella ortolanorum lando-
rum et similium. ¶ Item ex gabella pensionis
domorum que pensionantur bancarum et minorum
Civitatis et burgorum Perusii ¶ Item ex gabella
illorum qui mutuant vel fenerant ad bancos
¶ Item ex collectis quas solvere debent comi-
tatini plebis ¶ Item ex censibus qui fiunt
et solvuntur comuni Perusii in festo sancti Herco-
lani Qui census sint tanti valoris cuius esse
debet secundum formam pactorum initorum inter comu-
ne Perusii et comune vel singulares personas censum so-
lvere debentes secundum extimationem faciendam
per duos bonos homines eligendos per ipsos massa-
rios et si esset minoris valoris extimationis
tunc talis census solvere debens suppleat
in pecunia numerata illud quod census minus
valuit ¶ Et si dicti massarii extimari
non fecerint modo predicto Centum librarum denariorum pro
quolibet eorum solvere teneantur comuni Perusii, de
hoc expresse debeant sindicari ¶ Item ex
introytu pasture clusii Perusii ¶ Item resi-
duo que restitui debent dictis massariis
per superstites vel offitiales ad quorum manus per-
venit aliqua pecunie quantitas dicti comunis
¶ Gabella duodecim denariorum per qualibet libra to-
tius pecunie solvende per ipsos massarios
¶ Et offitiales blade dicti comunis ¶ Item ex co-
munantia montis Balbe ¶ Et gabella
mensurarum civitatis et comitatus ¶ Dum-
modo quod castrum vel villa quod vel que
non habuit decem focularia habitantia et
accatastrata in ipso castro vel villa dictam

gabellam mensuraro minime solue tenant
Et quali puemat z puenire debeat
ad dictos massarios z ad manus eoro
omis alia pecunia z Re alie dicti cois q
no essent deputate in alia camera ul loco
et que no deberent puenire ad alios offi
tiales dicti cois secundu forma statutoru
et ordinamtoro cois pdicti Ita qp pote
stas z capitaneus ul maior sindicus z
Iudex Iustitie ul Rectores artiu seu aliquis
alius offitialis cois pusij nulla pecunie
quantitatem ul pua de eo qp debet pue
nire in coe ut ordinatu est possint de
ponere ul depom in aliqua tabula uel
camera set tantum massarijs cois pus
in coi tradere z dari facere teneantur absqz
ullo tpis intervallo Et qui contrafecerit
puniatur ipo facto in centu lb d pro
uice qualibet de qua pena no possit
contrafaciens absolui p aliquod consiliu
civitatis. Et dns Maior Sindicus
et Iudex Iustitie z eius curia possit z debeat
de pmissis quolibet mse Inquisitione facere
publice et secrete no obstante caplo de
Inquisitionibus nec aliquo alio p quod p
sens caplm elidatur. Et qp massarij
cois pus ipam pecuniam et omes introy
tum cois pus qui debent ad ipoio manus
puenire recipere debeant z penes se tenere
donec tassat et no ipam ul aliqua ptem
eius apud aliqua psona campsorem ul
mercatore depone nec tene sub pena ce
tum lb d sibi auferenda pro coi et vice q
libet qua pro eos fuit contrafactum. Et
qp ipi massarij bonam pecuniam ad usum
civitatis pus coem recipere teneantur et
qp flor aureos et moneta argentea tene
antur recipere pro eo pretio z quantitate qp
valebit z determinata erit in camera ubi
stat z tenetur pondus cois z no ultra
et p illo pretio p quo z quanto receperit u
minus debent recipere p tanto reddere
teneatur z no p maiori ullo modo Et si cont
fecerit coi pus quinquaginta lb d sol
uere teneatur pro vice qualibet. Et pre
dicti massarij cois pus de hijs qui recipiunt
possint facere refutationem z quietationem p
sonis que ipam pecuniam soluerint de iure
valituram. Et si fiat p massarios cois
pus maior expensa qz sit introitus sibi
imputetur. Et teneantur et debeant ta
ntum in camera cois pus in qua morantur
ad offitiu exercendi facere debentib recipere
pagamta z no ad tabula ul camera aliud.
Et totam integram solutione faciat cui
libet z no retasam seu particulare nec dimi
nuta z no cum fraude ul lucro Et non
retineat pecuniaz aliqd ad tps Et si contra
fecerit quinquaginta lb d vice qualibet
coi pusij soluere teneantur z debeant.
Et ne possint massarij cois pus nec debe
ant depositum aliquod factum eis uel
alteri eoro ul alij psone recipienti pro aliq
facto p coi introytibus cois pus ponere
nec tale depositu expendere quousqz sna
lata fuit sup eo p quo factu fuit deposi
tum z quousqz elapsi fuerint decem dies
sequentes post datam snam latam.
Et si massarij contrafecerint in aliquo de
pdictis quinquaginta lb den vice qualibz
coi pus soluere teneantur. Et si potas
ul Capitaneus ul Rectores artiu fecerint
ul osenserint aliquod depositum poni in
introitibus cois pus ul expendi pro coi ali
ter ul alio modo qz dictum sit centum lb
denar coi qui contrafecerit pro vice qualibz
soluere teneatur. Et ut introitus et
exitus cois pus ad manus massariorum
puenientes z exeuntes appareat omib
evidenter. Dicimus et ordinamus qp massarij
cois pus nulli hoi ul psone possint ultra
viginti sold den dare nisi in apodixa
precepto uel mandato pus scriptum appa
ruerit in libro Registri apodissarum z preceptoro
illius bz notarij ul illoro notarioro qui
in pntiarum fuit ul qui in futuro fuerit
ad offitiu apodissaro scribendaro z cassa
ndaro porro. Qui massarij z sui
notarij faciat offitiu eoro scdm forma in
pnti caplo denotata Debeant dicti
massarij omes z singulas expensas supto
et exitus coi pus facere legalr absqz dolo.

¶ Et p̄dicti massarii Notarii et fanceli ratio
cinatores siue calculatores debeant con
tinue p̄manere durante tp̄e eorum offitii i
camera cōis pus ubi sunt soliti morari
alii massarii· in qua Camera ut supius
est narratum stare debeant continue ad
recipiendu et dandu auere et pecuniam cōis
pus et alia facienda que ipsorum offitio·
uiderint expedire et de ipsa camera discede
no debeant durante offitio eorum de ma
ne tempestiue usq; ad noctem nisi cu iret
ad comedendu ul alia causa necessaria quia
no possent aufere nec cessare ¶ Et
quotiensq; ipi ul aliquis eorum contra
fecerint in predictis decem lb· d· pena
libetur coī pus soluere debeant · ipaz
pena sindicus p̄ coī exigere teneatur dq;
p̄dictu maiore sindicum expsse debeant
sindicari· ¶ Et p̄dicti notarii de aliqua
scriptura quā fecerint in dicto eorum offitio
que ad dictu offitiu ptinet sub dicta pena
decem lb· den· coī pus ultra dictu salariu
nec ab aliqua p̄sona debeant p̄cipere ul
habere modo aliquo et de hoc expsse debe
ant sindicari et quilibet possit esse accu
sator et habeat medietate dicte pene·
¶ Teneantur notarii supradicti facere
duos libros omi introitum dicti cōis
silicet unu p̄ massariis et alteru ponedu
in armario cōis pus et omnium expensarum qu
as facient dicti massarii similr faciant
duos libros quorum unu habeant dicti ma
ssarii et alterum ponant in dicto armario p̄
coī quos libros omes in cartis pecudis
et no in cartis bombicinis scribere tene
antur ¶ Et maior sindicus eos cogere·
teneatur ad dictos libros omes faciend
ut dictu est in pena quinquaginta lb
d· quam ab eis notariis contrafacientib
exigere teneatur p̄ coī· Et nichillominus
eos cogat ad p̄dicta ¶ Item notarius
qui scribet introitus teneatur dare cuil3
petenti refutatoez de solutionibus quas
faciet massariis et p̄ illa nulla solud.

recipere teneatur in pena p̄ncet qualibet q̄
contrafecerit decem lb· d· ¶ Et etiam de
predictis credatur sacramento illius qui ali
quid p̄soluisset· ¶ Notarius uo qui scri
bet expensas teneatur in refutationibus
quas faciet et scribet dictorum massariorum
ul alterius eorum p̄ntis ponere nom p̄nom
et portam · parrocchia seu casterum ul
uilla illius qui massariis refutationem
faceret seu ind fuit ille cui massarii
aliqua solutione facerent et no altera
scribat ipam solutoez et refutationem
nisi ille cui fieret solutio p̄ massarios
cōis pus· fuit p̄ns ad refutationem
faciendu et p̄ns solutioni faciend de
qua notis in refutatoe faciat mētione
et in ipa solutione · refutationi pon
at noia duorum testiu ad minus·
¶ Preterea uolumus q̄ si aliquis debet
aut debebit aliquod dare ul soluere
coī pus· occasione alicuius condepnatois
noie suo ul p̄se ul p̄ aliquo de sua fa
milia habebit aliquā politiā legitiam
sibi debita a coī pus de aliqua quanti
tate pecunie de politia ul p̄stito mutuu
ul p̄stantie sibi debite a coī pus· dum
modo politie et instra sint de iure debi
te · de aliqua quantitate pecunie scripta
in libris cōis pus possit excomputa
re et excomputatio fieri possit de sine
p̄pius · cuilibet sectum in una · eadem
familia comorantis ad unu panem
et unu uinu apodissis p̄stantiarum
sibi excomputari possit dicte apodisse
p̄pt in suo p̄po ul alteius sectum i una
eadem familia uere comorantis et
soliti comorari ut dictu est ad unu
panez · unu uinu sine malitia · fra
ude · pagamento · sto tn̄ p̄ quatuor co
depnatione facta ul facienda usq; ad
centu lb· d· et no ultra · habeatur
p̄ pecunia numerata ita tn̄ q̄ p̄ no intelli

cantur ipse apodisse que habentur vel
haberentur ex iure cessu vel cedendo
et intelligantur ipse apodisse que aliam
deberentur etiam iure hereditario ex te-
stamento vel ab intestato et non ille que essent
empte vel donate vel quocumque modo cesse a
quacumque persona corpore collegio et univer-
sitate sibi vel alicui de sua familia.
¶ Possint tamen illi de universitate qui habent
apodixas ex iure cesso ab universitate ex
computare usque ad dictam quantitatem
centum librarum denariorum in quacumque condempnatione
lata vel ferenda contra talem de universita-
te vel aliquem de sua familia et in eadem
familia comorante ad unum panem et vi-
num unum ut dictum est habita cessione
a sindico dicte universitatis habente spe-
ciale mandatum. ¶ Nec quo ad hec fa-
mulus de familia habeantur non obstan-
tibus ad omnia supradicta vel aliquod
eorum aliquibus statutis ordinamentis re-
formationibus vel aliis quibuscumque pro-
missionibus editis super modo et ordine
ex computationis apodixarum et pagamen-
torum massariis faciendorum et non obstante
aliquo alio generali vel speciali contrarium
loquentibus. ¶ Ralvo quod predicta ex
computatio non vendicet sibi locum
in solutionibus et pagamentis fiendis massa-
riis dicti comunis pro homicidio vulnere facie
cum cicatrice membro debilitato fal-
sitate furto robbaria strate adterum libr
supra adulterio et furato carcere pro
quibus maleficiis vel aliquo eorum commissis
vel committendis et condempnationibus latis
vel ferendis predictis et quolibet eorum fieri de-
beant solutiones et pagamenta integrum
in pecunia numerata sine aliqua excom-
putatione apodixarum et idem intelli-
gatur in prestanda auxilium vel presta-
ntium auxilium consilium vel favorem
ad predicta mala committenda vel aliquod
ex eis. ¶ Item volumus quod massarii
comunis Pergami in solutionibus faciendis illis

qui prius habent politias. Et postea ordi-
nate secundum quod prius sunt facte politie
prius eis fiat solutio per massarios supradi-
ctos. ¶ Et si dicti massarii non percepe-
runt ordinate ad solutionem faciendam solvat
pene nomine comuni Pergami centum libras denariorum et de predictis
quilibet sit et esse possit accusator. ¶ Et
nichilominus maior sindicus et iudex iusti-
tie cum promotore et sine promotore ex officio
teneatur inquirere publice et secrete ut sibi
placuit. ¶ Studeant etiam dicti massarii pro
posse in depositis de inceps faciendis potius
habere pecuniam pro deposito vel depositis
quam pignora vel arnensia vel saltem talia
pignora vel arnensia recipere debeant
de quibus bene sibi et comuni sit cautum itaque
si ea pignora non recolligerentur in termino
infrascripto possint vendere et alienare et
pecuniam pretii in introitibus ponere ut in
fine continetur. ¶ Et quod deposita que
fierent in pecunia numerata debeant dicti ma-
ssarii mittere et ponere ad introitum comunis
Pergami per notarium suum et dicti comunis infra decem
dies post latam condempnationem vel summam
fiant deposita fient vel iam facta essent
in pignoribus vel arnesibus pro condempna-
tionibus de inceps faciendis seu ferendis te-
neantur dicti massarii infra quindecim di-
es post latam condempnationem vel summam sin-
gnificare deponenti vel deponentibus ipsa pi-
gnora vel arnesia per bannitum vel nun-
tium ut eis placuit et mittat convenie-
nter quod veniat ad solvendum condempnationem vel ba-
nnum et ad recolligendum pignora seu depo-
sita. ¶ Et si non venerit et condempnatio-
nem non solverit et pignora et deposita non
recolligeret vel noluerit recolligere infra
dictos quindecim dies quod statim infra ali-
os quindecim dies inmediate sequentes
possint et teneantur et debeant dicti massa-
rii sub infrascripta pena dicta pignora
et deposita vendere ad bannitum plus
offerenti et pecuniam pretii mittere ad intro-
itus comunis Pergami saltem pro ea parte que solvi
deberet in pecunia numerata. ¶ Et

si pignora vel deposita plus venderent restitu-
antur deponentibus et si minus venderentur im-
putentur massariis. Ita quod omnia deposita que fi-
ent impignoratoribus vel arnensibus ex pecunia
numerata dicti massarii possint teneantur et de-
beant sub infrascripta pena ponere et mictere ad in-
troitus communis Perusii infra unum mensem a die late
sententie seu condempnationis saltem pro ea parte condemp-
nationis vel sententie que solvi deberet in pecunia
numerata ut dictum est. ¶ Et quod dicti massarii
pro bapnis seu condempnationibus quadraginta
solidorum denariorum et abinde infra nullum depositum
recipiant nec fieri possit nisi in pecunia numerata
tantum et non in aliis pignoribus seu arnensi-
bus. ¶ Et quod depo[si]ta que deinceps fient
penes dictos massarios mittantur ad introitus
communis Perusii et ex nunc prout extunc promissis et po-
sitis habeantur ad introitus dictorum massario-
rum et communis Perusii in terminos supradictos. Ita quod
lapso termino vel terminis predictis massarii
et eius fideiussores teneantur ad solvendum
dandum et restituendum communi Perusii in pecunia
~~dictas~~ depositorum pro ea parte que solvi deberet
communi Perusii in pecunia numerata ut dictum est nec po-
ssint circa dictos introitus mictendos ut de-
ctum est exceptiones proponere post dictum terminum
et terminos quod deposita pignora vel arnensia
habeantur et non pecunia. Non obstante aliquo sta-
tuto ordinamento vel reformationes generali vel
speciali vel aliquo alio in contrarium loquente que
omnia quantum ad predicta sint sublata et
revocata. ¶ Que omnia et singula dicti ma-
ssarii observare teneantur et debeant sub pe-
na et ad penam centum librarum denariorum cuius et cuilibet eorum au-
ferenda per maiorem sindicum pro communi Perusii quotiens-
cumque in predictis vel aliquo predictorum contrafe-
cerint. ¶ Insuper addentes statuimus quod massa-
rii communis Perusii teneantur omnia deposita pe-
ndentia restituere et assignare in fine semestris
sui massariis novis infra quindecim dies a de-
positi officii computandos et notificare
eis terminos infra quos debent lui vel recol-
ligi dicta pignora. ¶ Et pro quolibet de-
posito pendente quod non restituerint massa-
riis novis communis Perusii vel non notificaret
termini infra quem debet recolligi infra
dictum terminum puniatur in centum libras denariorum
per maiorem sindicum. ¶ Et si massarii communis
Perusii vel eorum famuli calculator seu ragio-
nerius vel aliquis tramectator vel mediator

faceret vel commicteret aliqua falsitate vel fraude
vel institutum lucrum in offitio massariatus predicti
vel in solvendo vel dando vel dari faciendo vel
dari ordinando vel tramectando vel aliquam
mercedem pro solutione accipiendo vel per aliqua per-
sona occasione dicti offitii aliquid extorquendo
vel defraudando commune vel specialem personam pu-
niatur tam massarius quam quilibet culpabilis de pre-
dictis quadruplici pena rei et pecunie extorte
per dictum maiorem sindicum et debeat condempnari.
¶ Et teneantur idem massarii eandem monetam
restituere tam deponentibus quam massariis communis Pe-
rusii qui succederent loco sui et in eadem spetie
et eodem valore per quo receperint. Et si massarii
non observaverint in centum libras denariorum vice qualibet
condempnentur. ¶ Preterea dicimus adiungen-
tes quod omnia et singula deposita que fiunt apud
massarios communis Perusii qui erunt et pro tempore fuerint
fiant modo et ordine infrascriptis videlicet ille cui
fuerit preceptum quod depositum faciat de quantitate
quantitate pecunie ponat illud in aliquo
marsupio sive sacculo sigillato sigillo quo
voluerit deponens et tale depositum penes
se massarii debeant conservare et non in aliqua
tabula sive camera aliena. ¶ Et si sententia
condempnatoria feretur cum causa deposi-
tum factum foret mictatur introitibus
ut supius continetur. ¶ Si vero sententia ab-
solutoria facta fuerit procedatur ad resti-
tutionem in primis secundum quod supius in hoc capitulo
declaratur. ¶ Item dicimus et ordinamus
quod domini priores artium non faciant nec permi-
ctant alibi quam penes massarios communis Pe-
rusii aliqua pecunie quantitate vel depo-
situm poni vel dari nomine dicti communis et
si contrafecerint solvant communi Perusii pe-
ne nomine pro quolibet quingentas
libras denariorum. ¶ Et nullus camerarius vel merca-
tor vel alia persona nisi massarii denariis
communis Perusii depositum aliquod recipere po-
ssit nec habere nec penes se retinere et
qui contrafecerit puniatur pro quoque qua-
libet in centum libras denariorum. ¶ Preterea di-
massarii taliter debeant suum offitium
exercere quod in fine sui offitii communi Perusii
debitum aliquod non assignent per ipsos

massarios contractum modo aliquo sive ca
¶ Et si debitum quod ipsi fecerint assi
gnaverint sibi tamen debeat imputari et
de suo ipsum debitum solvere et satisfacere
teneantur Ita quod comune perusii ad satisfactionem
dicti debiti per ipsos massarios assignati
teneri non debeant ullo modo ¶ Item massa
rii intrantes in officium postquam aliquid pecuniam
receperint vel promissione fecerint solvere et
satisfacere debeant omnino et si non fecerint de
cem libras denariorum pene nomine comuni perusii solvere
compellantur ¶ Volumus tamen quod potestas et capi
taneus et eorum officiales et priores vel alter
eorum non debeant cogere massarios expendere
in aliquo denarios depositos penes eos ¶ Et
si potestas et capitaneus et eorum officiales vel priores con
trarium contrafecerint quilibet eorum contra
faciens in centum libris denariorum pene nomine comuni perusii
ipso iure condempnetur per eorum sindicatorem. Sa
lvis semper et reservatis capitulis massariorum
tam factis quam faciendis et statutis de ipsis
loquentibus et contentis in eis quibus
per presens capitulum in nullo derogentur.

¶ Statuimus et ordinamus quod massarii
comunis perusii qui nunc sunt seu pro tempore fuerint
sub pena sui salarii teneantur et debeant
accensas tenere expensis comunis perusii duas la
padas videlicet unam in palatio populi perusini ante
figuram beate virginis marie qua depicta ma
ssarii fieri facere teneantur de novo expensis
comunis perusii in pariete super bancum massariorum
et aliam in palatio potestatis ante figuram
beate marie virginis in sala inferiori palatii
potestatis et facere per ipsos lampadibus expe
nsas sine aliqua apodissa vel mandato.
¶ Et ad hoc ut palia que presentantur
comuni perusii pro censu in festo beati herculani pro
honore dei et beati herculani distribuantur
inter ecclesias pauperes et indigentes.
¶ Dicimus statuentes quod decetero eligantur
et eligi debeant per dictos priores et camerarios
artium de mensibus ianuarii et februarii quinque
boni homines fidedigni videlicet unus pro qualibet
porta qui debeant omnes ecclesias parrochia
les oratoria et monasteria de civitate burgis et

subburgis perusii et etiam de comitatu pauperes
et indigentes eligere ¶ Et intelligantur esse de sub
burgis ecclesia sancte lucie de collibus ¶ Et
nomina talium ecclesiarum oratoriorum et monaste
riorum ponere in sacculis fiendis per dictos bonos
homines scripto in cartis pecudinis que no
mina talium ecclesiarum oratoriorum et monasteriorum
intra octo dies post festum beati herculani de
mense martii priores artium publicari fa
cere teneantur in palatio populi videlicet tot quot
erunt palia presentata ¶ Et illi ecclesie oratorio
vel monasterio cuius nomen primo lectum et pub
licatum fuerit massarius comunis perusii dare debeat
palium primo presentatum et assignatum in de
dicti festi coram dictis dominis prioribus et illi
ecclesie oratorio vel monasterio cuius nomen secundo
fuerit lectum et publicatum dicti massarii dare
debeant palium secundo presentatum et sic subce
ssive usque ad ultimum palium. Tales ordo sub
pena dictis prioribus et massariis qui fuerint
de mensibus ianuarii et februarii si neglexerint
vel obmiserint dictam electionem facere de dictis
quinque bonis hominibus et eorum subcessoribus
si neglexerint dictam publicationem nominum
dictarum ecclesiarum oratoriorum et monasteriorum
facere ut dictum est ducentarum librarum denariorum ¶ Et
massarii si contrafecerint non dando dicta
palia infra octo dies post dictam publicationem
in ducentis libris denariorum pro maiore sindicatum pro
quolibet contrafaciente debeant condempnari
de quibus omnibus et singulis expresse debeant
sindicari. ¶ Cappella vero sancti herculani
que sita est in ecclesia sancti laurentii ¶ Et
cappelle de cruce sancti herculani videlicet superior et
inferior sita in porta sancti petri ¶ Et ecclesia
sancti constantii ¶ Et cappella maiestatis
virginis gloriose sita sub volta palatii po
testatis ¶ Et cappella que est in palatio do
minorum priorum habere debeant dicto palia
singulis quinque annis unum palium pro qualibet
earum de melioribus presentandis que cappelle
in dicto sacculo non ponantur. Dum tamen dicto
brevia de que cursores ad bravium currere
consueverint in festo omnium sanctorum et
in festo sancti herculani fiant per dictos

massarios de currendo in dicto festo sancti Herculani sit et esse debeant illud quod persolvitur per commune secundum arbitrium ut moris est. Et dentur in dictis festivitatibus per modum solum venienti equester ad dictum bravium accipiendum modo consueto sicut in civitate Perusii in dictis duabus festivitatibus.

Et si contingat quod equus veniret ad locum bravii etiam sine equitatore pro aliis equis currentibus ad bravium quod ille cuius est equus debeat lucrari et habere bravium non obstante quod equitator non venit super equo quia de equo cecidit vel deiectus fuerit.

c vi

De solutionibus fiendis per massarios communis Perusii officialibus. Rubrica.

c iiii Item ad refrenandas expensas que indebite fiunt, ne massarii communis Perusii pretextu ignorantie solutiones et pagamenta faciant non iuridice facienda. Statuimus et ordinamus quod massarii communis Perusii possint et debeant facere et faciant infrascriptas solutiones et pagamenta de pecunia et avere communis Perusii ad eorum manus pervenienda secundum formam infrascriptorum capitulorum infrascriptis officialibus et personis infrascriptis declaratis. Quibus constituimus et ordinamus infrascripta salaria, que salaria et pagamenta solum possint et debeant infrascriptis officialibus vigore presentis statuti sine alio precepto apodixa vel mandato alicuius officialis communis Perusii, visa solum electione dictorum officialium, quas electiones registrare debeat notarius cassationum substantialiter, et nullus alius notarius dictas cassationes facere possit, et si fieret ipsa cassatio non valeat ipso iure. Et teneatur dictus notarius dictas electiones penes se retinere et de ipsis cassationes facere ut sit et fieri consuevit, receptis cassationem faciendi et aliis apud ipsos.

Quod electiones officialium appareant manu cancellarii vel eius coadiutoris et non alterius notarii. Rubrica.

c v Item quod electiones dictorum officialium apparere debeant manu cancellarii communis Perusii vel eius coadiutoris in presentia tamen dicti cancellarii, ne in ipsis error vel inconvenientia aliqua oriatur, et si manu alterius notarii apparuerint non valeant ipso iure. Et notarius predicto cassationum ipsas cassare non debeat ullo modo pena notario scienter scribenti dictas electiones vel aliquam earum quam notario predicto cassationum scienter registranti vel cassanti pro quolibet eorum et qualibet vice qua contrafecerit quinquaginta librarum denariorum.

De pecunia danda per massarios communis Perusii prelibatis nuptiis dominorum priorum. Rubrica.

c vii Pro honore offitii prioratus statuimus et ordinamus quod dicti massarii sine alio precepto vel apodixa dare et solvere teneantur dominis prioribus actu singulis duobus mensibus in principio eorum offitii prioratus pro petio seu petiis tercdecim indumentorum pro famulis dictorum dominorum priorum, videlicet pro decem famulis ipsorum dominorum priorum, et pro uno famulo eorum notarii, et pro uno portanario, et uno coco, videlicet pro quolibet ipsorum quatuor florenos auri; ac etiam teneantur solvere pro famulo cancellarii dicti communis eidem cancellario annuatim, videlicet in kalendis mensis martii et septembris octo florenos auri pro duobus indumentis ipsius famuli, videlicet in singulis dictis kalendis quatuor florenos auri, que indumenta fieri debeant de dictorum pannis divisorum colorum sine divisa, et ultra dictam quantitatem habere non possint, et dicti massarii plus solvere non debeant nec valeat, et si plus solverent de eorum salario intelligatur esse solutum, et additionem communis Perusii non debeat imputari sub pena centum librarum denariorum pro quolibet qua scienter fecerint, debeant tamen dicti massarii semper retinere gabellam duodecim denariorum pro qualibet libra. Et hoc addito quod presenti capitulo quod ille qui fuerit famulus dictorum priorum vel eorum notarii aut portanarius duobus mensibus non possit esse de proximis ceteris dictis dominis prioribus in offitio prioratus directe vel indirecte seu tempore sive quesitio nec etiam valeat esse famulus notarii ipsorum dominorum priorum vel portanarius

inde ad sex menses tunc proxime sequentes pena centum lib. den. tam eligentibus quam electis acceptantibus. Et nullus qui fuerit ministrus dominorum priorum artium et nullus qui sit minister alicuius artis possit nec debeat esse famulus dominorum dominorum priorum artium vel eorum notarius nec etiam portonarius sub pena centum lib. den. sic electo acceptanti et vice qualibet. Et in predictis casibus talis contrafaciens directe vel oblique habere non valeat per se vel interpositam personam indirecte vel aliquod aliud sub pena centum lib. den. in qua pena per maiorem sindicum communis Perusii debeant condempnari. Et nichilhominus adeptum offitium esse non valeat ullo modo.

De salario illorum qui tenent claves portarum civitatis Perusii rubrica.

cvij Statuimus et ordinamus quod massarii communis Perusii teneantur et debeant solvere bonis hominibus et offitialibus qui tenebunt claves portarum civitatis Perusii pro quolibet anno visa eorum electione quinque lib. den. pro quolibet ipsorum bonorum hominum et offitialium absque mandato vel precepto alicuius offitialis communis Perusii. Qui boni homines et offitiales teneantur et debeant claudere qualibet sero et aperire quolibet mane et pestine durante dicto tempore dictas portas sub pena quadraginta sol. pro qualibet vice qua contrafecerit. Quorum offitialium electio spectet ad dominos priores artium civitatis Perusii.

De salario rationatorum maioris sindici rubrica.

cviij Providimus et ordinamus quod massarii communis Perusii teneantur et debeant solvere rationatoribus et revisoribus rationum offitialium communis Perusii deputandis a maiori sindico dicti communis pro eorum salario pro quolibet eorum quatuor flor. auri visa electione ipsorum sine precepto vel apodissa alicuius offitialis dicti communis solvendo gabellam duodecim den. pro qualibet lib. Quorum rationatorum electio fiat et fieri debeat per dominos priores artium civitatis Perusii in principio offitii dicti maioris sindici. Et sint et esse debeant quinque boni viri pro qualibet porta.

De nuptiis referentibus bona nova et eorum salario rubrica.

cix Ordinamus et statuimus quod priores artium et camerarii possint deliberare disponere et ordinare de vestimentis vel aliis donis fiendis nuptiis qui veniunt ad commune Perusii cum prosperis novis. Et massarii communis Perusii ad mandatum et secundum mandatum dominorum priorum predictorum teneantur et debeant solvere illam quantitatem pecunie illis personis de qua et de quibus per dictos dominos priores et camerarios providebitur et deliberabitur et videbitur expedire.

De salario offitialium super monstris cassarorum et fortilitiarum communis Perusii rubrica.

cx Statuimus et statuendo dicimus quod dicti massarii communis Perusii teneantur et debeant dare et solvere offitiali et notario deputandis ad revisiones et monstras castellanorum et cassarorum et fortilitiarum communis Perusii pro eorum salario pro quolibet eorum qualibet die qua equitaverint pro dicta revisione et monstris triginta sold. den. pro quolibet equo videlicet dicto bono homini et offitiali pro duobus equis et notario pro uno equo. Qui bonus homo et offitialis teneatur et debeat facere inventarium de omnibus et singulis massaritiis et arnensibus dictorum cassarorum et fortilitiarum. Et debeat dictus bonus homo et offitialis sindicari a maiori sindico communis Perusii.

De electione et offitio duorum bonorum hominum offitialium super expensis fiendis rubrica.

cxi Et quia sepe contingit et occurrit ultra solitam et ordinatam expensam quod commune Perusii necesse habet et sibi necessario incumbit facere expensas quandocumque causa onorandi dominos et solempnes ambaxiatores dominorum et communium venientes ad civitatem Perusii. Statuimus quod in tali casu domini priores artium cum consilio camerariorum numero ad minus triginta presentium viginti in concordia possint tractare et debeant deputare et eligere

duos bonos legales et discretos homines qui
possint et debeant providere et ordinare de
sumptibus fiendis causa honorandi tales per-
sonas in ea quantitate de qua dictis bonis ho-
minibus conveniens videbitur et apparebit
et de tali sumptu fiendo rogare debeant unum
notarium qui scripturam autenticam faciat
de predictis. ¶ Et dicti massarii teneantur
et debeant solvere dictis bonis hominibus sine
alio precepto vel mandato vel apodixa ali-
cuius alterius offitialis comunis Perusii visa sola
scriptura predicta, et electio facta per dominos
priores artium cum consilio camerariorum illa
quantitate pecunie que apparebit per di-
ctam scripturam expensa fuisse occasione
predicta. ¶ Quando tamen quantitas expense
fiende limitaretur per dictos dominos priores et
camerarios vel priores tantum ipsius limi-
tationis quantitas transcendi non possit.
¶ Et quia aliquando contingit quod expedit et conve-
nit comunitati Perusii ita subito facere honorem su-
pradictis personis quod non possit ita subito
haberi consilium camerariorum. Providemus
et ordinamus quod in dicto casu domini priores
artium possint et debeant facere electionem duorum
bonorum hominum et offitialium qui teneantur et
debeant facere dictam expensam pro honore fa-
ciendo. Que electio et expense facte de dicta[?]
debeant approbari et ratificari per consilium
camerariorum modo forma et ordine supradictis
qua ratificatione facta dicti massarii possint
et debeant solutionem facere et pagamentum
dictarum expensarum dictis bonis hominibus et offitialibus
sine alio precepto vel mandato alicuius
offitialis comunis Perusii. Set prout et sicud su-
perius est expressum et modo et forma et orde
superius expressis. ¶ Teneantur tamen
dicti boni homines et offitiales ante soluti-
onem eis fiendam iurare ad sancta dei
evangelia corporaliter tactis scripturis quod
non sit scriptum plus expensum fuisse quam
secundum veritatem fuit expensum et ultra quam
necessarie fuit predicta expensa fienda
non expendisse vel expendere. ¶ Expensa
facte legaliter et sine fraude. Dummodo quod dicte expe-
nses et singule fiende legi debeant singulariter in
consilio camerariorum predicto.

c xii De salario nuptii dominorum priorum artium. Rubrica. c 12

Ordinamus quod predicti massarii teneantur et debeant
dare et solvere cuilibet nuptio dominorum priorum
artium in principio offitii cuilibet florenum[?] pro pretio
indumenti capitis et fulcimentorum ipsorum indumenti
et cappucii viridem[?] flor. de auro quod indu-
menti capputii et fulcimenta eius debeant
per ipsos dominos priores ante quam incipiant eorum
offitium exercere. Quam solutionem dicti massarii pos-
sint et debeant facere sine aliquo precepto
vel apodixa alicuius offitialis comunis Perusii. Dum-
modo solvatur duodecim den. pro libra qualibet
dicti pretii. ¶ Et ultra dictum pretium talis nuntius
pretium habere non possit modo aliquo.
¶ Et dicti massarii non possint ultra dictum pretium
aliquid solvere tali nuptio pena centum
sol. den. pro vice qualibet qua plus solverent.

c xiii De salario dominorum priorum artium, priorum[?] et cancellarii
et notarii. Rubrica. [illegible]

Item super providerunt et ordinaverunt quod dicti ma-
ssarii teneantur et debeant facere infrascriptas
solutiones et pagamenta de pecunia comunis
Perusii ad eorum manus perveniendis vel perveniendis
secundum formam supradictorum ordinamentorum offi-
tialibus et aliis personis infrascriptis de quarundis[?]
quibus offitialibus et personis salaria et pa-
gamenta fieri debeat vigore presentis statuti sine
alio precepto apodixa vel mandato alicuius offi-
tialis dicti comunis set solummodo visa dicta electione
dictorum offitialium quorum offitialium electiones
substantiales scribi debeant per notarium
super cassationibus deputatum. ¶ Quia
electione dictus notarius debeat apud se retinere
et cassatione facere sicut quod consuetum est fa-
cere de preceptis comandamentis et apodixis.
¶ Et in primis solvere teneantur et debeant
pro salario et expensis dominorum priorum artium civi-
tatis Perusii et eorum famulie et pro expensis Can-
cellarii vel[?] personalibus dictorum dominorum priorum et
notarii et qualibet die quadraginta sol.
den. et pro expensis Cancellarii et eius famulus

viginti sold.

viginti soldorum denariorum durante tempore eorum offitii
et ultra dictam quantitatem quadraginta soldos denariorum
pro quolibet dominorum priorum et qualibet die. Et dent
et habere debeant dicti domini priores pro cera et con
fectionibus etc. pro quolibet prioratu centum libr.
denariorum sine mandato alicuius offitialis
dicti comunis et sine solutione vel retemptione ali
cuius gabelle et absque visione et registra
tione eorum electionis. Qui massarii debeant
recipere restitutionem de predictis a predictis
dominis prioribus vel eorum procuratore. Et
pro causis supradictis vel ipsarum occasi
one dicti massarii nichil ultra dictas quanti
tates solvere possint aliquo colore quesi
to sub pena quingentarum librarum denariorum pro
quolibet eorum et qualibet vice qua contra
fecerint. Nisi hoc faciant ex provisione
adunantie generalis. Debeant etiam solvere
dicti massarii dictis dominis prioribus ultra
predicta pro sanctis in consiliis electis et aliis
rebus necessariis quinque flor. auri pro
quolibet offitio prioratus ad petitionem
ipsorum dominorum sine precepto alicuius of
fitialis de quibus quinque flor. auri massarii
faciant sibi fieri restitutionem. Et si
dicti massarii pro supra proxime dictis vel
eorum occasione ultra predictam quantitatem
dictis dominis prioribus aliquid solverint
incidant in pena centum librarum denariorum pro
qualibet vice. Teneantur etiam dicti
massarii solvere notario ipsorum dominorum
priorum sine aliquo precepto vel mandato
alicuius offitialis comunis pisani ultra dictum
salarium pro scripturis quas facere debet
decem flor. auri et nichil dictam quantitatem
ultra solvere possint nec pro dicto notario
nec eius substituto vel coadiutore qui
substitutum vel coadiutorem tenere
non possit sub pena centum librarum. Et
domini priores non possint dictum substitutum vel
coadiutorem deputare aliquod salarium de
necessitate pro substituto vel coadiutore dicti
notarii. Et dicti massarii ut dictum est dic
tum salarium vel aliquam quantitatem solvere non
possint pena cuilibet offitiali contrafacienti
centum librarum denariorum que pena eidem de facto
auferri debeat per sindicum maiorem tempore
eorum sindicatus. Et dicti notarii dictorum
dominorum priorum teneantur et debeant ponere
in publicam formam in cancellaria omnes et
singulas scripturas quas facient tempore
eorum offitii sine aliquo salario et provisione.
Quas scripturas scribere teneantur et
debeant in cartis pecudinis infra unum men
sem sub pena centum librarum denariorum et pri
vatione offitii dicti notariatus ad quod offi
tium contrafaciens nullo modo eligi possit
et si eligeretur ipsa electio non valeat ipso
iure.

## De salario notarii super cassationibus etc.

CXIIII Item dent et solvant et solvere teneantur
et debeant notario deputato in camera dominorum
massariorum super cassationibus et aliis per
tinentibus ad offitium dicti notarii secundum for
mam statutorum quibuslibet sex mensibus
quindecim flor. auri sine alia appodixa vel
mandato de quacumque pecunia dicti comunis ad
eorum manus pervenienda vel perveniendа ex
cepto notario qui tempore presentium massariorum
dictum offitium exercuit qui habeat pro
salario suo viginti flor. auri.

## De salario guactarum et coci dominorum priorum etc.

CXV Item dent et solvant et dare et solvere te
neantur et debeant ad mandatum dominorum
priorum guactaro coci dictorum dominorum
priorum pro quolibet offitio prioratus tres
flor. auri. Item spazzatori palatii dominorum
priorum pro quolibet mense quinquaginta
soldos denariorum.

## De salario ambaxiatorum mittendorum per
comune pisanum etc.

Item dent et soluant et dare et soluere tene
antur et debeant ad mandatum dominorum
priorum et Camerariorum artium Civitatis
CXVI perusii omnibus et singulis ambaxiatoribus
destinandis pro factis comunis perusii vel alia
causa ad quoscumque dominos singulares personas
vel aliquam Civitatem vel terram secundum forma
statutorum loquentium de modo mictendi am
baxiatores et de salariis ipsorum secundum formam
dicti mandati et precepti dominorum priorum
aliquo non obstante.

De salario electorum destinandorum ad eli
gendum potestatem et capitaneum rubrica

Item dent et soluant et dare et soluere
teneantur et debeant sine alia appodi
xa precepto vel mandato Cancellarii comunis
salaria debita electoribus destinandis ad eli
CXVII gendum potestatem Capitaneum maiorem
Sindicum et alios offitiales forenses comunis
perusii et eorum notariis et nuptiis secundum for
mam statutorum de hac materia loquentium.
Qui cancellarius secrete soluat dicta
salaria dictis electoribus notario et nup
tiis ut in dictis statutis latius continetur.

De salario offitialium armarii librorum
comunis perusii rubrica

Item dent et soluant et soluere tene
antur et debeant sine alia appodixa
vel mandato offitialibus armarii librorum
comunis perusii et duobus notariis elligendis et
CXVIII deputandis ibidem pro quolibet eorum
pro semestri tempore duodecim florenorum auri
visa eorum electione quod salarium dictis
offitialibus et notariis persoluendum soluatur
si dicti notarii seruiuerint et pro rata temporis
quo seruiuerint et non aliter de quo modo
et quod seruiuerint vel non et quanto tempore
seruiuerint vel non stetur et credatur dicto
et iuramento dictorum offitialium armarii
per dictos massarios ante solutionem
fiendam dictis offitialibus deferendo

et per ipsos offitiales armarii corporaliter fa
ciendo.

De salario custodum carcerum comunis perusii
rubrica

Item dent et soluant et dare et soluere tene
antur et debeant sine alia appodixa precep
to vel mandato Quinque custodibus carcerum CXVIIII
comunis perusii qui deputabuntur de duobus
mensibus in duos menses pro tempore
duorum mensium ad rationem duodecim
soldorum pro quolibet eorum et quolibet die et
bono homini et notario deputandis super
dictis carceribus pro dicto tempore duorum
mensium pro quolibet eorum quinque libras denariorum
solum visa eorum electione seu publicatione.
Item dent et soluant ipsis Custodibus pro
oleo et aqua dandis per eos captiuis ante
posito in quolibet bimestri tempore duos florenos
auri quos sine fraude in id conuertant pe
na Centum librarum denariorum pro quolibet ipsorum
Custodum.

De pecunia danda offitialibus deputa
tis super fonte platee comunis perusii et aque
ductu et actoramine ipsius rubrica

Item dent et soluant et soluere teneantur
et debeant duobus bonis hominibus et CXX
offitialibus deputatis et deputandis super
fonte platee comunis perusii ad aqueductum dicti
fontis et conseruatione ipsius et super habun
dantia aque habende in dicto capite fonte de
Gabella duodecim denariorum pro qualibet libra
que colligitur in camera comunis massariorum
comunis perusii vel alibi deputata in quantitatem quin
gentorum florenorum auri et non ultra tempore
cuiuslibet offitialis.

De salario offitialium deputatorum super
fonte platee comunis perusii rubrica

Item dent et soluant et dare et soluere te CXXI
neantur et debeant dictis bonis hominibus
et uni notario quem dicti offitiales debeant pro
dicto eorum offitio exercendo duodecim florenorum auri

pro tempore unius anni pro quolibet eorum.
duodecim flor. auri sine alio precepto vel man
dato solum visa ipsorum electione. Item dent
et solvant et dare et solvere teneantur et debeat
fratri Benedicto Petri qui nunc est et moratur
ad custodiam cisterne et loci cisterne de vena
dicti fontis in monte Paciano et subcessive
subcessoribus eius quolibet anno sine alio pre
cepto contemplatione dicte custodie nec non
amore dei viginti quinque libr. den. tempore
quo solvetur salarium offitialibus supradictis.

De salario campanariorum. Rubrica.

I 
Tem dent et solvant et solvere teneantur
et debeant ad mandatum dominorum prior.
cxxii Artium civitatis Perusii campanariis eligen
dis et declarandis per ipsos dominos priores
usque in quantitatem quadraginta flor. auri sine
alia appodixa vel mandato solum visa elec
tione ipsorum campanariorum. Dummodo
dicti campanarii primo caveant comuni
Perusii de restituendo ipsas campanas sona
tes seu habiles ad sonandum alias dicta
solutio eis minime peragatur aliquo non
obstante.

De salario munditoris platee. Rubrica.

I 
Tem dent et solvant et solvere teneantur
cxxiii. et debeant uni deputando per dominos
priores Artium civitatis Perusii quolibet
anno in kalendis mensis Januarii ad tenendum
et mundandum plateam comunis Perusii per
tempus unius anni duodecim flor. auri visa
solum cuius electione sine alia appodixa vel
mandato alicuius offitialis comunis Perusii
et ultra dictam quantitatem habere non debeat
quoquo modo qui teneatur et debeat dictam
plateam mundare quolibet die sabbati seu nocte
precedente diem dominicum quod si non

fecerit puniatur pro qualibet vice in quadraginta
soldis denariorum per maiorem sindicum comunis
Perusii.

De salario tubatorum nacchariorum et ceramelle comunis Perusii. Rubrica.

I 
Tem dent et solvant et solvere teneantur cxxiiii
et debeant omnibus et singulis tubatoribus
nacchario et ciaramelle comunis Perusii electis
et eligendis secundum formam statutorum comunis Perusii
pro eorum salario provisione et mercede duos
flor. auri cum dimidio auri pro quolibet eorum
et quolibet mense solvendo eisdem de mense
in mensem pro rata temporis et quantitatis sine alio
precepto vel mandato solum visa electione ipsorum
tubatorum pena ipsis massariis et cuilibet eorum
non solventium ut dictum est quinqua
ginta libr. denariorum pro qualibet vice. Dum
modo quilibet ipsorum ronzinum tenere debeat
et de ipso mostram facere coram ipsis massariis
saltim ter in mense prout in ordine tuba
torum et offitio loquente latius continetur.

De robbis tubatorum nacchariorum et ceramelle. Rubrica.

I 
Tem dicti massarii teneantur et debeant
solvere et expendere pro ipsis tubato cxxv
ribus nacchario et ceramelle ultra salarium
supradictum pro una robba seu pro uno pari
pannorum lane de tramegiato fienda et danda
ipsis pro quolibet eorum quolibet anno in festo
sancti Herculani quod est de mense martii octo
flor. auri sub dicta pena ipsis massariis si ex
stiterint negligentes.

De caputeis fiendis dictis tubatoribus. Rubrica.

I 
Tem dent pro uno caputeo fiendo et dando cxxvi
pro quolibet eorum in dicto festo quinque libr.
denariorum pro quolibet eorum aliquo non obstante.

De salario sindicatorum potestatis et capitanei. Rubrica.

CXXVII Item dent et soluant et soluere teneantur et debeant offitialibus elligendis et deputandis ad sindicandum et examinandum dominos potestatem et capitaneum et eorum notarios pro quolibet eorum tres flor. auri.

## De salario sindicatorum maioris sindici et aliorum offitialium rubrica.

CXXVIII Item dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant omnibus et singulis aliis offitialibus deputandis et elligendis ad sindicandum et examinandum dominum maiorem sindicum communis Perusii vel alium quemcumque offitialem forensem communis Perusii et eorum notarios pro quolibet eorum centum soldos denariorum visa solum ipsorum electione vel deputatione publicatione vel extractione.

## De tauro et aliis rebus emendis in festo omnium sanctorum rubrica.

CXXXII Item dicti massarii possint teneantur et debeant annuatim in festo omnium sanctorum expendere pro honore et gaudio ipsius festiuitatis et emere et emi facere unum taurum pulcrum et ferocem quem duci et ligari faciat in campo prelii communis Perusii secundum consuetudinem de pravio hactenus observatam et unam porchettam et unum canestrum panis et unum ancipitrem que res concedantur currentibus ad brauium secundum consuetudinem supradictam et etiam unum anulum argenteum qui poni debeat in uno filo in platea communis Perusii ut moris est usque in quantitatem sexdecim flor. auri et non ultra quam quod expendere possint sine alia appodixa precepto vel mandato alicuius offitialis communis Perusii.

## De parte condempnationis restituenda per massarios heredibus occisi rubrica.

CXXXIII Item dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant sine alia appodixa vel mandato heredibus illorum qui mortui et occisi fuerint tertiam partem condempnationum que ratione talium homicidiorum venerint in communi in camera dictorum massariorum et aliter vel alio ullo opere vel facto conuerti non possint aliquo iure vel causa. ¶ Et quod omnes et singule quantitates que per formam statutorum et ordinamentorum communis Perusii conceduntur pro retributione illorum qui representarent seu indicarent aliquem malefactorem seu representarent aliquam grassatiam vel aliam rem propter quam secundum formam statutorum et ordinamentorum communis Perusii aliqua pars seu quantitas concederetur et omnes et singulas quantitates que conceduntur offitialibus forensibus communis Perusii pro executione armorum vel alia executione secundum formam statutorum communis Perusii dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant auctoritate presentis statuti sine alia appodixa precepto vel mandato.

## De salario offitialium super massaritiis et arnensibus communis Perusii rubrica.

Item dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant offitialibus deputatis et deputandis per modum sacchetti super massaritiis et arnensibus communis Perusii pro acconcimine reparatione et conservatione massaritiarum et arnensium dicti communis pro tectura seu cohopertura domorum et palatiorum dicti communis et pro aliis rebus necessariis dicto communi illam quantitatem que necessaria fuerit per ipsis massaritiis domibus palatiis ac etiam campanis dicti communis et aliis rebus ad mandatum et secundum mandatum dominorum priorum artium ciuitatis Perusii. CXXXIIII ¶ Et quod dicti offitiales teneantur et debeant tempore cuiuslibet offitii massaritiatus iurare ad sancta dei euangelia quod quantitates quas accipient et ad eorum manus peruenerint expendent et conuertent in dictis causis et non aliter ullo modo. ¶ Et si in alia causa expenderent vel conuerterent soluant et soluere teneantur et debeant dicti offitiales super massaritiis pro qualibet vice quam in alio exercitio expenderent et quolibet eorum nomine pene centum libr. den. que pena eis et cuilibet eorum per maiorem sindicum communis Perusii tempore eorum sindicatus auferatur. ¶ Et habeat et habere debeant dicti offitiales super massaritiis et eorum notarios pro quolibet eorum pro eorum salario pro tempore unius anni sexaginta libr. denariorum pro quolibet eorum soluendorum eisdem per dictos massarios sine alia appodixa vel mandato solum visa eorum electione.

## De rubbiis fiendis in nuptiis partis Guelfe rubrica.

CXXVIII Item dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant duobus nuptiis capitaneorum partis Guelfe pro duabus rubbiis fiendis et concedendis pro dictis nuptiis villa quam capitanei partis Guelfe duxerint declarandas quolibet anno in festo de feraillam [illegible] de mense madii xx. flor. auri sine alio precepto vel mandato virtute presentis statuti. Et pro duobus capitaneis dandis dictis nuptiis in dicto festo quinque libr. den. pro quolibet.

## Quanta pecunia soluatur per massarios pro aliqua iustitia fienda rubrica.

CXXXV Item dicti massarii teneantur et debeant ad mandatum et requisitionem dominorum potestatis et capitanei vel alterius eorum qui eis(?) [illegible] tempore dominorum potestatis vel capitanei fieret aliqua iustitia dare et expendere in illis rebus que necesse erunt pro dicta iustitia fienda facienda et exequenda illam pecunie quantitatem que necessaria et opportuna fuerit [illegible] mandanda [illegible] iustitia facienda sine appodixa mandato aliquo [illegible] potestatis vel capitanei [illegible] appodixas dicti massarii [illegible] potestatis vel capitanei [illegible] fieri teneantur ut de ipsis tempore eorum sindicatus fidem facere possint quia fidem coram maiori sindico facere teneantur.

## De salario dando malefactoribus(?) rubrica.

CXXXI Item dent et soluant et soluere teneantur et debeant malefactoribus(?) qui interfuerint ad aliquam iustitiam faciendam [illegible] sine alia appodixa ut supra dictum est eorum quinquaginta sol. den.

De solutionibus fiendis per massarios solvantur xx xii d. pro qualibet libra. Rubrica.

cxxxv Item ut pro conservatione aqueductus et fontis platee comunis Perusii pecuniam habundantius habeat, statuerunt et ordinaverunt quod de omni pagamento et solutione seu appodixarum excomputatione quod et que fiet in camerariis ipsorum massariorum et per ipsos massarios vel eorum famulos vel alterum eorum ipsorum solvatur et solvi debeat primo per recipientem pagamentum vel solutionem seu per facientem appodixarum excomputationem massariis supradictis semper ipsis retineatur et retineri debeat nomine gabelle ad rationem duodecim denariorum per libram quantitatis quam receperit seu excomputaverit non obstante quod in appodixa vel mandato contineretur quod solutio fieri deberet sine alia solutione vel retemptione gabelle. ¶ Salvo quod non intelligatur in salario et expensis dominorum priorum artium nec in expensis cancellarii nec in expensis notarii ipsorum dominorum aliquo non obstante.

De salario protectorum comunis Perusii existentium in curia Romana. Rubrica.

Cum a tempore cuius contrarii memoria non existit extiterit consuetum quod comune Perusii pro expeditione ipsius domini in curia Romana coram domino nostro summo pontifice habeat protectores. cxxxvi Statuimus et ordinamus quod in curia Romana semper sint et esse debeant protectores comunis Perusii eligendi nominandi et declarandi et mutandi semel et pluries per dominos priores et camerarios artium civitatis Perusii in consilio dominorum priorum et camerariorum artium et quinquaginta sapientum populariorum videlicet decem pro qualibet porta inter quos semper sit et esse debeat reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Nicola Capoccius sancte Romane ecclesie dignissimus cardinalis. ¶ Et reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Raynaldus de Filiis Ursi tituli sancti Adriani dyaconus cardinalis. ¶ Qui dicti cardinales et protectores habeant et habere debeant pro eorum provisione a massariis comunis Perusii id quod deliberatum fuit per consilium dictorum dominorum priorum et camerariorum cum dictis sapientibus solvendum distribuendum et dandum sive mictendum eisdem secundum provisionem fiendam per dictum consilium visa deliberatione dicti consilii massarii dicti comunis quod deliberatum fuerit ut dictum est solvere teneantur ad mandatum dominorum priorum iuxta formam huiusmodi deliberationis fiende de quacumque pecunia comunis Perusii aliquo non obstante.

De subsidio fiendo fratribus sancti Dominici de mense Augusti et fratribus sancti Francisci. Rubrica.

Item dicti massarii dent et solvant et dare et solvere teneantur et debeant quolibet anno in festo indulgentie que est apud locum sancti Dominici de Perusio videlicet die prima mensis Augusti fratribus et conventui fratrum sancti Dominici pro subsidio expensarum occurrentium eisdem in dicta indulgentia quinquaginta libras denariorum solvendorum eisdem sine alio precepto vel mandato virtute presentis capituli statuti et ultra aliquid petere vel habere non possit. ¶ Fratribus vero sancti Francisci Perusii conventus vel eorum syndico dent et solvant et dare et solvere teneantur dicti massarii anno quolibet in festo indulgentie beati Francisci que est primo die augusti pro subsidio expensarum occurrentium eisdem fratribus dicti Perusini conventus ex receptione multorum fratrum ibidem concurrentium dicto tempore sine alio precepto vel mandato viginti quinque libras denariorum aliquo non obstante. cxxxvii

De salario coadiutoris cancellarii. Rubrica.

Item deinde quia sepe contingit quod cancellarius comunis Perusii multiplicatione scripturarum supervenientium impeditur adeo quod ipsas scripturas perfecte et debite in libris reducere et scribere ac licteras registrare nequit et alia necessaria effectui demandare. ¶ Statuimus et ordinamus quod dicti massarii teneantur et debeant dare et solvere ad mandatum dominorum priorum artium civitatis Perusii quando necessitas imminerit coadiutori dicti cancellarii deputato scripturis faciendis tempore multiplicationis dictarum scripturarum cxxxviii

palatium declarandum per ipsos dominos priores dummodo non excedat quantitatem duorum florenorum cum dimidio auri in mense aliquo non obstante.

De paliis in festo omnium sanctorum et beati Herculani. Rubrica

Cxxxix Item quod dicti massarii possint teneantur et debeant ornare et ornari facere bravium seu palium ad quod curritur in festo omnium sanctorum et palium ad quod curritur sequenti die post festum translationis gloriosissimi martiris sancti Herculani infra horam vesperarum scilicet palium quod presentatur per commune terre Bactiani et palium seu bravium ad quod annuatim curritur in festo omnium sanctorum de variis et aliis ornatis prout decet et convenit honori communis Perusii, et expendatur et expendi possit per ipsos massarios de quacumque pecunia communis Perusii ad eorum manus pervenienda pro dictis braviis et ornamentis pro quolibet dictorum braviorum triginta florenorum auri auctoritate presentis aliquo statuti aliquo non obstante.

De excomputatione appodiaturarum faciendi per massarios. Rubrica

Cxl Item statuimus et ordinamus quod dicti massarii possint teneantur et debeant admictere et recipere excomputationem appodiaturarum a solventibus aliquas condempnationes penas vel bampna in camera ipsorum massariorum in casibus permissis per formam statutorum communis Perusii noviter editorum dummodo tales excomputantes ipsas appodiaturas primo et ante omnia dent et solvant ipsis massariis gabellam ad rationem duodecim denariorum pro qualibet libra aliquo non obstante.

De salario quorundam offitialium eligendorum per commune Perusii. Rubrica

Cxli Item statuimus et ordinamus quod dicti massarii possint teneantur et debeant dare et solvere ad mandatum dominorum priorum Artium Civitatis Perusii omnibus et singulis offitialibus communis Perusii qui per formam alicuius capituli statutorum communis Perusii nuper editorum eligi vel vocari debent ad aliquod offitium vel aliquid faciendum vel operandum quibus aliqua florenorum quantitas vel pecunie solvi debet secundum formam statutorum ipsorum statutorum. Ubi et eo casu quo per formam presentis statuti solvi non debent sine precepto vel mandato non obstante quod de ipsis offitialibus et quantitate in presenti statuto non fiat expressa declaratio nec aliquo alio in contrarium loqueretur.

Quod eligant offitiales per priores et camerarios. Rubrica

Cxlii Item ut pecunia communis Perusii utiliter expendatur ne commune Perusii dispendiis inutilibus honoretur. Statuimus et ordinamus quod nullus possit eligi vocari vel assumi vel deputari ad aliquod offitium communis Perusii cum salario et ad salarium communis Perusii per dominos priores artium Civitatis Perusii vel alium offitialem communis Perusii nisi esset permissum per formam statutorum communis Perusii nuper editorum. Salvo quod in expedientibus casibus domini priores Artium Civitatis Perusii in consilio camerariorum Artium dicte Civitatis Perusii auctoritatem habentem possint teneantur et debeant eligere offitiales communis Perusii et eis salaria constituere prout negotii qualitas et temporis necessitas suadebit. Quibus offitialibus sic eligendis et eorum notariis dicti massarii possint teneantur et debeant solvere et solvant ad mandatum dominorum priorum et camerariorum artium Civitatis Perusii quantitates declarandas et specificandas in ipsis mandatis et per causis inserendis et ponendis in eisdem.

De solutionibus non faciendis per massarios nisi secundum formam [illegible]. Rubrica

cxliij Item statuimus et ordinamus quod dicti massarii ultra solutiones et pagamenta predicta deputata et ordinata in suprascriptis capitulis vel in aliquo capitulo statutorum comunis Perusii noviter editorum non possint nec debeant aliquo modo iure vel causa vel aliquo quesito vel paliato colore solvere vel solutionem vel pagamentum facere alicui persone sub pena ducentarum librarum denariorum pro qualibet vice qua contrafecerint. Et nichilominus intelligantur solutiones et pagamenta que fierent per ipsos massarios aliter preter vel contra formam dictorum capitulorum fuisse facta de propria pecunia ipsorum massariorum. Et ad exitum dictorum massariorum tempore eorum sindicatus solutiones et pagamenta secus facta nullatenus admictantur non obstante aliquo capitulo quod in contrarium loqueretur.

De rubbis domicellorum priorum artium. Rubrica

cxliiij Item statuimus et ordinamus quod dicti massarii possint teneantur et debeant dare et solvere et expendere ad mandatum dominorum priorum artium civitatis Perusii pro rubbis seu indumentis fiendis de virgata seu partita semel in anno sex domicellis conductis seu conducendis ad servitia ipsorum dominorum priorum in palatio habitationis ipsorum et dandis ipsis domicellis per ipsos massarios et pro fornimentis dictarum rubbarum omnem quantitatem pecunie que per ipsis fuerit necessaria secundum declarationem fiendam per ipsos massarios dominos priores in dicto mandato dummodo non excedatur costus decem florenorum auri pro qualibet dictarum rubbarum aliquo non obstante.

De residuo pecunie restituende per massarios eorum successoribus. Rubrica

cxlv Item quod dicti massarii teneantur et debeant ad penam ducentarum librarum denariorum pro quolibet eorum dare consignare et restituere massariis comunis Perusii eorum in offitio successoribus omnem residuum quantitatis florenorum et pecunie quod superfuerit et restabit ab executione ipsorum offitii et a solutione et pagamentis factis per ipsos massarios infra quindecim dies a die finiti eorum offitii in qua pena dicti massarii debeant per eorum sindicatores tempore eorum sindicatus si contrafecerint condempnentur.

De emendatione equorum offitialium comunis Perusii qui morirentur vel fierent inutiles. Rubrica

cxlvj Item quia plerumque contingit quod domini potestas et capitaneus et alii offitiales forenses comunis Perusii nec non ambaxiatores comunis Perusii qui pro factis dicti comunis quolibet modo destinantur equos roncinos et mulos quos ducent et quos ducere tenentur perdunt multipliciter et amictunt quia ipsi equi roncini et muli durante offitio offitialium predictorum moriuntur et inutiles efficiuntur et sit conveniens indempnitati offitialium huiusmodi providere ideo statuimus et ordinamus quod domini potestas et capitaneus et alii rectores forenses comunis Perusii ac etiam ambaxiatores dicti comunis quibus casus occurrerit de morte vel inutili effectione alicuius equi roncini vel muli dum fuerint in servitium comunis Perusii possit et eis liceat adire massarios comunis Perusii et coram eis manu notarii cassationis ipsorum massariorum narratione facere et petere emendam talium equorum roncinorum vel mulorum et sumariam probationem facere coram eis saltem per duos testes fidedignos vel per scripturam publicam manu publici notarii coram dictis massariis presentandam quam fidem et probationem massarii supradicti

teneantur et debeant recipere et admictere infra octo dies a die facte petitionis et ipsam probationem sic factam producere coram dominis prioribus artium Civitatis perusii qui domini priores possint et eis liceat mandare dictis massariis quod dent et solvant Rectori vel ambaxiatori cui fuerit equus Ronçinus vel mulus mortuus vel inutilis effectus emendam ipsius equi Ronçini vel muli secundum extimationem de ipso factam per conservatores monete communis perusii seu per dominos priores artium Civitatis perusii que extimatio fieri debeat videlicet de equis Rectorum forensium per conservatores communis perusii secundum electionis ipsorum. Et de equis Ronçinis et mulis ambaxiatorum communis perusii antequam accedant pro ambaxiata aliqua facienda per dominos priores artium Civitatis perusii manu publica notarii et scripta reducta. Et quod massarii communis perusii servata forma predicta teneantur et debeant ad mandatum dominorum priorum dare et solvere extimationes et quamlibet earum secundum formam dicti mandati. Et ultra contra vel preter formam supradictam massarii communis perusii vel alius offitialis dicti communis dictas emendas vel aliquam earum solvere non possint nec debeant ullo modo sub pena quingentarum librarum denariorum dictis massariis pro vice qualibet qua contrafecerint auferenda. Et quod secus solverint de eorum proprio solvisse intelligantur aliquo non obstante.

Cxlvii De salario campanarii pulsantis campanam pro scolaribus Rubrica

Item statuimus et ordinamus quod dicti massarii teneantur et debeant dare et solvere uni campanario deputando et eligendo per generalem Rectorem studii perusini ad pulsandum et qui pulset campanam scolarium horis debitis quibus doctores chatedras ascendunt ratione lecture pro suo salario solum vigore ipsius electione quolibet anno decem libras denariorum aliquo non obstante.

De extimatione rerum mobilium et immobilium fienda per massarios de quibus decimum remicti debet vel gabella solvi Rubrica Cxlviii

Item quod dicti massarii habeant arbitrium auctoritatem et facultatem ac etiam possint teneantur et debeant res extimare res mobiles et immobiles non extimatas de quibus solvi debet gabella seu decimum et ea que extimanda venirent pro gabella et decimo solvendis secundum formam statutorum et ordinamentorum communis perusii secundum quod eis videbitur convenire videlicet ea que in catastro communis perusii extimate non essent pro hiis vero que in catastro predicto extimate essent solvatur decimum et gabella secundum extimationem ipsorum in dicto catastro repertam etiam sine alia extimatione per dictos massarios facienda et pro dicta extimatione nichil recipiant quoquo modo pena centum librarum denariorum si contra predicta fecerint auferenda.

De salario solvendo camerariis artium Rubrica. Cxlviiii

Item quod dicti massarii dent et solvant et solvere teneantur et debeant ad mandatum et secundum mandatum dominorum priorum artium Civitatis perusii Camerariis Artium Civitatis perusii qui pro tempore fuerint vel illi persone et illas quantitates prout dicti domini priores duxerint declarandum solvendas eisdem Camerariis secundum formam statutorum communis perusii de hac materia loquentium aliquo non obstante.

De salario solvendo camerario pictoribus formantibus imaginem beati herculani Rubrica. Cl

Item dent et solvant et solvere teneantur et debeant Camerario Artis pictorum quolibet anno in festo translationis gloriosissimi martiris sancti herculani pro pictura fienda et renovanda per pictores Civitatis perusii de statua seu figura dicti gloriosissimi herculani in dicto festo sine alia appodixa vel mandato dicto solum presenti statuto decem libras denariorum sub pena dictis massariis si contrafecerint

viginti quinque librarum denariorum pro quolibet eorum auferendarum aliquo non obstante.

De salario officialium dandi communis recipientium pistres qui debent assignari per emptores aque ductus. Rubrica

Clj Item dent et solvant et solvere teneantur bonis hominibus et offitialibus deputatis ad recipiendum bladum pistres deferendum ad civitatem perusii per emptores fructuum que lacus et eorum notario pro quolibet eorum pro eorum salario unius anni decem florenos auri solum ipsa eorum electione. Hoc autem non intelligatur in extractis et extrahendis de presenti saculo qui habeant et habere debeant salarium proprie consuetum aliquo non obstante.

De oleo emendo pro lampadibus maiestatis nostre. Rubrica

Clij Statuimus et ordinamus quod dicti massarii dent et solvant et dare et solvere teneantur et debeant Tosto Johannelli custodi loci maiestatis volte prope plateam communis perusii et eius in offitio precessori successori quolibet mense pretium sive pecuniam pro uno medio vino olei boni et puri emendo per ipsum Tostum ardendo et comburendo pro lumine lampadarum ardentium ante figuram dicte maiestatis ad honorem et reverentiam gloriose virginis Marie et quod declaratione pretii et valoris dicti olei stetur declarationi massariorum dicti communis perusii aliquo non obstante. Et predictum oleum sive pretium ipsius detur dicto Tosto et eius successori pro dictis lampadibus si et in quantum dictus locus maiestatis habebit et de quo credatur Juramento dicti Tosti vel eius successori et non aliter.

Quod nullus pondus ponderator auri communis perusii possit aliquid accipere a circa ipsa ponderatione. Rubrica

Cliij Item quia non est conveniens quod ex ponderatione florenorum que fit fit per tenentes pondus communis perusii salarium tollatur vel recipiatur ab ipsis ponderatoribus offitialibus communis perusii Ordinamus quod ex nunc in antea nullus ponderator audeat vel presumat recipere aliquam quantitatem florenorum vel pecunie conservatoribus pecunie communis perusii vel a massariis vel eorum fancellis nec ab aliquibus aliis offitialibus communis perusii pro ponderando numerando vel sigillando vel pro reviudendo aliquos florenos communis perusii vel tempore alicuius offitialis solutionis fiende cuicumque cui deberet fieri solutio alicuius quantitatis pro communi perusii. Et quicumque contrafecerit puniatur et puniri debeat per potestatem et capitaneum vel maiorem syndicum ad petitionem cuiuscumque offitialis communis perusii et etiam cuiuscumque alterius pena quinquaginta librarum denariorum Que pena exigi debeat a dicto contrafaciente de facto fita fide per sacramentum ab offitiali vel alterius cum uno teste dumtaxat.

Quod omnia pacta reformationes et Instrumenta ad utilitatem communis facta observentur. Rubrica

Statuimus et ordinamus quod si aliqua persona corpus collegium et universitas deberet aliquid solvere communi perusii in camera dictorum massariorum vel conservatorum monete vel alteri camere dicti communis vel aliam offitialis communis perusii vigore alicuius offitialibus statuti reformationis vel provisionis vel pactorum vel Instrumentorum vigentium in communi perusii ante publicatione presentium statutorum vel alicuius consuetudinis vel alio modo de quibus statutis provisionibus pactis et Instrumentis non fieret expresse mentio in presenti volumine statutorum quod dicte provisiones reformationes et statuta Instrumenta pacta et conventiones sint et esse Intelligantur salva et reservata et remaneant in sui roboris firmitate ac si in presenti volumine statutorum essent per ordinem registrata aliquo non obstante. Cliiij

De electione et offitio offitialis super cartis vernice incostro et cera dandis. Rubrica

Quia experientia fore docuit obuian
dum illicitis et indebitis sumptibus
et expensis que subquesito colore expen
sarum que fieri licite permictuntur tam
in camera conseruatorum monete quam mas
sariorum et quorumcumque aliorum offitia
lium cois perus. pro cartis vernice incau
stro et cera pro luminariis faciendis in
graue dampnum et preiuditium dispen
dium comunis perus. continue perueniunt
Ideircho salubri deliberatione sanctimus
quod elligatur et elligi et deputari debeat
unus bonus sufficiens et legalis perusinus
super dando et tradendo dictis offitialibus
et omnibus et singulis offitialibus cois
perus. quibus consueuit dari de incaustro
cartis et vernice et super dandis et eroga
dis facculis et candelis pro luminariis
infrascriptis faciendis in festiuitatibus in
frascriptis contentis in infrascriptis
capitulis de dictis luminariis loquentibus
cuius offitium duret per unum annum
incipiendum die kallendis Januarii cuiuslibet
anni. Et de ipso offitiali de anno in annum
fiat electio per dominos priores et ca
merarios Artium Ciuitatis perus. nouos
qui extracti fuerit de mense decembris
cuiuslibet anni ad quam electionem pro
cedant et eam fecisse teneantur antequam
offitium ipsorum prioratus et camerariatus
inchoetur. Ita tamen quod siquis fuerit electus
est per dominos priores et camerarios
ille sit offitialis ad predicta pro anno pro
futuro incipiendo in kallendis Januarii proxime
futuro non obstante quod electus non fuit
dicta forma seruata. Et interim videlicet durante
tempore presentium massariorum et con
seruatorum monete potuerint et possit
ipsi massarii et conseruatores expensas
pro predictis facere et fecisse quemad
modum poterant et consueti erant ante
huiusmodi statutorum publicationem.

non obstantibus contentis in hoc capitulo
uel electione iam facta de aliquo offitiali
ad predicta seu aliquo alio generali uel
speciali. possit etiam et debeant et potu
erunt dicti massarii omnia fecisse et face
tocium offitio durante que per formam
presentis statuti disponuntur fieri debere
per offitialem predictum de cuius offitio
presens capitulum loquitur. Qui offi
tiales semper ante initium sui offitii
iuret et iurare debeat delato sibi iura
mento per cancellarium cois perusii
suum offitium et omnia ad eius offitium
pertinentia bene sollicite et legaliter
exercere. Qui offitialis uinculo iuramenti
et ad penam centum librarum si negligens fuerit
ad dictum offitium exercendum teneatur et
debeat diligenter inquirere uidere et exami
nare quantitatem cartarum debitam et necessariam
in cancellaria comunis perus. notariis dominorum
priorum Artium et offitialibus camere
Conseruatorum et massariorum cois perus.
et vernicis incaustri et cere rubee pro
licteris sigillandis et simili modo cartam
necessariam offitialibus super campione
Carnium et bladi nec notariis et offitialibus
deputandis super colligendis et exigen
dis collectis et gabellis datiis et aliis
honeribus cois perus. et quantitatem predictarum
rerum et cuiuslibet earum uel alicuius uel
aliquarum ex eis dictis notariis et offitialibus
dare et tradere teneantur in opportuna et
necessaria quantitate prout crediderit conue
nire. res predictas dictus offitialis emere
teneatur in grossum uel ad minutum pro
ut uilius uiderit pro comuni. Qui
offitialis sibi elligat et eligere possit et
debeat unum notarium quem uoluerit
qui scribat et in scriptis redigat introy
tus et exitus dicti offitialis et habeat
et habere debeant dicti bonus homo et

notarius pro uno anno pro eorum salario
quinque florenorum auri pro quolibet eorum quos
possint sibi soluere et retinere uirtute
presentis statuti de pecunia ad manus
dicti offitialis peruenienda ratione sui
offitij.

De facculis et candelis dandis religio
sis et alijs personis per dictum offitialem. Rubrica

Clvj I tem quod teneatur et debeat dictus offi
tialis dare et tradere offitialibus co
munis perusij facculas nec non religiosis
personis candelas necessarias pro processio
nibus et luminarijs faciendis secundum formam
statutorum loquentium de luminarijs
supradictis et omnes et singulas expensas
facere que necessario fiendo occurrerint
pro predictis de quacumque pecunia communis
perusij ad eius manus ratione sui
offitij peruenienda.

De pecunia danda per massarios offitiali
super cartis bambacis cera et alijs. Rubrica

Clvij E t massarij communis perusij tene
antur et debeant de quacumque pecunia
dicti communis ad eorum manus per
uenienda sine alio precepto uel mandato
uirtute presentis statuti solum uisa
electione dicti offitialis ipsi offitiali
dare et soluere omnem quantitatem pecunie
necessariam et expedientem pro predictis
et executione predictorum ad requisitionem
dicti offitialis pena centum librarum
denariorum pro quolibet eorum et qualibet
uice qua contra fecerint aufferenda.
Et de necessitate et expeditione pecunie
et quantitatis expedientis stetur et credatur
dicto dicti offitialis prestito per eum
iuramento. Et quod de facculis et candelis
dandis et erogandis per ipsum offitialem
tempore processionum et luminariorum tam
offitialibus quam religiosis qui ad ipsam lu
minariam processionaliter accesserint ste
tur et credatur scripture notarij dicti offiti
alis et assertioni dicti offitialis asserentis
dictas facculas et candelas fore datas et
erogatas offitialibus et clericis supradictis
de alijs uero rebus supradictis quas dictus of
fitialis dederit offitialibus communis perusij ab
eisdem restitutiones sibi recipere teneatur.
Et quod nullus alius offitialis communis perusij
in et pro dictis rebus emendis uel dandis
uel pro expensis pro ipsis fiendis se ualeat
aliquatenus intromittere et si aliquas expensas
faceret pro predictis eis nullatenus ad
mictantur.

De facculis dominis prioribus artium dan
dis in festo sancti Costantij. Rubrica

E t ut sciatur quot quibus et quando Clviij
faccule debeant erogari et ne ultra de
bitum numerum superfluum facularum eroga
tio fiat statuerunt et ordinauerunt quod supra
nominatus predictus offitialis teneatur et de
beat in uigilia beati Costantij mane
dare et erogare dominis prioribus artium
cancellario communis perusij et notario dictorum
dominorum priorum duodecim facculas scilicet
una pro quolibet eorum ponderis quatuor
librarum pro qualibet dictarum facularum.

De facculis dandis capitaneis dandis
partis guelfe. Rubrica

I tem capitaneis partis guelfe et Clviiij
eorum notario conseruatoribus monete
communis perusij et massarijs communis perusij unam
facculam pro quolibet eorum ponderis
trium librarum. Item duos cereos seu du
plerios magnos ponderis uiginti librarum
cere portandos deferendos et relinquen
dos ad dictam ecclesiam sancti Costantij.
Item abbati monasterij sancti petri et
monacis et clericis dicte ecclesie in

dicto festo septem libr. cere videlicet pro domino
Abbate unam faculam ponderis unius libr.
et sex libr. in candelis. ¶ Item clericis et
religiosis ad dictum festum qui processio
naliter accesserint candelas consuetas
in quantitate opportuna. ¶ Item in singulis
processionibus quando capitanei partis
guelfe vadunt et ire debent dictus offitial.
nuntiis partis guelfe det et dare debeat
unam faculam pro quolibet ponderis duarum
librarum proqualibet.

De faculis dandis dominis prioribus artium
et capitaneis partis guelfe in festo
sancti herculani. Rubrica

Clx. Item teneantur et debeant in vigilia
translationis gloriosissimi martiris sancti
herculani quod festum celebratur die prima
martii dare et erogari dominis prioribus
cancellario et notario dominorum priorum
capitaneis partis guelfe et eorum notario
conservatoribus monete et massariis communis
perusii facula in numero et pondere supradicto.

De candelis dandis clericis in dicto festo. Rubrica

Clxi Item det et dare debeat in dicto festo
clericis et religiosis ad ecclesiam sancti
herculani more solito processionaliter ac
cedentibus candelas in sufficienti et oppor
tuno numero.

De candelis dandis capelle sancti herculani
Rubrica

Clxii Item det et tradat in dicto festo capelle
sancti herculani ecclesie sancti laurentii quin
quinta faculas cereas ponderis quatuor
libr. pro qualibet ardendas et comburendas
in dicta capella ad laudem dei et hono
rem martiris antedicti.

De faculis dandis in festo predicto fratribus
sancti dominici Rubrica

Clxiii Item in festo predicto fratribus sancti
dominici sex faculas ponderis quatuor

librarum proqualibet earum ardendas et co
burendas ad divina offitia.

De candelis dandis domino nicole cec
choli Rubrica

Item det et dare debeat domino nicole ceccoli
capellano capelle sancti honofrii site Clxiiii
sub volta campi batalie et successoribus
eius in dicto festo omni anno quinque libras
candelarum.

De faculis et candelis dandis dominis
prioribus artium et clericis a festo ascensionis
domini in festo ascensionis domini nostri yhesu xpisti Rubrica

In festo ascensionis domini nostri yhesu xpisti Clxv
dictus offitialis teneatur et debeat
dare dominis prioribus artium civitatis
perusii decem faculas ponderis quatuor
libr. pro qualibet dandas offerendas et
relinquendas ecclesie maiestatis de volta
et duo tortitia seu dupleria in astis po
deris sexdecim libr. cere relinquendas ibidem.
¶ Item det clericis et religiosis ad dictam
ecclesiam in dicto festo processionaliter
accedentibus candelas in sufficienti et opportuno
numero. ¶ Item fratribus sancti dominici
in dicto festo quatuor faculas ponderis quatu
or librarum proqualibet earum

De faculis dandis dominis prioribus artium
et quibusdam aliis in festo indulgentie que
est apud ecclesiam sancti dominici Rubrica

In festo indulgentie que est apud ecclesiam Clxvi
sancti dominici de mense augusti dictus
offitialis det dictis dominis prioribus cancellario
notario dominorum priorum capitaneis partis
guelfe et eorum notario conservatoribus
monete et massariis communis perusii facul
as in numero et pondere ut superius in festo
sancti beati herculani

De faculis dandis in dicto festo clericis Rubrica

Item candelas pro clericis et religiosis Clxvii
in numero opportuno ¶ Item fratribus
sancti dominici sex faculas ponderis qua
tuor librarum pro qualibet ad accendenda ad
divina offitia.

De faculis dandis dominis prioribus artium
in festo assumptionis gloriose virginis marie
et de candelis religiosis Rubrica

clxviii In festo assumptionis gloriose virginis ma
rie quod celebratur apud ecclesiam sancte
marie de monte lucido dictus offitialis teneatur
et debeat dare dominis prioribus artium cancell
ario et notario ipsorum dominorum priorum et
capitaneis partis guelfe et eorum notario
conservatoribus monete et massariis comunis
perusii faculas in numero et pondere supradictis
Item candelas pro religiosis et clericis in nume
ro sufficienti Item dicte ecclesie seu monisterio
sancte marie de monte lucido duodecim faculas
ponderis quatuor librarum pro qualibet earum.
offerendas et relinquendas more supradicto.

De faculis dandis dominis prioribus artium in octaua
festi assumptionis gloriose virginis marie et de can
delis dandis religiosis

clxviiii Item in octaua assumptionis dicte beate
virginis dictus offitialis det et erroget
dominis prioribus artium civitatis perusii duode
cim faculas ponderis quatuor librarum pro qua
libet fachula quas deferre teneantur ad pro
cessionem fiendam ad locum maiestatis devol
ta ad ecclesiam sancte marie servorum sub
pena ducentarum librarum pro quolibet eorum, ad
perpetuam memoriam felicis victorie a deo per
cibus beate virginis concesse populo perusino
contra rebelles comunis perusii in castro turonis recl
ausis et obsessis per populum perusinum de
quibus faculis dentur maiestati de volta
quatuor relique octo deferantur et relinq
uantur penes fratres sancte marie servorum
in divinis offitiis comburende Item
det et dare debeat clericis et religiosis ad dictam
processionem accedentibus candelas in suf
ficienti numero ad quam processionem
ire possint et debeant religiosi prout co
nsueverunt ire ad alias processiones Et quod
camerarii quarumlibet artium civitatis
perusii ad penam ducentarum librarum
denariorum pro quolibet teneantur et debeant ad
dictam processionem seu luminare singulis
annis accedere et deferre unam faculam

ponderis duarum librarum pro quolibet dic
torum camerariorum expensis sue artis
et ipsam dare et relinquere penes dictam
ecclesiam fratrum sancte marie servorum
ad dictam penam de facto per maiorem sin
dicum auferendam

De faculis dandis prioribus in festo sancti lodouici
Rubrica

In festo beati lodouici dictus offitialis clxx
teneatur et debeat dare et det dominis pri
oribus artium supradictis decem faculas
ponderis quatuor librarum pro qualibet.
offerendas et relinquendas ecclesie sancti
francisci de perusio ad quam ecclesiam in
dicto festo, dicti domini priores ad honorem beati
lodouici personaliter accedere teneantur
Item dictus offitialis det et solvat et solvere
teneatur et debeat in festo predicto fratribus
minoribus sancti francisci loci perusii pro
una piatanca seu recreatione singulis a
nnis dictis fratribus facienda ~~viginti quinque~~
~~libras denariorum~~ De faculis dandis prioribus
in festo decollationis seu passionis sancti herculani Rubrica

In festo decollationis gloriosissimi
martiris sancti herculani teneatur et clxxi
debeat dare dictis dominis prioribus decem
faculas ponderis trium librarum pro quali
bet offerendas et relinquendas capelle
superiori ecclesie sancti herculani posite
in porta sancti petri ad quam ecclesiam
dicti domini priores personaliter accedere te
neantur De faculis dandis infrascriptis
capellanis Rubrica

Item teneatur et debeat dare infras clxxii
criptis capellanis in singulis proce
ssionibus que fiunt in festivitatibus sancti
herculani sancti costantii assumptionis
sancte marie Et ad ecclesiam sancti
dominici tempore indulgentie et in processione
que fit ad locum maiestatis de volta in fe
sto ascensionis domini nostri yhesu christi cande
las et faculas infrascriptas scilicet Inprimis
capellano capelle superioris ecclesie sancti

herculani porte sancti petri unam faculam x
ponderis trium librarum et duas libras cande
larum. Item capellano capelle inferio
ris dicte ecclesie unam faculam eiusdem
ponderis et duas libras candelarum. Et
capellano capelle sancti herculani site in
ecclesia sancti laurentii unam faculam pon
deris trium librarum et duas libras cande
larum. Item teneatur et debeat da
re rectori ecclesie gloriosissimi confessoris
sancti martini de viridario annuatim in
dicto festo ipsius sancti ~~viginti~~ libras
cere in duobus tortitiis fiendis cum
astis et decem libras cere in quatuor
faculis dandis et relinquendis ipsi
ecclesie pro lumine ad divina offitia
faciendo.

**De facularis dandis prioribus in festo sancti augustini. Rubrica**

Clxxij Item teneatur et debeat dare dictis
dominis prioribus in festo excel
lentissimi et gloriosissimi doctoris sancti
augustini quod est de mense augusti x
singulis annis pro lumine pro divino
offitio celebrando duodecim faculas x
ponderis quatuor librarum pro qualibet
earum dandis deferendis et relinque
dis apud ecclesiam sancti augustini de
porta sancti angeli ad quod festum x
accedere debeant ipsi domini priores et cum
eis potestas et capitaneus et alii of
fitiales communis perusii.

**De facularis dandis maiestati de volta. Rubrica**

Clxxiij Item teneatur et debeat dare et det
loco maiestatis de volta pro illumi
nando dictum locum in qualibet processi
onum seu luminariis que fiunt ad
ecclesiam sancti constantii sancti hercula
ni sancti dominici sancte marie de
monte luco duas faculas cere po

deris quatuor librarum pro qualibet x
facula.

**De candelis dandis disciplinatis sancte marie servorum. Rubrica**

Item teneatur et debeat dare et det Clxxiiij
confratribus et disciplinatis fra
ternitatis sancte marie servorum defe
rentibus et deferre debentibus tabula
salvatoris et gloriose virginis in vi
gilia festi assumptionis beate virginis
et in octava dicti festi singulis annis
quindecim libras candelarum.

**De quantitate debenda sotietati [illegible] Rubrica**

Item det et solvat sotiis de sotietate Clxxv
sancti vel aliis de alia compagnia qui
et quando portaverint signum beati
herculani in festo translationis sancti hercu
lani ~~decem libras denariorum~~ singulis annis.

**De electione et offitio offitialium armarii librorum communis perusii. Rubrica**

Quoniam expedit pro honore communis Clxxvj
perusii et pro ~~honore~~ utilitate et comodo spe
cialium personarum quod ad custodiam armarii
librorum communis perusii sint et esse
debeant boni homines et legales viri ad hoc
ut in ipsis libris et scripturis nulla fraus
possit commicti asportari corumpi vel viti
ari. Statuimus et ordinamus quod de
cetero ad custodiam dictorum librorum
et scripturarum ponantur et eligantur
et eligi debeant duo boni homines et lega
les viri de civitate perusii de populo x
x pusino ad sacchettum et per formam
sacchetti et de sacchulo extrahantur et per
publicentur et extrahi et publicari de
beant in consilio populi de sex mensibus
in sex menses qui boni homines teneantur
et debeant restituere libros et claves de
armarii et ea que ad eos pervenerint ratione
dicti offitii successoribus eorum infra octo

dies proximos post finitum eorum offitii
eum inventario quod fecerint ut infra dicet.
¶ Qui boni homines et offitiales predicti elec
ti aut eligendi ut dictum est in continenti
ante omnia debeant duos notarios eligere qui
notarii sint experti et consueti esse in dicto
armario qui debeant facere et scribere inve
tarium de omnibus libris et scripturis li
gatis et condempnationum et absolutionum fac
tarum et latarum per quoscumque offitiales
comunis perusii a sexaginta annis citra qui
que reperientur in dicto armario quod in
ventarium debeant perfecisse infra tempus
dictorum offitialium in cartis membranis
et auctenticare quod inventarium semper
debeat ibi remanere et teneantur sic factum
subcessoribus reassignare et poni facere
in dicto inventario semper libros quos ipi
recepint tempore eorum offitii de condemp
nationibus et absolutionibus et sic facere
teneantur subcessores de subcessoribus in
subcessores sic procedat. ¶ Ad quod inve
tarium faciendum et perficiendum teneantur
primi offitiales qui eligentur post publi
cationem presentium statutorum. ¶ Et habeant
et habere debeant dicti notarii electi ad dictum
inventarium faciendum a massariis comunis perusii pro
eorum salario viginti quinque flor. auri pro quolibet
eorum in continenti post reassignationem dicti
inventarii quod salarium eis et cuilibet eorum
massarii comunis perusii solvere teneantur sine
alio precepto vel mandato auctoritate pre
sentis legis. ¶ Et in dicto inventario ali
qualis fiat mentio de tenore cuiuslibet
libri et de tempore et nominibus potestatis
et capitanei et aliorum offitialium. // Qui
boni homines et offitiales et notarii de
putandi ad dictum inventarium faciendum
teneantur et debeant dictum inventarium
perfecisse infra tempus dictorum sex mensium
eorum offitii pena dictis offitialibus et notariis
si negligentes fuerint in predictis et dictum
inventarium non perfecerint infra dictum
tempus pro quolibet eorum ducentarum librarum
den. ¶ Qui boni homines et offitiales
de ipsis libris faciant copiam omnibus
petentibus et volentibus. ¶ Et non sinant
quod dictum armarium intrent alique gentes
simul sed semper videant et sint presentes
quando fecerint copiam aliquorum librorum. dum
modo non permictant aliquo modo quod aliqui
aliqui libri extrahantur de dicto armario
ad petitionem petentis potestatis vel capitanei
vel alicuius alterius persone pena quingentarum
librarum pro quolibet eorum et qualibet vice qua
contrafecerint ipi vel alter eorum. ¶ Et de hoc
expresse debeat sindicari salvo de scrip
turis que permictuntur extrahi per formam
alicuius capituli contenti in presenti volu
mine. ¶ Et salvo quod liber ordinamen
torum possint trahi cum licentia dominorum
priorum artium. ¶ Qui boni homines salvo
insuper tempore renovationis sacchulorum
quo possint extrahi libri insacculatoribus
opportuni. ¶ Qui boni homines habeant pro
eorum salario et labore pro quolibet eorum de sex
mensibus in sex menses duodecim flor. auri
a massariis comunis perusii auctoritate presentis
statuti sine alia apodixa precepto vel
mandato. ¶ Et volumus quod cum ipsis bonis
hominibus sint duo notarii eligendi per
viam et modum sacchetti per offitiales qui
erunt ad componendum alios sacchulos
offitialium dicti comunis. ¶ Et sint princi
pales notarii dicti armarii et sint ad salarium
et cum salario duodecim flor. auri pro quolibet
eorum de sex mensibus in sex menses quod sa
larium a massariis comunis perusii ipsis dare et sol
vere teneantur pro rata temporis quo servive
rint et de hoc stetur et credatur iuramento
dictorum offitialium armarii. ¶ Et secundum
declarationem dictorum offitialium dicti
massarii solvere possint et teneantur et
aliter non. ¶ Et quod dicti notarii durante
dicto offitio non habeant aliquod aliud
offitium comunis perusii vel ab ipso comuni vel offi
tialibus ipsius comunis nisi habuerit per
viam sacchetti sub pena centum librarum
denariorum que de facto debeat auferri sine
probatione quod aliud offitium recipiat
vel acceptent per maiorem sindicum comunis

perusii auferenda. ¶ Et quod nullum salarium lucrum vel aliquid aliud causa offitii ab aliqua persona accipere possint sub pena centum librarum denariorum pro qualibet vice. ¶ Et quod syndicus maior comunis perusii teneatur et debeat inquirere et inquisitionem facere de predictis et syndicare debeat dictos offitiales et notarios secundum formam ordinamentorum loquentium de offitio dicti syndici sive receperint salarium pro dicto alio seu de offitio comunis perusii sive non. ¶ Et quod dicti notarii et offitiales cogantur ad acceptationem dicti offitii per potestatem et capitaneum infra tres dies a tempore publicationis sive electionis facte de dictis offitialibus. ¶ Et quod notarii qui fuerint ab uno anno citra non possint poni vel eligi in dicto offitio ipsi vel aliquis de domo eorum simul habitans cum eo deinde ad tres annos. ¶ Et quod dicti offitiales et notarii continue mane et sero stare debeant in dicto armario et sui copiam exibere omnibus volentibus aliquid inde habere et copias a scripturas eorum facere gratis et sub ~~pena~~ dicta pena. ¶ Et quod in dicto armario esse debeant quinque notarii singulis sex mensibus ad copiandum et exemplandum scripturas in dicto armario existentes et copia exemplandum petentibus. ¶ Qui quinque notarii eligantur ad brevia sicut eliguntur notarii qui scribunt acta et gesta in causis civilibus et pro qualibet porta civitatis perusii sit unus de dictis quinque. ¶ Et illi qui fuerint in sex mensibus non possint sequentibus sex mensibus esse ad dictum offitium copiandi et exemplandi in dicto armario. Possint tamen semper duo vel saltem unus ex notariis consuetis in dicto armario in eodem offitio remanere et eligi per ipsos offitiales ultra dictos quinque aliquo non obstante. Et recipere debeant pro eorum mercede et salario pro scriptura cuiuslibet carte duos soldos et sex denarios ad plus et quod carta qualibet ad minus sit ~~versuum~~ quadraginta virgulorum. ¶ Et si plus acceperint solvant nomine pene pro qualibet vice qua contrafecerint et quolibet eorum viginti quinque libre denariorum et scripture exemplande et extrahende de dicto armario que fierent per dictos copiatores adhibeatur plena fides quemadmodum daretur originali scripture dummodo subscribi debeat et publicari manu unius ex notariis principalibus dicti armarii qui pro dicta subscriptura aliquid petere vel accipere non presumatur sub dicta pena quas subscriptiones facere teneantur et debeant dicti principales notarii ad petitionem cuiuscumque petentis sub dicta pena.

## De elevatione et positione libre Rubrica

Item quod si aliquis civis vel comitatensis perusinus vendiderit omnia sua bona vel rem aliquam immobilem qua vendita nichil immobile sibi remansit si voluerit et petierit et petierit coram offitialibus armarii se et eius catastrum et libram et omnia sua bona tolli cassari et elevari de dicto catastro possint dicti offitiales talia bona vendita vel in alium quocumque translata emptoribus ipsarum rerum vel alio titulo ipsas res acquirentibus ponere et accatastrare in eorum catastro et libra et ipsis positis et accatastratis de libra et catastro talium vendentium vel aliter transferentium elevare et cassare ita tamen quod dicti offitiales talem venditionem facienti vel aliter transferenti omnia sua bona ex offitio catastrum et libram facere teneantur. ~~Vz~~ si fuerit civis ~~ad quindecim libras ad grossam~~ et si fuerit comitatensis quinque libre ad grossam. Ita quod nullus sine catastro debeat remanere. Salvo quod ea que dicta sunt de libris ex offitio fiendis non vendicent sibi locum in specialibus motivis et absentatis ad quorum cassationem et elevationem procedi possit et debeat prout in presenti volumine est provisum. Clxxviij

## Quod nulla mutatio libre fiat sine licentia offitialium Rubrica

Item quod nulla mutatio diminutio vel augmentatio cancellatio vel descriptio de novo vel aliquid aliud possit fieri de aliqua libra catastro seu extima alicuius nisi de presentia consensu et voluntate offitialium dicti catastri qui pro tempore fuerint vel alicuius seu aliquorum ex dictis offitialibus Clxxviiij

dicti catastri et nisi primo ipsi vel alter ipsorum decla
rarent et decernerent talem diminutionem augu
mentum cancellationem seu ascriptionem debere
fieri secundum formam statutorum et ordinamentorum
loquentium de dicto catastro.

De territorio terreno quod tollitur per allu
vionem aquarum elevando et ponendo Rubrica

Clxxv Item quod si per inundationem vel alluvionem
vel aquarum impetum terrenum vel domus
vel aliqua alia res allibrata seu accatastrata
alicui seu aliquibus tolleretur in totum vel in
partem occuparetur quod facta fide legitima de pre
dictis per quatuor vel quinque testes fidedignos de libra
et catastro et eius cuius fuit talis ablata aut
occupata ex causa predicta elevetur et remove
atur in totum vel in partem prout talem rem
ablatam vel occupatam constiterit. Et si ali
cui aliquod terrenum accreverit per alluvionem
vel fluminis reductam ponatur tale terrenum
et addatur ei cui accreverit seu pervenerit in
comitatu pisano et in comitatum accreverit. Et il
le cui accreverit vel obvenerit vel sic acquisiverit
terrenum predictum teneatur assignare infra
sex dies mensis a tempore quo sic ut dictum est
acquisiverit modo predicto qua assignatione
facta predicti offitiales teneantur dictum ter
renum facere mensurari et extimari expensis
assignantis secundum quam extimationem pro in
catastro ponatur et accatastretur pena non
assignanti et offitialibus in predictis negligen
tibus centum librarum denariorum pro vice
qualibet qua fuerit contrafactum.

De molendinis et gualcheriis ponendis
et accatastrandis Rubrica

Clxxvj Item si per tempus futurum aliquis de novo
hedificaret aliquod molendinum seu gual
cheriam in aliquo flumine rivo vel fossato
quod postquam incepit macinare molendinum et
gualcheriam gualcare talis cuius esset tene
atur et debeat id notificare offitialibus super
armario infra mensem et ipsi offitiales tene
antur et debeant sibi domino talis molendi
ni et gualcherie ipsum molendinum sive gual
cheriam allibrare et accatastrare prout vide
rint convenire facto per eos primo fructu sive
eo quod fructare posset ipsum molendinum
et gualcheria. Et si contingeret aliquod

molendinum vel tale talem gualcheriam deficere vel
adeo devenire quod fructus et redditus ex eis non per
ciperetur quod eo casu debeat extimatio talis molen
dini vel gualcherie tolli et cassari de catastro et
libra eius cuius fuerit facta coram dictis offiti
alibus armarii fide legitima de predictis.

De domibus que non pensionantur elevandis
et que pensionantur ponendis Rubrica

Item quod domus seu camere allibrate vel allibra Clxxvij
te ratione pensionis pro tempore quo non
pensionarentur eleventur et minuantur de li
bra illius cui allibrate forent facta fide de pre
dictis per quatuor vel per tres testes de vicinia
qui deponant de publica voce et fama et per
proprium iuramentum et secundum deliberationem
fiendam per dictos offitiales catastri. // Et quod
quilibet qui voluerit in futurum pensionare
vel pensionaverit aliquam domum vel cameram
vel locum non assignatum nec scriptum vel que
propter pensionem vel artem exercendam in ea
relicta fuisset teneatur et debeat infra mensem
postquam ipsam domum locum vel cameram vel
locum pensionaverit assignare offitialibus ar
marii dicti catastri quam dicti offitiales catastri
scribere seu scribi facere teneantur et ipsam et
ipsum extimare secundum modum et formam statutorum
loquentium de extimatione fienda domorum et
camerarum et locorum que pensionantur.
Et si eam vel eum non assignaverint ut
dictum est puniatur in viginti quinque libris
denariorum. Et nichilominus dictam rem assi
gnare teneatur et sibi ascribatur.

De pensione domus assignanda et ponenda
Rubrica

Item quod si aliquis domum amplioris pen Clxxviij
sione locaverit alienam vero minoris pensione
conduxerit tanto minus debeat assignare quanto
quantum ~~minus~~ est illud quod pensionis
nomine pro aliena domo solvere est obligatus.
Et ille qui ~~propter~~ domo sua predictam pen
sionem recepit in suo catastro addere et
assignare cogantur infra terminum et sub
penis supius assignatis.

Quod omnes acquirentes aliquam rem immo
bilem debeat ipsam assignare et sibi
poni facere in suo catastro Rubrica

Clxxxiiii Item quod si aliquis civis vel comitatensis pu
sinus vel aliquis alius allibratus in castro
Civitatis vel comitatus pisarum emerit vel alio
titulo acquisiverit aliquam rem inmobilem po
sitam in civitate vel comitatu pisarum ab alio
allibrato vel non allibrato teneatur et debeat as
signare offitialibus qui pro tempore essent
super armario librorum comunis pisarum infra duos
menses a die quo ad eum dicta res pervenerit
et ipsam rem dicti offitiales catastri ponere
et scribere et allibrare debeant in catastro ipsam
rem ementis vel acquirentis et de catastro et
libra illius cui prius erat ascripta si scrip
ta appareret elevare tollere et de summa libre
diminuere infra dictum tempus a die de
assignationis teneantur quod si non assignaverit
decima pars extimationis ipsius ipso facto
sine alia sententia vel sollepnitate decidat
et devenire debeat in comune pisarum. Et
nichilominus assignare teneatur et sibi alli
bretur et ponatur. Et quod si plerumque con
tingit quod subiecti et accatastati in libra et ca
tastro comunis pisarum res non subiectorum
et non accatastatorum acquirunt que res non
apparent extimate et mensurate in catastro
comunis pisarum contingit et eo casu offitiales
armarii librorum comunis pisarum dictas res faciant
mensurari et eas extimare teneantur secundum
comunem extimationem factam de rebus co
llateralibus et contiguis ipsis rebus et si
per subiectum titulo permutationis et ea de causa
aliqua res fuerit tradita et permutata non
subiecto et non allibrato in catastro comunis
pisarum de catastro subiecti et accatastati ta
lis res permutata non debeat elevari nisi
primo res pro non subiectum permutata et tra
dita ponatur et accatastetur in catastro
subiecti et extimetur et extimari debeat ad
minus prout in catastro subiecti res per eum
permutata extiterit allibrata qua assignati
one et accatastatione et extimatione facta
de catastro talis allibrati res non subiecto per
mutata debeat elevari et predicta locum
habeant in preteritis presentibus et futuris.
Et quod illi qui acquisiverit aliqua possess

tempore preterito non obstante aliquo lapsu
temporis possit eam assignare infra duos me
ses proxime venturos a die publicationis
presentium statutorum numerandos et perinde
habeatur ac si tempore debito assignassent
quod si non fecerint subiaceant et incurrant
penas supradictas.

[illegible] comitatenses possint allibrari
ubi habitant in comitatu. Rubrica

Item si contigerit aliquem allibratum Clxxxv
in aliquo castro vel villa ire ad habitan
dum ad aliquem alium locum castri vel ville
comitatus pisarum et ibi continue per duos
annos habitaverit quod possit petere coram offi
tialibus armarii librorum se allibrari et acca
tastrari in loco ubi habitat et se elevari
et eius libram cassari de loco unde discesse
sit. Salvo si in loco unde discessit haberent
bona inmobilia quia tunc ita demum debeat
eius libra unde discessit cassari et aboleri
si intercesserit consensus sindici loci unde
discessit et syndici loci ubi habitat et dicti
sindici habere debeant speciale mandatum
ad consentiendum tali mutationi et predi
cta si aliter fieri non debeant ullo modo.

[illegible] universitates castrorum et villarum comitatus
pisarum non gravarent pro absentatis et ex
bapnitis nisi certo modo. Rubrica

Item si contigerit aliquem accatastratum sive C lxxxvi
allibratum in catastro civium et comi
tatensium occasione exbapnimenti vel con
dempnationis recedere et se absentare vel
publicationis bonorum fiende vel facte ita quod
bona sua non reperiantur super quibus comune
pisarum seu comune et universitas alicuius loci
in quo reperitur scripta libra illius talis
absentantis vel recedentis vel decedentis con
dempnati ita quod predictis et collectis et aliis
honeribus habere regressum non possit quod
universitas vel aliquis alius pro tali libra
nullatenus agravetur. Facta fide debita
de predictis offitialibus dicti catastri et

declaratione facta per eos sicut superius dictum est aliquo non obstante. Et predicti flant ad petitionem sindici universitatis unde et sine fuisset talis exbapnitus seu condempnatus vel qui recessit vel decessit aut se absentavit et etiam ad petitionem cuiuscumque cuius interesset seu interesse posset quoquo modo.

Quod notariis armarii liceat additiones correptiones et alias scripturas in fine in libris existentibus in dicto armario. Rubrica.

Clxxxvij 1 Item quod quilibet ex notariis deputatis vel deputandis ad scribendum additiones diminutiones errorum correptiones permutationes et alias scripturas ad eorum offitium spectantes causa offitii predicti in dicto armario et catastro comunis Pisarum possit et sibi liceat impune et sine pena predicta omnia et scripturas quascumque ad eorum offitium spectantes scribere cassare addere et minuere in libris quibuscumque et manu cuiuscumque notarii scriptis publicis vel non publicis non obstante quod manu ipsorum notariorum armarii scripti non appareret vel essent dum modo ea que fecerint et scripserint fieri possint secundum formam ordinamentorum de offitio offitialium dicti armarii et catastri sequentium. Et dum modo flant de voluntate consensu et mandato dictorum duorum offitialium in concordia vel alterius eorum et aliter fieri non possit.

Quod si aliqua hereditas alicui remanserit debeat ille cui remansit sibi poni facere. Rubrica.

Clxxxviij Item quod si aliquis allibratus in libro et accatastratus in catastro comunis Pisarum decessit superstite sibi aliquo suo filio herede vel aliquo alio suo vel emancipato vel extraneo herede cuiuscumque conditionis existat et dictus heres velit suum nomen scribi et poni in catastro et libra dicti decedentis cui subcessit. Quod officiales armarii facta eis fide possint nomen decedentis tollere et cassare de libra predicta et nomen ipsius heredis ascribere et ponere in dicto catastro et libra aliquo non obstante. Et locum habeat quando talis heres non haberet catastrum seu libram et si catastrum haberet tunc bona sibi relicta scribantur et ponatur in libra sua et catastro suo. Et tamen ipsa bona quod etiam nomen et cognomen librarum et totum catastrum defuncti talis allibrati cassetur et eleventur de libra et catastro talis decedentis. Salvo ea que dicta sunt de nomine heredis loco nominis defuncti ponendo non vendicent sibi locum quando talis heres esset comitatensis vel forensis et subcederet civi pisano vel esset forensis et subcederet comitatensi vel esset comitatensis et subcederet forensi in quibus casibus et quolibet dictorum casuum nomen heredis loco nominis defuncti ascribi non possit. Sed bona defuncti in castro heredis facto vel fiendo si catastrum non haberet poni et scribi debeant ut superius dictum est.

De nobilibus allibratis in comitatu allibrandis in civitate. Rubrica.

1 Item statuimus et ordinamus quod omnes et singuli nobiles et nati prole militari ex paterna linea, qui vel pater vel antecessores eorum repiuntur scripti in registro comunis Pisarum facto de magnatibus et de natis de prole militari ex paterna linea scripti pro nobilibus qui vel patres vel antecessores eorum allibrati sunt seu allibrati repiuntur inter comitatenses et in dicto catastro comitatus et qui vel patres vel antecessores eorum ante dictum catastrum scripti et allibrati in civitate seu cum civibus pisanis cassentur et cancellentur et eorum libre et nomina tollantur et abolantur de dicto catastro comitatus per offitiales armarii comunis Pisarum ad petitionem cuiuscumque nobilium. Et ponantur et scribantur et allibrentur in illa porta et parrocchia in qua eorum Clxxxviiij

fuerunt seu habere consueverunt libram ipsi vel
patres vel antecessores eorum in civitatis
perusinis seu in qua bona eorum assignaverint
aliquo alio generali vel speciali in contrarium
loquente non obstante.

Quod nulla universitas possit inducere
testes de sua universitate in eius fa
vorem Rubrica

Preterea volumus quod nulla uni
versitas alicuius castri vel ville
comitatus vel districtus perusii possit
nec debeat inducere in testes homines
clxxx illius universitatis que haberet causam
vel questionem cum communi perusii vel
cum aliqua speciali persona coram offi
tialibus armarii nec ipsi testes admi
ctantur per ipsa universitate nec
admicti valeant ullo modo. Et hoc
intelligatur et locum habeant si ali
quis specialis persona causam haberet cum
communi perusii vel cum aliquo alio que illa causa
spectaret ad utilitatem universitatis
de qua vellet producere testes quod de ipsa
universitate ad quam utilitas cause posset
spectare nullus debeat nec possit produ
ci in testem nec admicti valeat ullo
modo.

De erroribus mensurationum possessionum
corrigendis Rubrica

clxxxi Item statuimus et ordinamus quod si aliquis
deinceps conqueretur coram offitialibus
armarii quod in mensuratione et mensurationibus
sue possessionis vel possessionum erratum fuerit
possint et teneantur dicti offitiales armarii
omnes et singulas possessiones talis conque
rentis suis expensis facere revideri et mensu
rari et tales mensurationes ad veritatem re
ducere et libram et quantitatem mensure re
ducere augendo vel minuendo ipsam libram
secundum quantitatem dicte mensure super quibus
mensuris revidendis et libris ad mensuram
reducendis dicti boni homines armarii plena
auctoritatem habeant et bayliam aliquo non
obstante.

Quod ad petitionem sindici castri vel ville
cassetur libra absentium Rubrica

Item statuimus et ordinamus cum mul clxxxii
ti comitatenses venditis et alienatis vel
adiudicatis bonis suis personis non
existentes de suo catastro vel villa recessisse
dicantur et de civitate et comitatu perusii
qui venire non possunt ad faciendum elevari
de suo et castri vel ville catastro res alienatas
seu venditas et sic commune et alii homi
nes homines dicti castri vel ville iniuste grava
rentur de libra talis recedentis quod sindicus di
cti castri vel ville possit comparere coram of
fitialibus et notariis super armario et cata
stro deputatis et dicti offitiales et notarii
possint et debeant ad petitionem dicti sindi
ci res et bona talis absentis et recedentis
vendita seu alienata vel adiudicata in ca
sum non existentis de eiusdem castri vel
ville catastro facta fide per instrumenta
venditionis seu alienationis vel adiudicationis
rerum predictarum cassare tollere elevare et
ementi vel aliter acquirenti ponere et scribe
re et idem per omnia locum habeant et in omnibus
observetur in motivis quorum bona omnia
ad extraneos vel extraneum devenirent et
quod dicti offitiales armarii vel alter eorum
predicta facere teneantur et executioni
mandare facta eis fide legitima de pre
dictis per quatuor testes etiam de eadem uni
versitate.

De pena facientis fictas alienationes rerum sibi libre
in fraudem catastri Rubrica

Item statuimus et ordinamus quod si quis clxxxiii
comitatensis vel alius quicumque ven
deret vel alienaret vel alio modo trasfer
ret aliquam possessionem aliam in frau
dem vel fictitie ad cessandum honus li
bre factionum communis perusii quod tam ve
nditor seu alienator quam emptor seu ac
quisitor puniatur et condempnetur
per potestatem et capitaneum in decem
libris denariorum et rem ipsam venditam vel
alienatam perdant et in communi deveniat
et confiscentur ipso iure.

De dotibus restituendis et possessionibus
ponendis et allibrandis Rubrica

clxxxiiij Item statuimus et ordinamus quod dotes consistentes in rebus immobilibus restitute et que restituerentur debeant allibrari recipienti et illis quibus restitutio facta fuerit. ¶ Item quod predia et possessiones quorum aliquis habet vel deinceps habebit usufructum debeant allibrari illi tali usufructuario seu usufructuarie et quod ipsi usufructuario vel usufructuarie sine habebit libram debeat libra dictis rebus fieri et ita quod per tempus perceptionis usufructus talis usufructuarius et usufructuaria solvat datias et collectas communi pisarum et ceteras pro dictum tempus faciat factiones et quod finito dicto usufructu tale podere et possessiones allibrentur secundum predictam formam libram et extimate illi vel illis ad quos tale podere et possessiones reverterentur et de libra dicti usufructuarii debeant cassari et aboleri.

## Quod qui habuit domum propriam in qua exerceret artem debeat sibi allibrari. Rubrica

clxxxv Item statuimus et ordinamus quod si aliquis exercet artem suam in domo propria quod illa domus debeat allibrari et accatastrari proinde ac si dictam domum locaret seu pensionaret habita consideratione ad redditum seu pensionem que ex dicta domo percipi posset.

## Quod res empte ultra extimationem debeant allibrari ementi secundum quantitatem pretii talis rei. Rubrica

clxxxvj Item ordinamus et statuimus quod possessiones que venduntur et alienantur ultra quantitatem qua extimate sunt in catastro debeant extimari ementi et acquirenti secundum pretium et secundum quantitatem pretii et non minus aliquo non obstante.

## De modo libre cassationis cassi libre inter vendentem et ementes. Rubrica

clxxxvij Item statuimus et ordinamus quod quicumque tam civis quam comitatensis pisanus vel quicumque alius vendiderit vel alio modo quocumque modo alteri concessit aliquam rem sibi allibratam quod ad eius petitionem vel alterius cuius interesset seu sindici castri vel ville unde esset venditor vel concessor habita cedula venditionis seu concessionis talis rei vendite vel concesse offitiales armarii possint teneantur et debeant talem rem de libra vendentis vel cedentis elevare et cassare et ponere et describere in libra ementis vel aliter acquirentis. ¶ Dummodo si civis emerit a comitatensi antequam elevetur de libra et catastro dicti comitatensis vendentis res vendita teneatur civis emens iurare ad sancta dei evangelia quod dicta venditio est vera et non ficta nec in fraudem facta. ¶ Et si dictis offitialibus armarii apparebit per testes fidedignos saltem per tres quod aliquis civis vel comitatensis possideret vere et non fictitie aliquam rem immobilem alteri allibratam et accatastratam et exea fructus perciperet et non alius quod habita fide de predictis ut supradictum est ad petitionem illius in cuius libra et catastro talis res allibrata foret ipsa res debeat elevari tolli et cassari de libra illius cui allibrata esset in libra possidentis citato primus tali possessore non obstante quod titulus possessionis vel cessionis non appareret.

## Qualiter allibrentur mulieres cives uxores comitatensium. Rubrica

clxxxviij Item cum multi comitatenses habere habeant uxores cives vel que a pluribus haberentur et de iure sit quod uxor debeat sequi forum viri. ¶ Statuimus quod si qua mulier que esset uxor alicuius comitatensis reputetur et esset allibrata in civitate pisarum inter cives pisanos et ipsa haberet in sua libra aliqua bona maxime acquisita ab aliquo comitatensi post matrimonium contractum quod ipsa talis mulier debeat solvere pro ipsis bonis tamquam comitatensis et non ut civis et eidem domine dicta bona debeant scribi et allibrari in catastro mariti comitatensis si marito et ipsi domine placuerit si autem ipsi vel alter eorum contradixerint tunc offitiales armarii vel alter eorum ad petitionem cuiuscumque petentis teneantur et debeant libram tali uxori facere in comitatu in castro vel villa in quo vel in qua eius maritus extitit allibratus et in dicta libra omnia sua bona scribere et poni et scribi facere et constante matrimonio inter mulierem civem et maritum comitatensem dicta domina in comitatu pro suis bonis et ut comitatensis teneatur et debeat facere factiones [illegible] ... ant matrimonio per mortem viri ad petitionem talis domine offitiales armarii communis pisarum vel alter eorum teneantur et debeant eius libram et omnia sua bona de comitatu et catastro comitatus tollere et elevare et in civitate ponere et scribere et ipsa allibrare

inter alios Cives et cum civibus pisanis i
pena dictis offitialibus armarij si negligentes
fuerint in predictis pro quolibet eorum in centum libr
denariorum.

## Quomodo et ordine allibretur filii familias. Rubrica

cxxxviiii Item cum multi filii familias emerunt et
acquisiverunt et emant et acquirunt pos
sessiones et bona aliter allibrata et accatasta
ta et per formam ordinamenti et catastri ipsa
bona in libro patris vel avi describi non pos
sint sine voluntate et consensu eorum patris
vel avi. ¶ Quod offitiales armarij presentes
et futuri possint et eis liceat si et in quantum
pater vel avus ipsorum nollet consentire quod ipse
res et bona in eorum libra et catastro ponerent
tales filios familias realiter et personaliter co
gere et gravare et cogi et gravari facere ad faci
endum et fieri faciendum eis libram in loco de
bito si libram non haberet pro talibus bonis quesi
tis et querendis et quod offitiales catastri communis
pisani vel alter eorum possint teneantur et debe
ant vinculo iuramenti et ad penam Centum
librarum denariorum ex eorum offitio libram et catastrum
facere de bonis predictis ipsius filii familias
non obstante ipsorum contradictione, dummodo dicti of
fitiales primo requisiverint dictos filios fami
lias et ipsi filii familias contradixerint sibi libr
fieri. ¶ Et quod potestas et capitaneus et qui
cumque alius offitialis communis pisani ten
eatur et debeat pena centum librarum denariorum
pro quolibet eorum et qualibet vice predictos
filios familias libram non habentes realiter et
personaliter cogere et gravare ad predicta libr
fieri faciendum ad petitione et voluntatem dicto
offitialium armarij vel alterius cuius inter
erit.

## Quod offitiales armarii teneantur dividere libra bonorum divisorum. Rubrica

cxl Item quod offitiales armarij possit debeant et
teneantur dividere libras communes ad
petitionem cuiuscumque allibratorum ad quem
libram pertineret si divisum possideret divide
re quantitatem libre pro parte bonorum cuiuslibet
continentem et ponendo et describendo possessi
ones et res et extimatione ipsarum habenti et
possidenti non tamen libram minuendo contra formam
ordinamentorum infra quindecim dies a die pe
titionis pena dictis offitialibus Centum libr
denariorum si negligentes fuerint in predictis
non obstante contradictione consortis vel al
terius.

## Quibus allibretur quilibet in porta et parrochia ubi habitat. Rubrica

Item statuimus et ordinamus quod unusquisque
habeat libram suam in parrocchia in qua
habitat et moratur sed si in una parrocchia
domum haberet propriam in alia vero habitat
in parrocchia proprie domus libra fiat. ¶ Si autem
in diversis portis vel parrocchiis domos habet pro
prias et in altera ipsarum vel utrinsque habitat
sit in allibrandi electione in qua de dictis por
tis et parrocchiis volunt allibrari. ¶ Et si non
habitaverit in civitate allibretur in ipsa parrocchia
et porta in qua retroactis temporibus consuevit
allibrari. ¶ Qui non habitantes debeant
infra mensem a tempore bapnimenti ex parte
offitialium armarij fiendi ydonee satisdare per
fideiussores Civem et de populo pisano de
solvendo datas et collectas et alia honera ex
pedite que sibi imponentur et imminebunt pro
ipsos et infra tempus quinque annorum proxime
venturorum post dictam satisdationem que sa
tisdationes debeant per notarium offitialium
catastri scribi in uno libro fiendo per se de
omnibus dictis satisdationibus que satisda
tiones renovetur in uno libro fiendo de quin
quennio in quinquennium secundum modum predictum
et quicumque dictas satisdationes non pre
stiterit ut dictum est habeatur pro non allibrato et
forense. Et hoc si domum in non habuerit in ci
vitate vel burgis civitatis pisane. ¶ Et si aliquis
fuerit allibratus in aliquo loco non qui non habe
ret domum propriam et iret ad habitandum ad
aliam portam vel parrochiam teneatur predi
cere offitialibus armarij communis pisani exi
stentibus. ¶ Qui in offitiales teneantur libram
mutare et scribere inter libras illius porte
et parrocchie in qua iverit ad habitandum. ¶ Et
quoties in diversis porta et parrocchia mutave
rit habitationem toties fiat predictio et i
mutatio supradicta. ¶ Que predictio fieri
debeat per eos mutantes dictam habitatione

infra quindecim dies postquam mutauerit habita
tionem predictam. Quod nullus allibratus
in catastro com. pis. possit cogi per non
subiectum ad restituendum res in suo ca
tastro descriptas. rubrica

Item statuimus et ordinamus quod nullus
allibratus in catastro comunis pis. possit
cogi per aliquem principaliter non subiectum
iurisdictioni potestatis et capitanei civitatis
pis. vel aliquem subiectum habentem ius sive
causam a dicto non subiecto modo aliquo ad resti
tuendum res in suo catastro descriptas vel ali
quam ipsarum nec earum seu alterius earum possessiones.
Et quod nullus iudex comunis pis. debeat au
dire nec intelligere aliquem principaliter non
subiectum vel subiecti causam habentem a non
subiecto causam vel molestiam inferre contra
aliquem allibratum in dicto catastro de rebus
seu super rebus in dicto catastro descriptis. Et
quod omnibus et singulis offitialibus et iudicibus
comunis pis. sit et esse intelligatur adempta
omnis iurisdictio et cognitio de predictis. Et hoc
statutum locum non habeat in illis principaliter
non subiectis iurisdictioni potestatis et capita
nei civitatis pis. per quibus satisdaretur et
promitteretur offitialibus armarii comunis
pis. recipientibus pro comuni per bonos et suffi
cientes pisanos et in ipsa civitate seu burgis
habitantes divites et libram habentes pro
quolibet eorum a mille libris supra de solvendo et
quod solvent in futurum omnes et singulas datas
et collectas et alias faciant factiones impo
nendas per comune pis. pro rebus secundum extima
tionem rerum que nunc in dicto catastro repi
untur pro aliis rebus in dicto catastro descriptis
quas dicti non subiecti peteret seu petere vellet
vel possessionem ipsarum rerum restitui contra
quamcumque personam in catastro predicto. Et
eo casu quo optineretur in causa dicti non subiecti
tales res debeat poni in libra talis fideiusso
ris ita quod nulla fraus comitti possit in solu
tione datarum et collectarum. Et hoc fieri fa
ciat infra quindecim dies a die late senten
tie a qua non esset appellatum et si appellatum
esset a die finite appellationis. Alioquin
sententia sit nulla et pro nulla habeatur.

Quod quicumque fuerit allibratus in diversis locis
eius libra reducatur in unum locum rubrica

Item si aliquis comitatensis esset allibratus in du- ccij
obus vel pluribus castris vel villis quod totum eius
libra reducatur et sibi fiat in castro vel villa in
qua familiariter habitauerit pro bonis suis ubi
cumque positis vel existentibus.

Quod offitiales armarii teneantur omni die
de se facere copiam rubrica

Item dicti offitiales et notarii armarii teneantur cciij.
et debeant omni die in quo non esset aliquod so
lempne festum non obstante quod essent ferie esse et de
se copiam facere in dicto armario et de mane et
de sero omnibus petentibus. Et predicta facere
et executioni mandare pena decem librarum denariorum
et sacramenti per quolibet eorum et die quo non fuerint
et steterint in dicto armario ut dictum est nisi
iustam excusationem habuerint. Et ad pre
dicta exequenda et executioni facienda et conple
da per potestatem et capitaneum et alios offitiales co
munis pis. personaliter et realiter cogantur
et compellantur ad petitionem cuiuscumque
et ad dictam penam solvendam in casu in quo
dicti offitiales armarii contrafecerint ipsi vel al
ter eorum cogi et compelli possint et debeant
per quoscumque offitiales comunis pis. ex of
fitio eorum et ad petitionem cuiuscumque petentis.

Quod comitatensis non habens libram possit
se allibrari et libra fieri rubrica

Item quod si aliquis comitatensis vel allibra- ccv
tus in comitatu ex forma vel vigore dictorum
ordinamentorum vel eorum executione remaneret
sine libra et etiam quicumque alius comitatensis
libram non habens possit se facere allibrari per
dictos bonos homines vel offitiales super libris
faciendis deputatos vel deputandos in castro
vel villa in quo vel qua consueuit vel voluerit
familiariter habitare nisi habuerit bona immo
bilia alibi quo casu describatur et allibretur
inter homines castri vel ville ubi ipsa bona
vel maiorem partem suorum bonorum immobilium
habet semper intelligendo quod factiones personales
faciant ubi habitant non obstante quod alibi
fuerint allibrati. Quod semper maius pretium
ponatur in catastro rubrica

ccvj Statuimus et ordinamus quod per offitiales ar
mari in descriptionibus extimationum ponatur
pretium si fuit maius quam extimatio et si extimatio
fuerit maior pretio ponatur extimatio ita quod
semper maior quantitas describatur et allibretur.

De secularibus mortuis absentatis depa
uperatis cassandis et eleuandis rubrica

ccvij Quia de uendicta castrorum et uillarum comitatus pe
rusii extrema alicuius ordinamenti de uen
ditione alienatione translatione et adiuxtatione
possessionum et rerum bonorum et personarum mortu
orum absentatorum et depauperatorum et adnichila
torum eorum uniuersitatum tenentur fidem facere offi
tialibus armarii et catasti comunis perusii ad hoc
ut de rebus possessiones de ipsa libra et catastro ele
uentur et acquirentium seu dictas res possidenti
um in suo catastro ponantur et scribantur et tale
probationem et fidem facere per publica instru
menta restiliter ingraue dampnum et dispendi
um comitatensium predictorum propter resisten
tiam et contradictionem quam faciunt res et
possessiones huiusmodi possidentes nolentes
euitare dictas res in eorum catastro apponi et propter
aliquorum notariorum nomine querentium et extor
quentium perditione siue occultatione dictorum
instrumentorum a dictis comitatensibus magna
salaria et intollerabilia. Ideirco statuimus
et ordinamus quod ad probationem predictam
faciendam sufficiat et pro plena probatione et
fide habeatur nunc et in futurum si possessores uel ac
quisitores talium possessionum siue rerum que di
cerentur uel essent uendite alienate per dictos
comitatenses uel in alium translate seu in alterum
iudicate fuerint citati et requisiti per baiulum
comunis perusii semel personaliter uel bis ad domum
sue solite habitationis ad petitionem sindici
uniuersitatis dictorum castrorum et uillarum uel al
terius cuiuscumque interesset ex parte dictorum
offitialium armarii et catasti supradicti cum ce
dula citationis scribenda per aliquem ex notariis
dictorum offitialium ut talis requisitus et citatus
coram eis debeat in certo tempore comparere
ad dicendum et contradicendum quicquid uo
luerit et potest de iure quare sibi non debeat talis
possessio siue res eleuanda in suo catastro ap
poni. Et siquidem in dicto termino coram
dictis offitialibus non comparuerit et non quan
uel si comparuerit et non contradixerit uel causam
contradicendi rationabiliter non pretenderit aut
cause cognitio remaneat in arbitrio offitialium
predictorum cum illo consilio quod eis uidebitur
et placebit quod exinde per dictos offitiales ad ele
uationem et probationem talis possessionis
siue rei libere procedatur et si talis acquisitor
uel possessor non esset talis persona que de iure
possit allibrari quod ad huiusmodi probationem et e
leuationem predictos offitiales minime procedant
sed semper intelligatur dicta res remaneat cen
sualis et tributaria predictis et collectis et aliis
factionibus comunis perusii non obstante ordi
namento seu statuto quo cauetur quod sindici ca
strorum et uillarum teneantur fidem facere de dictis
uenditionibus alienationibus et adiuxtatio
nibus per publica instrumenta nec aliquo
in contrarium loquente.

De priuilegiis et litteris comunis perusii exi
stentibus in armario exemplandis rubrica

Cum in quadam capsa existenti in armario ccviij
comunis perusii multa priuilegia littere et
instrumenta reperiantur utilia et solennia pro
comuni perusii que et eorum effectus a plurimis
ignorantur et hoc redundat in preiuditium
et diminutione iurisdictionum comunis perusii statuimus
et ordinamus quod dicta priuilegia littere et in
strumenta utilia et solennia pro comuni perusii
exemplentur et exemplari debeant in cartis
pecudinis per bonos notarios deputandos per
offitiales armarii comunis perusii cum salario
per dictos offitiales dictis notariis deputando et
soluendo per massarios comunis perusii ad et secundum
preceptum dictorum offitialium pena tam dictis
offitialibus armarii quam dictis massariis quin
quaginta librarum denariorum pro quolibet eorum si fue
rint negligentes in predictis.

Quod offitiales armarii teneant facere
libram omnium petentium rubrica

Cum multi perusini tam de ciuitate quam de ccviiij
comitatu et etiam forenses non habeant li
bram in ciuitate uel comitatu perusii nec repe

antur scripti in libro et catastro dicti comunis perusii
et volunt dicti tales non alibrati scribere allibrari
in Civitate vel comitatu perusii quibus libra fieri
debet secundum formam ordinamentorum dicti
Comunis perusii et si alibrarentur et libra fi
eret dicto Comuni perusii resultaret utilitas et incremen
tum et exinde pecunia veniret in Comuni. Et
pro dicto statuimus et ordinamus quod offitiales
armarii comunis perusii presentes et futuri et
eorum notarii de mandato ipsorum offitialium po
ssit et eis liceat teneantur et debeant facere
libram ipsis non habentibus libram in civitate
vel Comitatu. scilicet civibus in Civitate
vel burgis et forensibus in Civitate inter
forenses tantum et comitatensibus in comi
tatu ad petitionem cuiuscumque petentis pro
bonis que habent tenent et possident seu
que dicerent se habere et possidere secundum
summam et extimationem ipsorum bonorum
deducto quolibet miliari ad centonarium
et abinde infra pro ut est actenus consu
etum. Et alio quod comitatensibus pu
blicis seu comitatensium filiis qui in pre
teritum habitaverunt familiariter in Civi
tate perusii per tempus viginti annorum libram
non habentibus et allibrari volentibus in Ci
vitate et inter cives perusinos libram
facere teneantur dummodo sint artifices
alicuius artis. illis autem comitatensibus
qui in preteritum habitaverint familiariter
in dicta civitate per tempus decem annorum preteri
torum qui sunt artifices alicuius artis
libram non habentibus et allibrari volentibus
ipsam libram faciant inter absentatos
Recepta prius fide de predictis omnibus per
offitiales predictos. Et si contingeret quod
aliquis ex predictis allibrandis non posside
ret vel diceret se non possidere aliqua bona
stabilia et extimata in catastro comunis
perusii. teneantur eisdem Civibus et
forensibus facere libram ad minus x
~~viginti quinque libras~~ et comitatensibus
quinque librarum pro quolibet et accipiat

ab ipsis Civibus et forensibus alibran
dis non habentibus domos in Civitate
fide iussorem de civitate ydoneum de
solvendo datis et collectis et aliis sub
undis honeribus imponendis per Comune
perusii. Et quia multi decesserunt reli
ctis eorum bonis que bona ad alios per
venerunt tam ex testamento quam ex su
cessione ab intestato vel alio modo vel
titulo sive causa. Et quando venies sit quod
huiusmodi bona ipsis subcedentibus vel
aliis possidentibus describantur promi
dicti statuerunt et ordinaverunt quod ad
petitionem cuiuscumque talis subcedentis
vel possidentis quecumque bona tam ex sub
cessione quam ex quocumque titulo et cau
sa que ipsi subcedentes vel alii quicumque
possideant seu dicerent se possidere ex x
causis supradictis vel alia quacumque de ca
pis et in eorum libra describantur et ponan
tur si libram haberet alioquin nomina
ipsorum subcedentium scilicet. Cives loco civium
forenses loco forensium scribantur et
ponantur per ipsos offitiales armarii
et eorum notarios de mandato ipsorum of
fitialium loco nominum dictorum defunctorum
in quorum bonis tales describendi sub
cessisse appareret vel ipsa bona dicer
ent se possidere ex quacumque successione
Et teneantur et debeant ipsis bonis
descriptis et positis in libra et catastro x
talium succedentium vel ipsa bona possi
dentium quocumque titulo ipsi offitiales
et eorum notarii de mandato ipsorum offitia
lium cessare et abolere et cessari et aboleri
facere de catastro comunis perusii nomina
et pronomina bona et libram ipsorum
primo allibratorum defunctorum. Et quia
plerumque contingit quod domine et mulieres
reperiuntur allibrate et accatastrate
in libra et catastro dicti comunis et postea

nuptiu traduntur et dant seu promictuntur dote
ipse vel alius pro eis et pro eis in dotem viro suo
vel alteri de domo mariti si maritus allibratus
non esset bona ipsorum et cum eorum viro et cum
viris morantur et habitant et commune
non sit quod uxor librum habeat separatum a
viro providerunt et ordinaverunt ex auctori-
tate et arbitrio supradictis quod facta fide per
instrumentum publicum sive per cedulam
instrumenti de huiusmodi datione vel promissione
in dotem rerum predictarum de talium adpertinen-
tium et uxoris vel dotis procurator teneantur
tur et debeant ipsa bona describere et ponere
et describi et poni facere in libro et cata-
stro dicti viri vel alterius de domo viri si vir
allibratus non foret et augere libra dicti viri
vel alterius de domo sua secundum extimati-
onem bonorum datorum vel promissorum in dote
et nomen dicte dicte dne vel alterius in cuius
libra dicta bona allibrata forent bona et libram
elevare et cassare et elevari et cassari et cas-
sari facere de dicta libra et catastro pena dictis
offitialibus et notariis si contra facerent in
predictis .xx. libr. den. a(?) pro qualibet vi-
ce et quolibet eorum que pena eis de facto
auferatur per potestatem et capitaneum et
alios offitiales dicti comunis vel alterum eorum ad
petitionem cuiuscumque petentis.

Quod bona ponantur possidentibus et allibret
possidentibus [illegible]

ccx. Item statuimus et ordinamus quod dicti
offitiales armarii presentes et futuri vel
alter eorum ad petitionem cuiuscumque petentis
et dicentis se possidere ex quacumque titulo
et quacumque de causa teneantur et debeant
ponere et describere in libro talis petentis
et dicentis se possidere aliqua bona stabi-
lia cum extimatione et confinibus secundum quod in
armario reperitur et augere librum illius
cui ipsa bona describerentur statim facta
probatione et elevare cassare et cancella-
re de libro illius cui dicta bona essent de

scripta ad petitionem cuiuscumque cuius inter-
esset sine redditione rationis pretii dictarum
rerum. Et predicta locum habeant in pre-
teritis prioribus et futuris aliquo non obstan-
te sub dicta pena dictis offitialibus si secus
facerent dummodo dictam super capitulum
locum non habeat in illis comitatensibus qui
non solverint impositas eis factas pro civili-
tate habenda quousque solverint dictas impo-
sitas eis factas.

De salario notariorum existentium in armario [illegible]

Item statuimus et ordinamus quod de obste- ccxi
sione aliquarum scripturarum in dicto arma-
rio existentium dicti obstendentes non acci-
piant ultra xii. den. pro quolibet libro vel scrip-
tura sub pena inferiori precedenti capitulo
contenta. Volumus et ordinamus quod qui-
cumque notarius vel alius qui fuisset ad custo-
diam dictorum librorum per tempora preterita et
maxime a duobus annis citra. Et ad dictum
offitium et de ipso armario extraxisset seu pe-
nes se haberet aliquas scripturas seu libros
quacumque ratione vel causa illas scripturas
vel libros teneatur et debeat restituere et
reassignare dictis offitialibus et in dicto ar-
mario ponere et dimictere infra octo dies
a die publicationis statutorum alias ex tunc
teneatur dare et solvere comuni pisii pene
nomine Centum libr. denariorum in quibus debeat
condempnari per suum sindicatorem tempore sin-
dicatus. Et si de hoc non fuerit expresse sin-
dicatus possit sindicari per quelibet offiti-
alem comunis pisii. Et quilibet possit esse ac-
cusator et habeat dimidiam dicti banni.
Preterea volumus quod quando fiet solutio
alicuius condempnationis vel aliquis fuerit
decantatibus comunis pisii amore dei in
aliqua festivitate legitime relapsatus ipsa
condempnatio de omnibus libris condempnati-
onum debeat cancellari in quo cancellatur
et libro dictarum condempnationum dicti notarii
principales scribere teneantur et debeant

in margine dicti libri causam quare dicta
condempnatio fuit cassa vel cancellata et mil-
lesimum et diem dicte cancellationis pena
notario contrafacienti centum librarum den. Et
nichilominus fiat et fieri debeat unus liber
per se in quo ponantur scribantur et registre-
tur nomina et prenomina hominum et personarum
qui et que extrahuntur et excarcerantur de
carceribus comunis pistorii amore dei et dictum
registrum ibidem perpetuo debeat observari.
Et dictus liber fiat in cartis membranis que
emantur per massarios comunis pistorii et ligetur in-
ter tabulas ligni ad penam et sub pena
predicta. Et debet quilibet possit esse accu-
sator et habeat medietatem banpni.

Statuimus et ordinamus quod exnunc in
antea seu deinceps nulla condempnatio persone
vel exbampnimentum de aliquo habitum
vel factum vel habendum vel faciendum cau-
sa alicuius malificii possit nec debeat per offitia-
les armarii vel per aliquem alium cassari
vel cancellari tolli vel aboleri de libro comunis
pistorii et de armario dicti comunis vel alicunde,
nisi dumtaxat si condempnatio soluta esset
vel solveretur comuni pistorii vel massario
dicti comunis pro ipso comuni recipienti. Vel nisi ipsa
condempnatio esset cassa vel anullata per adiu-
nantiam generalem civitatis pistorii vel hominum
arbitrium ab ipsa adiunantia vel quando-
cumque quis vigore adiunantie generalis
esset de carceribus comunis pistorii relapsatus
vel si aliquis condempnatus fuerit detemptus
in carceribus comunis pistorii pro condempnatione
de eo facta et postea fuit amore dei per
offitiales comunis pistorii secundum formam statutorum
dicti comunis vel quacumque alia de causa per
offitiales dicti comunis habentes arbitrium
de ipsis carceribus liberatus exemptus et
extractus in quibus casibus predictis in
casum ipsa condempnatio cassari et cancellari
possit per notarios dicti armarii de mandato
et presentia offitialium ipsius armarii

Cum notarii in dicta cassatione diligenter
ponere et scribere teneantur rationem et
causam dicte cassationis et propter quam ipsa
cassatio celebratur. Et predicta locum habe-
ant non solum in extrahendis et relapsandis in
futurum sed etiam in quibuscumque in prete-
ritum extractis et relapsatis de dictis carceribus
quocumque modo iure vel causa per comune pistorii
vel per quoscumque offitiales habentes auctorita-
tem et arbitrium a dicto comuni vel talis con-
dempnatus de carceribus comunis pistorii amore dei
esset relapsatus ut superdictum est secundum for-
mam statutorum. Et si secus cassarentur vel can-
cellarentur non valeat nec teneat ipso iure et
habeantur pro non facta. Et si offitiales armarii
et alii qui condempnationes predictas et bapna
cassarent vel cancellarent contra formam predictam
puniatur ea pena qua puniri deberet talis
condempnatus cuius condempnationem cassaret
vel cancellaret. Et ut falsarius condempnetur.

Item ad hoc ut unusquisque solvat datias et
collectas pro rebus quas possidet. Statuimus
et ordinamus quod si contingat aliquem scriptum
seu allibratum in castro civium vel assenta-
torum de comitatu seu forensium civitat-
pistorii vel inter forenses allibratos in libris ar-
marii predicti vel aliquo ex dictis libris per ali-
enationem seu quocumque alio modo aliquas
suas possessiones et res seu iura et actiones
que et quas haberet pro rebus immobilibus
tatum. Et in dicto catasto sibi ascriptas
et in suo catasto et extimatio seu libra posit-
in alium seu alios transferre quocumque modo
titulo vel iure inter vivos vel causa mortis
vel quacumque de causa quod tales res iura et
actiones et eorum extimationes et quantitates ex-
timationis talium rerum et actionum alienata-
rum seu in alium vel alios translatarum vel quocumque
titulo et modo ad alium pervenerunt vel alteri
cui interesset debeat per offitiales armarii
et eorum notarios vel alterum eorum ad petitionem
petentis cui interest deliberari et extimo seu
catasto talium alienantium seu in alium
transferentium elevari tolli et diminui et ascribi

poni et augeri in libra seu catastro et extimo
illorum in quos dicte res et possessiones quo
cumque modo pervenissent seu quocumque titulo ac
et causa acquisivissent si essent tales persone
que libram seu catastrum haberent. Et si cata
strum non haberent predicti offitiales ad petitio
nem predictorum alienantium librum et catastrum
facere debeant predictis in quos dicte possessiones
et actiones et iura essent translate in quo catastro
predicti res et actiones sic alienate seu translate
et extimationes ipsarum per dictos offitiales et eorum
notarios vel alterum eorum poni debeant. Et si talis
cui de novo novum catastrum fieret dominum in ci
vitate vel comitatu Pistorii ipse pater vel avus eius
non haberet teneatur et debeat antequam catastrum
sibi fiat dare fideiussores de solvendo datias et
collectas que imponerentur pro communi Pistorii vel offiti
ales ipsius communis ad quem fideiussorem dandum
predicti offitiales compellant et compellere
teneantur eundem. Et si talis ad quem dicte
res pervenerint patrem vel avum haberet et
pater vel avus vellet quod res predicte in eorum vel
alterius eorum catastro ponerentur. Quod tales res
in eorum catastro poni et ascribi debeant et eorum
libre augeri dummodo predicti pater vel
et avus et illi ad quos dicte res pervenerint vo
luerint et consenserint et aliter non. Insuper
volumus quod maior sindicus iudex iustitie et
dapnorum datorum vel aliquis alius offitialis fore
nsis communis Pistorii non possit nec audeat vel presu
mat se intromictere vel cognoscere nec aliqua
cognitionem vel iurisdictionem habere per viam
appellationis vel quocumque super aliqua causa
petitione vel questione pertinente ad offitium
catastri et offitialium catastri armarii communis Pi
storii mota vel movenda porrecta vel porrigenda
sed omnis cognitio et iurisdictio dictis maiori
sindico et aliis offitialibus forensibus quoad
predicta presentis futuris et in causis et questionibus
movendis intelligatur esse et sit adempta in quarum
prin[ci]pi[i]s capitulis pena dicto maiori sindico et
cuilibet alii offitiali forensi se inmiscenti vel
cognoscenti seu procedenti contra dictam formam
~~[illegible]~~ pro quolibet in qua pe
na per eorum sindicatorem ex offitio sindicorum
vel ad petitionem cuiuscumque debeat sumarie

et de facto condepnari et quicquid secus factum
fuerit vel fieret non valeat nec teneat ullo modo
sed sit et esse intelligatur nullius efficacie et
valoris.

## Qualiter comitatenses et pendentes debeant habitare rubrica

Cum ex forma ordinamentorum dudum editorum CCXII
per offitiales deputatos et editos positos super
factione et ordinatione novi catastri civitatis
et comitatus Pistorii multi pendentes et comitaten
ses comitatus Pistorii qui fecerunt adimpleverunt et
observaverunt contenta et deducta in ipsis ordina
mentis cum civibus Pistoriensibus et in libro civi
um Pistoriensium extiterint registrati et pro eo ma
xime civilitatis beneficium ascribitur et conce
ditur personis huiusmodi ut deinceps in civitate
Pistorii debeant civiliter et familiariter habitare
convenit legem condere dona civilitatis huiusmodi
coherentium. Id circho statuimus et or
dinamus quod omnes et singuli pendentes et
comitatenses Pistorii et qui sub nomine pendentium
et comitatensium nuncupantur qui vigore ar
bitrii dictorum offitialium recepti fuerunt ad civilita
tem et scripti in libris civium Pistoriensium vel
in libris absentatorum de comitatu vel aliquo ex dictis
libris teneantur et debeant a die publicationis
presentium statutorum in civitate vel burgis
Pistorii familiariter et cum eorum familiis habitare
secundum formam ordinamentorum dudum editorum
per habentes arbitrium ab adunantia consilii
Subavillorum sub die xviii mensis aprilis loquen
tium de materia supradicta et non aliter ullo modo.
Illorum vero qui familiariter habitaret in comitatu
Pistorii contra vel preter formam dictorum ordi
namentorum de dicta habitatione loquentium offi
tiales armarii librorum communis Pistorii qui pro tempore
fuerint vel alter eorum teneantur et debeant ad pe
titionem sindici castri vel ville in quo vel
qua familiariter habitaret contra formam
dictorum ordinamentorum et cuiusque petentis habita
tione de predictis tollere cassare et elevare
de libro civium Pistoriensium et ponere scribere
et adcatastrare in libro castri vel ville in quo
vel qua ut dominum familiariter habitaret pena

ipsis offitialibus armarii si negligentes fuerint
in predictis quingentarum librarum denariorum pro quoli
bet et quecumque offitialem communis pisis ad petitio
nem petentis auferendi pro communi pisis aliqui
bus statutis ordinamentis provisionibus vel re
formationibus in contrarium loquentibus non ob
stantibus que quo ad predicta sint et esse in
telligantur sublatis et eis totaliter derogatis.

## Qualiter filii forensium allibrentur in libro civium Rubrica.

ccxiij Item statuimus et ordinamus quod filii forensium
qui filii nati sunt in civitate pisis et quorum
patres mortui sunt et libram habent in ipsa ci
vitate ponantur et scribantur et accatastrentur
in libris civium pisanorum quemadmodum veri
cives pisani cum omnibus et singulis bonis ipsorum
et bona libram et catastrum patrum ipsorum tolli
elevari et cassari de libro forensium et ipsos filios
poni et scribi in libra quorum filiorum ponantur ex
presse unde et de quo loco fuerunt patres talium
filiorum. Et ne in dubium revocetur utrum filii
Aretinorum qui nati sunt in civitate pisis et quorum
patres mortui sunt et libram habent ut ex for
ma ordinamentorum erigitur presentis statuti virtute
ad ipsius civilitatis beneficium admictantur
obstantibus quibusdam antiquis legibus communis
pisis ad omne dubium removendum. Statu
imus ordinamus et reformamus quod presens
statutum locum habeat et se extendat ad filios
Aretinorum predictorum in omnibus et per omnia et
prout et sicut se extendit et locum habet ad fili
os forensium aliquo generali vel speciali in con
trarium loquente non obstante.

## Quomodo fiat libra civibus et comitatensibus Rubrica

ccxiiij Item statuimus et ordinamus quod de civibus
pisanis et allibratis in civitate et etiam
forensibus allibratis in civitate pisis vel alli
bratis inter absentatos de comitatu fiat et fieri
debeat libra et facta esse intelligatur ad minus
decem librarum ad grossam. Et comitatensibus pe
rusinis et allibratis in comitatu fiat et fi
eri debeat libra quinque librarum ad grossam ad

minus. Et si secus repiretur factum tollatur
et reducatur ad debitam libram modo predicto
per offitiales armarii librorum communis pisis pena centum
librarum denariorum pro quolibet eorum aliquo non obstante.

## Qualiter corrigantur errores calculi Rubrica.

Item statuimus et ordinamus et reforma ccxv
mus quod si error evidens appareret in calculo
libre civium et comitatensium perusinorum
et habitantium in civitate vel comitatu pisis vel
libram habentium in ipsa civitate vel comitatu
quod statim veritati tantum secundum singulares assignati
ones et extimationes bonorum et ad veritatem
reducatur non obstante errore calculi nec ali
quo alio quod in contrarium loqueretur.

## De erroribus corrigendis super catastro Rubrica

Item cum propter multas varietates et innu ccxvj.
merosas personas et res ac etiam extimati
onum quantitatum potuerint de facili plures
errores occurrere in factione ordinatione et de
scriptione catastri novi tam ex parte offitialium
ordinantium catastrum quam etiam ex parte scri
bentium. Ad hoc ne dicti errores possint in ali
quo alicui vel aliquibus preiudicium inferre. Id
circho statuimus et reformamus quod offiti
ales deputati vel deputandi in armario librorum
communis pisis possint teneantur et debeant errores
quos invenerint occurrisse vel occurrere con
tigerit in futurum tam circha personas nomina
torum in dicto catastro quia esset aliquis bis
positus vel descriptus in dicto catastro ultra quam
esse deberet vel quia quod aliqua res esset bis scrip
ta vel quod ipsa res esset ascripta et extimata du
obus in totum vel quod aliqua persona esset de
scripta pro alia vel quod aliqua res esset scripta in
duobus locis ultra quam esse deberet vel quod aliqua
res esset scripta uni persone et describi persone
alteri debuisset vel quod esset erratum in nomine
vel prenomine vel quod esset erratum in mensuris
et extimationibus possessionum et rerum extimatarum

per ipsos offitiales vel quod aliquis bona sua assi
gnasset et registratus et accatastratus non fuisset
in libris dicti novi catastri vel aliter vel alio mo
et quacumque ratione vel causa error appareret ip
sorum arbitrio et offitio corrigere emendare et ad
veritatem debitam reducere ad petitione petentis
et eorum offitio summarie et sine strepitu et figu
ra iuditii non obstante aliquo capitulo precedenti
vel sequenti nec aliquo alio quod in contrari
um loqueretur.

## Qualiter augeatur libra Rubrica

Item considerantes quod augere libram et
ccxvij catastrum civium et comitatensium perti
sinorum comunis pistorii evidens utilitas sit et
appareat et ad manutentionem et conservationem
dicti catastri pertineat evidenter. Idcircho
statuimus et ordinamus quod offitiales armarii
librorum comunis pistorii qui pro tempore fuerint teneantur
et debeant ad penam centum librarum denariorum augere
et accrescere libram et summam libre cuiuscumque
petentis et sibi augeri volentis in ea summa et
quantitate in qua quis voluerit et petierit sibi ac
cresci et augeri libram non obstante quod bona
stabilia pro dicta augmentatione fienda non assi
gnet nec aliquo alio quod in contrarium lo
queretur.

## De foculariBus mortuis et absentatis Rubrica.

Quoniam plerumque contingat quod homines et
persone allibrati et allibrate in libris
ccxviij libre castrorum et villarum comitatus pistorii mori
untur nullis relictis heredibus nec extanti
bus bonis contra quos vel super quibus sindi
cus vel universitas unde fuit et unde allibrati
fuit huiusmodi morientes valeant habere re
gressum pro honeribus persolvendis cum etiam
multi homines et persone recedant et se absentent
de castris et villis in quibus sunt et appare
ant allibrati tamquam pauperes et adnichilati
et tam propter dampna in quibus ponuntur
frequenter quod etiam ex variis causis quas hic
foret difficilimum declarare nec esset conveniens
quod universitas et homines universitatis cum quibus
apparet et fuit allibrati huiusmodi mortui
et absentati ut dictum est pro eorum focularibus
et libris graventur pro aliquibus honeribus
vel factionibus realibus vel personalibus sub
eundis. Idcircho volentes adhibere in predictis
remedia opportuna. Statuimus et ordina
mus quod offitiales armarii librorum comunis pistorii
qui pro tempore fuerint vel alter eorum possint te
neantur et debeat sub pena centum librarum denariorum
pro quolibet ad petitionem sindici cuiuscumque
castri vel ville comitatus pistorii habentis ad hec
speciale mandatum omnia et singula focularia
mortua et absentata de civitate et comitatu
pistorii ut dictum est cum omnibus eorum bonis tol
lere cassare et elevare de libro libre et cata
stri talis universitatis in quo apparent scrip
ta talia focularia statim facta dictis offitia
libus armarii fide de predictis per tres testes fide
dignos etiam de a eadem universitate adimere
et diminuere de summa summarum libre talis u
niversitatis predicte ad concurrentem quantitatem
libre et catastri talium focularium mortuorum
vel absentatorum. Et predicta locum habeat
et habere intelligantur in presentibus et fu
turis aliquo generali vel speciali in contra
rium loquente non obstante.

## De bonis que possidentur extra comi tatum pistorii Rubrica

Item statuimus ordinamus et refor ccxviiij
mamus quod omnes et singuli cives et co
mitatenses pistorii qui aliqua bona stabilia
possiderent extra comitatum et districtum pistorii
non teneantur nec debeat solvere pro ipsis bonis
aliquas datas collectas vel alias factiones
imponendas per comune pistorii si pro ipsis bonis in
civitate castro vel loco in cuius territorio et
districtu sita sunt talia bona factiones sol
verint dummodo clare et plene probent
se alibi factiones solvere et honera sup
portare pro bonis predictis. Et nullus
offitialis comunis pistorii civis vel forensis pos
sit audeat vel presumat aliquem civem
vel comitatensem pro ipsis bonis facta sibi pro
batione de solutione predicta quia alibi pro
ipsis bonis facteret ad solvendum aliquas
factiones in civitate pistorii cogere gravare

inquietare vel molestare realiter vel personaliter sub pena centum librarum denariorum pro vice qualibet qua contrafecerit aufferenda non obstante quod talia bona reperiantur scripta in catastro talis civis vel comitatensis Perusii nec aliquo alio quod in contrarium loqueretur.

De electione et officio quorundam bonorum hominum supra scripturis armarii revidendis et de ipso armario extrahendis. Rubrica

ccxx Item quia armarium communis Perusii et loca ipsius armarii sunt multis libris et inutilibus scripturis multipliciter occupata in tantum quod loca ibidem reponendis et conservandis utilibus que in dicto armario continue remictuntur sufficientia non existunt. Ideo statuimus et ordinamus quod domini priores artium civitatis Perusii possint teneantur et debeant eligere et deputare unum bonum et expertum civem perusinum qui una cum offitialibus armarii librorum communis Perusii videat perividat et examinet scripturas et libros inutiles in dicto armario existentes que iam sunt quinquaginta anni vel ultra ex quo fuerunt in dicto armario presentate et remisse que ad presens nullatenus requiruntur. Et possint teneantur et debeant ipsas scripturas et libros prout ei et dictis offitialibus armarii videbitur ad alia loca ipsius armarii restringendo reducere et seorsum ponere. Ita quod novis et supervenientibus detur locus non tamen ipsas scripturas et libros possint de dicto armario extrahere et extrahi facere vel ad alium locum deferre seu alibi reponere aliquo non obstante.

De summis summarum catastri universitati fiendis per offitiales armarii. Rubrica

ccxxi Item quod offitiales predicti vinculo iuramenti et ad penam centum librarum denariorum pro quolibet eorum teneantur facere summam summarum librarum hominum et personarum allibratarum in ipso catastro reducendo quodlibet miliare ad minutam ad centenarium. Et quando in catastro alicuius comitatensibus augetur vel minuitur augeatur vel minuatur summa summarum secundum diminutionem vel augmentum librarum singularium personarum. Et quod notarii deputati vel deputandi predicta scribere et facere teneantur ad mandatum dictorum offitialium sub dicta pena a contrafaciente quolibet aufferenda.

Quod maior sindicus non habeat aliquam cognitionem de questionibus catastri. Rubrica ccxxv

Insuper volumus quod maior sindicus iudex iustitie et dampnorum datorum vel aliquis alius offitialis forensis communis Perusii non possit nec audeat vel presumat se intromictere vel cognoscere nec aliquam cognitionem vel iurisdictionem habere per viam appellationis vel quocumque modo super aliqua petitione vel querela pertinente ad offitium catastri et offitiales catastri armarii communis Perusii mota vel movenda porrecta vel porrigenda, sed omnis cognitio et iurisdictio dicto domino maiori sindico et aliis offitialibus forensibus quo ad predicta per presens futuris in causis et questionibus movendis intelligatur esse et sit adempta omnis vigore presentis statuti pena dicto maiori sindico et cuilibet alii offitiali forensi se inmiscenti vel cognoscenti seu procedenti contra dictam formam quingentarum librarum denariorum in qua pena per eorum sindicatorem ex offitio sindicorum vel ad petitionem cuiuscumque debeat sindicari et de facto condempnari et quicquid secus factum fuit vel fieret non valeat nec teneat ullo modo sed sit et esse intelligatur nullius efficacie vel valoris.

Quod allibrati in catastro alicuius universitatis teneantur contribuere ad omnia honera occurrentia tali universitati non obstantibus aliquibus pactis. Rubrica

ccxxvi Statuimus etiam et ordinamus quod quicumque fuit scriptus positus vel accatastratus in libro libre et catastri alicuius castri vel ville comitatus Perusii inter homines et personas sive cum hominibus et personis talis castri vel ville teneatur et debeat solvere facere et

contribuere una cum hominibus et personis talis
castri ul ville in quo ul qua allibratus fuit datiom
collectas et alia omnia et singula honera realia
personalia subire et portare teneatur et debeat
pro quantitate sue libre prout et sicut alij allibrati
in dicto castro ul villa et non aliter ul alio modo
non obstantibus aliquibus pactis initis et ce
lebratis inter aliquem ul aliquos de universi
tate et universitatem castri ul ville nec ali
quibus laudis arbitramentis seu sententiis latis per
quoscumque judices ul arbitros ul arbitra
tores ul aliquibus cuiuscumque continentie et
tenoris ul aliquibus statutis ul ordinamentis
ul provisionibus etiam per verba derogatoria lo
quentibus que omnia quo ad predicta ipso iure
volumus non valere. Et quod tales allibrati ut dic
tum est ad petitionem sindici talis castri ul
ville ul alterius cuiuscumque petentis cogi pos
sint et debeant per potestatem et capitaneum et
quemlibet alium offitialem comunis perusii ad solvendum
et faciendum datia et collectas factiones et
alia honera supradicta pena cuilibet offitiali
requisito si negligens fuit in predictis quingen
tarum librarum denariorum tempore sui sindicatus per
suos sindicatores auferenda quotiens contrafecerit
per comunem perusii aliquibus generalibus ul specialibus in
contrarium loquentibus non obstantibus.

CCxxiiij Quod non possit aliquid donari alicui
rectori alicuius terre comunis perusii nec
possit sindicari infra tempus lectum

Item statuimus et ordinamus quod debeat
inviolabiliter observari quod nulla civitas
castrum ul terra ad quam ul quod regimen
mictitur quandocumque per comune perusii possit or
dinare ex nunc ul reformare quod ante tempus
finiti offitij sindicetur ul sindicari debeat a
liquis offitialis eligendus et trasmictendus
per comune perusii decetero contra ul preter for
mam sue electionis et statutorum vigentium in
terris predictis et ex nunc auctoritate presentis le
gis intelligatur esse ablata potestas potestatibus
ul quibuscumque offitialibus talis terre pro
ponendi et in consilio reformandi aliquid contra
predicta et qui proposuerit et consilium quod
reformaret puniatur pena quingentarum librarum
denariorum pro quolibet contrafaciente comuni perusii applican
da. Nec etiam donare possint coronam co

barbettam ensem nec pallam auream ul argentea
ul cingulum sive schiagiale alicui ex dictis offi
tialibus nec capellum ul barbutam ul froncale
nec aliquid aliud tali offitiali eligendo et trasmic
tendo ul alteri pro eo directe ul per obliquum sub
dicta pena. Et potestas et capitaneus civitatis pe
rusij mictere non possint aliquem ex judicibus
suis ul offitialibus ad sindicandum aliquem
dictorum offitialium ante tempus finiti offitij
dictorum sindicandorum sed ad terras quas mictere
solent mictant ultimo die finiti regiminis dicti
talis sindicandi sub pena ducentarum librarum denariorum pro
quolibet eorum si contrafecerit in predictis tempore eorum
sindicatus auferendi per eorum sindicatores. Et ni
chilominus talis offitialis recipere non possit ali
quid de predictis et si receperit pena quingentarum
librarum que per maiorem sindicum comunis perusii tempore
sui sindicatus debeat auferri. Et de hoc expresse
debeat sindicari. Et teneantur insuper dicti pote
stas et capitaneus sive rectores mictendi ad dic
tas terras portare secum pacta que fuerunt i
facta et inita inter comune perusii et dictam terram
ad regimen cuius trasmictitur in publicam forma
manu cancellarij ul coadiutoris sui que pacta
dari debeant per cancellarium comunis perusii expensis
dicti comunis primis euntibus post publicationem
presentium statutorum. Et teneantur tales quibus
primo dabuntur per cancellarium semper reassigna
re successori de qua reassignatione confici faciat
publicum instrumentum et sic successive unusquisque
faciat. Et de hoc expresse debeant sindicari.
Teneantur etiam omnes supradicti offitiales in
fra tertiam diem a die reversionis instrumentum
sententie absolutionis ul condempnationis de suo
sindicatu deferre et ipsum instrumentum cancel
lario comunis perusii debeat assignare in quo cancellarius
scribere teneatur diem de presentationis quod
instrumentum produci possit coram maiori sin
dico tempore quo sindicabitur.

Quod fiat unus
liber qui stet in cancellaria comunis perusii
in quo scribantur forme venditionum
communantiarum et gabellarum dicti
comunis lecta CCxxv

Omnia fructus redditus et proventus communa
ntiarum et gabellarum comunis perusii modo vendit
modis et formis multiplicibus et diver
sis et sit conveniens quod de formis ipsarum

venditionum in cancellaria

venditionum in cancellaria cois pus copia habitur
Statuimus et ordinamus qd fiat et ordinetur in
dicta cancellaria unus liber qui vocetur formolari
um comunantiarum et gabellarum cois pus in quo li
bro ponantur et scribantur et registrentur manu
cancellarii cois pus vel alterius experti notarii
p dictum cancellarium eligendi omnes et singule for
me scdm quas in pnti tempore vendi consueverunt
ipe comunantie et gabelle Ita qd quelibet comuna
ntia et gabella in dicto libro pse habeat formam
suam cum pactis modis et cum capitlis consuetis Et
qd ex nunc dicte forme omnia ordinamenta de ipis ob
quentia sint et esse intelligantur vigore pntis
statuti inviolabiliter reservata et habeantur et
haberi debeant ac si in pnti volumine statutorum
de verbo ad verbum essent p ordinem registrata
Et qd tpribus debitis dicte comunantie et gabel
le vendantur et vendi debeant scdm formas pre
dictas et tenorem ipsarum et non contra preter vel
aliter ullo modo Salvo qd in casu in quo mutare
dictam formam cois pus evidens utilitas resul
taret qd tunc et eo casu dicta forma possit muta
ri addi et diminui vel noviter reformari prout
in consilio dnorum priorum et camerariorum artium ci
vitatis pus in quo interesse debeant saltem septe
ex prioribus et triginta camerarii et duo exco
servatoribus monete comunis pus misso et
obtento partito solempniter partito ad bussolas
et fabas p duas ptes adminus in dicto consi
lio existentes extiterit reformatum aliquo
non obstante. *De quodam libro fiendo in can*
*cellaria cois pus in quo scribantur omnia*
*relicta dco coi Rta*

CCXXVI Item quia coe pus propter negligentiam no CC
tariorum non registrantium Instrumenta ad dictum
comune spectantia in suo iure sepissime ledi
tur ac etiam defraudatur pnti capitulo duximus
statuendum Quod omnes et singli notarii qui
fuerint rogati de aliquibus legatis relictis
seu scriptis ptinentibus ad coe pus quocum
modo teneantur et debeant infra mensem a
die qua fuerint rogati continue computandum
sub pena ducentarum librarum den a contrafaci
ente quolibet p maiorem sindicum cois pus
auferenda scribere et registrare in quodam
libro magno fiendo et ordinando in dca can
cellaria in cartis mebranis de verbo ad verbum
Ita qd de ipis possit haberi copia pro coi cum necessi
tas immineret et tali notario registranti solvatur
de suo salario p massarios cois pus ad mandatum
dnorum priorum artium pipis dnis prioribus
placuerit. Insuper in dco libro ponantur scri
bantur et registrentur p cancellarium cois pus
vel coadiutatore puncta solennium ambaxiatarum
cois pus et relationes que fiunt p ambaxi
atores ad dicta puncta. Excepto qd in casu in
quo videretur dnis prioribus aliquam amba
xiatam vel eius puncta non esse ponendi quia fo
rte res non esset in publico retinendi tunc in ipo
libro ipa ambaxiata vel eius puncta et relatio
non ponatur sed alibi in occulto prout videbitur
dnis prioribus supradictis. Insuper fiat me
ntio in dicto libro ordinate de omnibus et singulis
favoribus et subsidiis recipiendis p dictum
comune a quibuscumque benivolis et ami
cis et p quanto tempore et de qualitate subsidii
transmittendi. Et simili modo mentio habe
atur de subsidiis et favoribus transmittendis
p dictum coe p sonis amicis et benivolis
quibuscumque ad perpetuam rei memoriam de
predictis Salvo qd ea que dicta sunt de dictis
scriptis p notarium registrandis non vendicet
sibi locum in notariis aliquorum offitialium or
dinariorum cois pus qui de scriptis ptinentibus
ad eius offitium librum faceret ordinarium
et ipum restitueret scdm formam statutorum
comunis perusii de hac materia dispone
tium.

*Quod non possit opponi contra scripturas et*
*subscriptiones cancellarii Rta*

Quia propter multiplicationem multarum CCXXVII
scripturarum cancellarie cois pus et offitii
prioratus diversimode et multipliciter
occupantium notarium dnorum priorum idem
notarius omnia scribere et in scriptis redigere
nequeat ut est decens ex quo posset comu
ni pus dapnum non modicum resultare. Id
circo salubri deliberatione sanccimus Quod
cancellarius cois pus presens et qui pro tempore
fuit possit rogari et scribere valeat omnia

et singula instrumenta precepta appodixas
reformationes et ordinamenta electiones of-
ficialium et alias quaslibet scripturas cu-
iuscumque tenoris et continentie. Quibus pre-
ceptis instrumentis reformationibus or-
dinamentis et aliis quibuscumque scripturis
scriptis seu subscriptis manu dicti cancel-
larii auctoritate presentis statuti plena
fides debeat adhiberi et valeant et teneat
et plenum consortiantur effectum ac si scrip-
ta et publicata essent manu dictorum notariorum
dominorum priorum. Et contra dictas scripturas
seu publicationes vel aliquam earum non possit
obici vel opponi quod nunc fuerint scripte seu
auctenticate manu notarii publici seu cum
alia solemnitate celebrate seu facte vel aliquod
aliud propter quod possent dicte scripture
seu subscriptiones quomodolibet vitiari
pena opponenti obicienti vel contradicenti quin-
quagintarum librarum denariorum sibi de facto auferendi
ad petitionem petentis. Et nichilominus quod
secus diceretur vel obiceretur non valeat
ipso iure.

De hospitali de colle et de priore et bonis
et rebus ipsius hospitalis R(ubrica)

ccxxviij Bona autem omnia et res lebrosorum hospi-
talis de colle et ipsius hospitalis que et
quas inpresenti tenet potestas et capitaneus et
priores artium in bono statu manutenere
teneantur et conservare ad utilitatem ipsius
loci et specialiter quod datum est vel fuerit eidem
hospitali a comuni pistorii per publicum instrumentum
et de bonis comunis pistorii ei vel eis ultra accipere
non permictant. Et si invenerint aliquem le-
brosum in civitate vel burgis vel comitatu pistorii
secundum iuditium medicorum. Quod potestas et ca-
pitaneus invenire et inquirere teneantur.
Et potestas et capitaneus eum de civitate
et burgis et comitatu pistorii exire compellant
et cogant eum quod ad dictum hospitale vadat
moraturus. Et predicta fiant ad petitione
cuiuscumque petentis sub pena centum
librarum denariorum. Rector autem vel prior dicti

hospitalis tales lebrosos missos ad ipsum
per potestatem et capitaneum recipere debeat
in eodem quandocumque per potestatem et capi-
taneum micterentur. Et si dictus rector vel
prior nollet recipere potestas et capitaneus
ad receptionem faciendam dictum rectorem
vel priorem compellere teneantur. Et si
potestas et capitaneus hoc fieri non fecerit
centum libras denariorum solvere teneantur
massario comunis pistorii. Non tamen aliquis le-
brosus in dicto hospitali recipiatur qui non
sit de civitate vel comitatu pistorii. Et dictus
rector eum recipere non debeat ullo modo.
Si vero potestas et capitaneus invene-
rint dictum hospitale occupasse vel occupa-
visse de possessionibus comunis pistorii ultra con-
cessionem ei factam illud occupatum tollat
et ipsum remictere in comune teneantur. Si
autem invenerint aliquem infirmum vel
sanum existentem in dicto hospitali qui non
sit ad mandatum et obedientiam dicti rec-
toris vel prioris et nollet suis mandatis in
omnibus obedire eum de dicto loco expelli
facere teneantur. Et potestas et capi-
taneus ad petitionem dicti prioris de facto
ipsum per suam familiam expellere teneantur
et ubi exire nollet quod ponat ipsum in carce-
ribus comunis pistorii de quibus relapsari non
debeat sine voluntate dicti prioris. Item rec-
tor vel prior dicti hospitalis per totum mensem
maii in hospitali predicto in helemosinarium
unum de familia ipsius hospitalis quem ma-
gis ydoneum invenire poterit eligere tene-
atur. Et ipse prior ipsius hospitalis he-
lemosinas distribuat per ipsum helemosi-
narium inter lebrosos et sanos prout ei
melius videbitur expedire. Qui in po-
testatem rationem administrationis sui offitii
reddere teneantur coram maiori sindico
in fine cuiuslibet anni sub pena ducentarum
librarum denariorum pro quolibet eorum. Et teneantur
coram dicto maiori sindico producere librum
introytuum et expensarum dicti hospitalis
manu notarii dicti hospitalis. Nullus

autem lebrosus in dicto hospitali baptiam ha
beat coram prioris presentibus tamen lebrosis et
familiaribus ipsius hospitalis. ¶ Indomo
debuimo nullam familiam audeat retinere et
omnes helemosine que portabuntur ad hospi
tale portentur in domum superius nominatam. ¶
priores aut de bonis et rebus hospitalis
marie de silvis ipsius hospitalis non possit
facere aliquam alienationem nec de bonis in
trantibus in dictum hospitale sine consen
su et voluntate consilii camerariorum civi
tatis pistorii. Si autem contrafecerit contractus
sit ipso iure nullus et non teneat ullomodo.
Item potestas et capitaneus aliquem le
brosum qui non sit de iurisdictione pistorii in
toto districtu pistorii stare vel morari nec in
civitate vel burgis vel comitatu pistorii non per
mictant nisi tantum in hospitali predicto eos
qui fuerint de civitate vel burgis vel comitatu
pistorii cogant ad standum et morandum in dicto
hospitali dumtaxat et non in alio loco ci
vitatis burgorum vel comitatus pistorii permic
tant. ¶ Pullos vel porchos seu alia ani
malia nullus lebrosus mittat ad vendendum
set vendere inter se liceat cuilibet converso.
¶ Liceat tamen dictis lebrosis stare in lo
cis eorum scilicet castiano cuspino burdiacho
ne et tracciano contradictione aliqua non
obstante. ¶ Lebrosi aut et lebrose in suo
ingressu debeat sua bona mictere in dicto
hospitali et bona ipsorum lebrosorum in hospitali
predicto deveniant nisi superent exeo filii
masculi vel femine in quo casu bona sua
filiis remaneant nisi ille vel illi aliter dispo
neret. ¶ Si vero lebrosus vel lebrosa ha
berit comunia aliqua cum suis consanguineis
illa bona dividantur et pars lebrosi eorum
bonorum in dictum hospitale veniat. Si
vero lebrosus cum aliquo bona dividerit non
haberit ipsa bona in hospitale deveniant
¶ Et liceat priori et sindico hospitalis pos
sessione bonorum ipsorum lebrosorum sua auc
toritate ingredi et eis uti et frui. Et hoc
intelligatur si filius vel filii masculi vel

femine non superent sicut superius est expres
sum. ¶ Quicumque autem de bonis lebro
sorum habet vel habuerit aliquid iniuste dicto
hospitali restituere teneatur. Et ab ipso
per priorem vendicari possit auctoritate
presentis legis tamquam a vero domino. ¶ Et di
cimus si aliquis lebrosus postquam fuerit a
lebra passus qui fuit sine liberis fuit
receptus in dicto hospitali contractu alique
bonorum suorum in totum vel in partem post dictam
receptionem facere non possit et si contrafecerit
contractus sit ipso iure nullus et in nullo
preiudicet hospitali predicto. ¶ Liceat tamen
cuilibet lebroso et lebrose dividere et relin
quere bona sua inter filios et nepotes et de
scendentes per lineam masculinam. Si vero filias
haberet vel neptes ex filio dotare possit et
debeat de bonis dicti lebrosi vel lebrose secundum con
ditionem et qualitatem persone et facul
tatem bonorum dicti lebrosi vel lebrose. Dum
tamen hospitale etiam non fraudetur. Et si
habens fratrem vel sororem relicta parte
fratris vel sororis pars tota eorum in hospitale
deveniat supradicto aliquo contractu facto
de parte sua fratri vel sorori postquam fuerit le
brosus effectus abeo hospitali predicto ali
quatenus non obstante quin pars sua in
hospitale predictum deveniat. Et pote
stas et capitaneus possidentem et tenentem
ipsa bona compellant in continenti ad resti
tuendum hospitali superius nominato summarie
et de facto sine strepitu et figura iudicii et
iuris ordine non servato. ¶ Item potestas
et capitaneus et priores artium civita
tis pistorii fieri faciant inventarium de bonis
omnibus mobilibus et stabilibus dicti hospi
talis per priorem presentem et quicquid ipi
hospitali accresceret vel in ipsum quacumque
iure deveniret ad unum mensem postquam ac
creverit vel devenerit in ipso inventario po
ni facere teneantur. ¶ Lebrosi autem et
lebrose de civitate vel comitatu pistorii

commorantes in aliis hospitalibus quod in hospitali
de colle si venire voluerint et stare in dicto hospi-
tali recipi debeant in eodem dummodo omnes res
eorum quas habuerint ad dictum locum deferant eas
dicto hospitali totaliter prebituri. Advene
vero et forenses nullatenus recipiantur in ho-
spitali predicto. Item quod potestas et capitaneus
et eorum offitiales ad penam quingentarum librarum de
eorum proprio salario teneantur et debeant ad petitionem
prioris seu alicuius oblati hospitalis de colle pu-
blice et secrete inquirere et facere inquisitionem contra
omnes et singulas personas detinentes contra ius
et iustitiam bona et res dicti hospitalis ad ho-
spitale spectantia et pertinentia et faciant ea bo-
na relapsari libera et expedita et cogant de-
tinentes et possidentes realiter et personaliter
quousque non relaxaverint et restituerint bona et
res predictas aliquo capitulo statuti non ob-
stante. Et etiam in predictis et pro predictis pos-
sit procedi summarie sine libelli oblatione et li-
tis contestatione et strepitu et figura iudicii.
Item quod nullus in dicto hospitali nec ad ti-
tulum dicti hospitalis possit presentari nec
puer promoveri ad ordines clericatus nisi
primo se et sua bona offerat hospitali predicto
et promittat hobedientiam et reverentiam secundum
formam iuris et quandocumque se offerat in
contractibus et negotiis non teneatur prior
ipsum vel alios oblatos seu infantes vel fami-
liam recipere sed solum priores et cives pisinos.
Item quod quicumque est oblatus seu erit in
futurum dicti hospitalis non possit gravari
realiter nec personaliter de datiis et collectis pro
civitate pisana seu per aliquam universitatem in qua
esset allibratus seu allibrari et solvere datias
et collectas solvere sed ab eis debeant immunes
a predictis et quolibet ipsorum et ab omni honere
imponendo quomodocumque in comitatu pisano
et comitatensibus pisanis contra universita-
tes in quibus tales essent allibrati per quibus
gravari seu molestari non possint de aliqua da-
tia vel collecta vel aliquo alio honere seu impo-
sitione. Et quod gaudeat privilegio honorum
nalium civium pisinorum tam in offensionibus
quam in defensionibus aliquo non obstante. Et
quod universitas in qua castro esset allibratus

talis oblatus pro libra ipsius nullatenus aggra-
vetur et ipsius libra de catastro per offitiales ar-
marii penitus tollatur et cancelletur. Volumus
insuper quod nulli liceat dicere allegare opponere
vel contradicere quod hospitale de colle vel eius
bona non sit civitatis pisane et quod non sint oblati sub-
iecti iurisdictioni potestatis et capitanei dicte
civitatis sub pena et ad penam dicenti alle-
ganti vel contradicenti ducentarum librarum denariorum
et quod talis dicens allegans opponens vel contra-
dicens non debeat audiri per potestatem vel capi-
taneum vel alium offitialem communis pisani
sub pena dicti potestati capitaneo et aliis
offitialibus ducentarum librarum denariorum eis debeat
auferri per eorum sindicatores tempore sindica-
tus. Statuimus insuper quod si dictum hospi-
tale in aliqua parte comitatus habet aliquem
rem stabilem unius omine sementis vel pau-
lo plus vel paulominus in quocumque loco
sive locis et crediderit prior dicti hospitalis
esse utile dicto hospitali vendere dictam rem
unam vel plures in quocumque loco comitatus
sitam vel sitas cum sit utile plures res in
diversis locis positas ad unum reducere quod
dictus prior possit licite vendere dictas res
stabiles et pretium ipsarum rerum convertere in emp-
tione aliarum rerum stabilium emendarum per dictum
priorem in eo loco in quo crediderit esse utile
pro hospitali predicto sine temporis interval-
lo et sine aliqua dilatione et aliter vendere
non possit non obstanto statuto quod loquitur
quod prior non possit vendere res stabiles dicti
hospitalis. Et predicta fiant de conscientia
et voluntate priorum artium. Item quod qui-
cumque est seu erit in futurum positus pro civitate
pisana in dicto hospitali et vitam habeat seu
habere debeat in futurum vel alia quecumque
persona habens vitam victum et vestitum
in dicto hospitali et decederet quod omnia sua bo-
na deveniant in hospitali predicto. Et quod prior
sua auctoritate possit tenutam apprehendere
et possessionem bonorum talis morientis tenere
et possidere aliquo non obstante. Dummodo pre-
dicta non intelligantur nec locum habeant in
illo qui est vel erit prior dicti hospitalis vel

in bonis eius nec in presbiteris qui nunc sunt et steterunt in hospitali predicto vel eorum bonis. Item quod dictus prior et sui familiares et notarius possint omnia arma portare impune per comitatum Pisanum, quorum familiarium nomina et prenomina debeant in scriptis dari cancellario communis Pisani, et non possint excedere numerum octo familiarium ad plus. Scilicet prior et notarius per civitatem et comitatum Pisanum, familiares vero per comitatum tantum et usque ad portas burgorum civitatis, dummodo sint domestici et conventuales dicti hospitalis et eo degentes. Et de hoc in assignatione nominum predictorum fiat fides per priorem predictum per proprium iuramentum coram cancellario supradicto. Item quod dictus prior presens et qui pro tempore fuerit, durante sibi offitio prioratus, non possit cogi ad aliquod offitium aliud communis Pisani recipiendum vel exercendum, excepto offitio prioratus civitatis Pisane, ad hoc ut dicto offitio prioratus dicte domus magis comode intendere possit et pro ipsius hospitalis utilitate. Item volumus quod in illo concessu per offitiales communis Pisani ad aconcimentum fossorum dicti hospitalis et stecchatorum et aliis ad alia aconcimina possint cogi oportuno tempore per priorem dicti hospitalis ad faciendum et observandum et contribuendum ad ea que tenentur et debent. Item volumus quod quilibet oblatus et familiaris alius quicumque in dicto hospitali existens teneatur obedire dicto priori et mandatis suis parere, et qui erunt inobedientes possit dictus prior capi facere per familiam potestatis vel capitanei. Quam potestas et capitaneus dare teneantur dicto priori ad suam petitionem, et ipsos incarcerari facere et in carceribus poni prout dicto priori videbitur et placebit secundum qualitatem delicti et culpe. Item cum oporteat circha dictum hospitale et eius bona per priorem et notarium eius habere magnam sollicitudinem, volumus quod dictus prior et notarius habeant et habere debeant anno quolibet de bonis dicti hospitalis pro eorum salario et labore et quolibet eorum quinquaginta libras denariorum. Quod salarium dictus prior possit sibi retinere de pecunia dicti hospitalis et notario suo salarium solvere sine alia appodixa

precepto vel mandato. Item cum bona dicti hospitalis sint attributa dicto hospitali et leprosis et alimentis eorum, et interdum priores artium civitatis Pisane cogunt priorem ad exenia danda de bonis dicti hospitalis, et etiam ad parandum in dicto hospitali per eos sub specie revisionis bonorum et rerum dicti hospitalis fercula et convivia, et accedunt ad dictum locum cum multa gente et ibidem faciunt expensas inutiles et quasi importabiles, quod non est conveniens. Ideo statuimus et ordinamus et mandamus inviolabiliter observari quod priores artium predicti non possint cogere neque debeant dictum priorem dicti hospitalis ad aliqua exenia vel munera de bonis dicti hospitalis danda, neque de bonis dicti prioris, nec etiam accedere possint ad dictum locum nisi duo tantum de prioribus qui ire possint cum quatuor familiaribus et non pluribus pro quolibet prioratu, preter quando irent ad indulgentiam sancte Marie de angelis in kalendis augusti vel die sequenti, quo tempore ire possint in eo numero quo voluerint sociati cum familiaribus ipsorum et non cum aliis quibuscumque personis, ad penam et sub pena ducentarum librarum denariorum pro quolibet priore contrafaciente et qualibet vice, de quibus ipsi debeant sindicari et in predicta pena debeant condempnari per maiorem sindicum communis Pisani tempore eorum sindicatus. Item volumus quod potestas capitaneus et maior sindicus et iudex iustitie inquirere debeant ad petitionem dicti prioris contra omnes dapnadantes in bonis dicti hospitalis et ipsos punire et condempnare secundum formam statutorum dicti communis que imponunt penam dampnum dantibus in bonis alterius.

Quod hospitale sancte Marie de misericordia sit exemptum a solutione gabellarum etc.

Item quod hospitale sancte Marie de misericordia de Kinsica prope sancti Petri et priores et gubernatores ipsius hospitalis de cetero non possint nec debeant cogi, gravari vel impediri ad solutionem aliquarum gabellarum pro fructibus, redditibus et proventibus bonorum dicti hospitalis faciendam dicto communi vel habentibus causam ab eo nec etiam CCXXVIIII

ad solutionem alicuius collecte imposite vel indictionis fiende et imponende per dictum comune Pisarum qualiter vel specialiter dedisit et esse intelligatur dictum hospitale exemptum et immune. Et exemptionem et immunitatem habeat et habere intelligatur ab omni honere reali et personali et omni factione et angaria que imponi possit dicto hospitali pro rebus et possessionibus ad dictum hospitale pervenitis et pervenientibus et manentibus ex personis illarum personarum quarum fuissent dicta bona vel alia quacumque ratione vel causa. Et quod laboratores et coloni tam partiarii quam nummus colentes earum rerum predictarum non possint nec valeant aliquo modo gravari molestari vel etiam inquietari. Et quod etiam venditores ipsarum gabellarum presentes et futuri in venditionibus fiendis de ipsis gabellis teneantur et debeant reservare et observare huiusmodi privilegium et beneficium dicto hospitali concessum per comune Pisarum et omnis venditio que de cetero fiet de huiusmodi gabella intelligatur esse facta cum reservatione confirmatione et privilegio predictis dicto hospitali factis ut dictum est et secus factum non valeat nec teneat ipso iure. Et cuilibet contrafacienti vel molestanti dictum hospitale et priores et gubernatores ipsius hospitalis et factores negotiatores et gestores ipsius ac etiam laboratores et colonos et alios quoscumque nomine dicti hospitalis intervenientes quingentarum librarum denariorum que pena ab eis de facto auferatur et auferri debeat per dominum potestatem et capitaneum. Et quilibet possit tales contrafacientes accusare et denumptiare. Et habeat et habere debeat talis accusator quartam partem banni et pene que contrafacienti auferatur aliquo statuto ordinamento et reformatione in contrarium loquentibus non obstantibus.

CCXXX De ordeo comunis dando dicto hospitali misericordie. Rubrica

Item cum cives Pisani temporibus quibus infirmantur communiter mictunt ad dictum hospitale misericordie pro farina ordei in quo dictum hospitale multum de ordeo positum est quectam et ad relevandum dictum hospitale ab huiusmodi gravamine officiales comunis Pisarum super tempore bladi dicti comunis nunc deputati et qui pro tempore fuerint annuatim singulis annis teneantur dare et tradere vigore presentis ordinamenti prioribus et rectoribus ipsius hospitalis seu alteri pro eis decem corbes ordei de ordeo dicti comunis Pisarum ad eorum manus perveniendo. Et simili modo et causa debeant et dare et tradere teneantur et debeant de dicto ordeo annuatim prioribus Sancti Francisci de Pisis et hospitali mercantie de Pisis decem alios corbes vel duos fratribus Sancti Francisci corbes et reliquos quinque corbes hospitali predicto dicto sub pena centum librarum denariorum vice qualibet per maiorem sindicum ad petitionem priorum dictorum hospitalium seu sindici dictorum fratrum de facto auferenda aliquo non obstante.

Quod contra instrumenta sindicatus et procurationis personarum sindicorum dicti hospitalis non possit opponi. Rubrica

CCXXXI Item quod contra mandatum sindicatus et procurationis pro dicto hospitali vel contra personas sindicorum et procuratorum non possit opponi aliquid nec dici vel obici pena opponenti et obicienti centum librarum denariorum et oppositio et obiectio non valeat ipso iure. Dummodo dictum mandatum appareat per publicum instrumentum habens solempnitates publici instrumenti. Et quod eo casu quo contra mandatum ipsum non obiceretur dictum hospitale tale mandatum aliqua ratione non valeat impugnare. Et quod contra mandatum ipsum obici possit quod constitutus procurator vel sindicus non possit esse procurator vel sindicus. Et etiam possit opponi de revocatione et falsitate.

De officio et officiali super grasciis. Rubrica

CCxxxj Statuimus et ordinamus quod pro tempore fu-
turo ad guastum aliquod faciendum in
civitate Pis. vel districtu Pis. pro homicidio
vel aliquo alio maleficio pro quo guastum fieri
deberet vel destructio bonorum alicuius seu ad
videndum bona communis Pis. publicata non
nullus accedere possit vel debeat nisi infra-
scripto modo et ordine. Sed quod tantum miles
seu socius et familiares potestatis et capi-
tanei qui ipsum guastum facere debue-
rint possint ad ipsam destructionem facien-
dam. Et si dicti socius et familiares ali-
quem duxerint contra formam presentis
capituli puniatur dominus potestas vel dominus
capitaneus cuius socius et familiares ac-
cesserint ad predicta et contrafecerint in
sindicatu summarie pro vice qualibet in mille
libr. den. Dummodo predicta non intelliga-
tur in baylitoribus et preconibus qui tunc
accederent pro executione predicta. Qui
familiares potestatis et capitanei vadant
et ire teneantur eorum expensis nec dictam
causam vel aliam tunc a communi castri vel ville
alicuius vel alia persona possint aliquid ac-
cipere vel recipi facere directe vel per obli-
quum sub dicta pena mille libr. denariorum
que pena per sindicatores eorum auferatur
ab eis de facto non obstante aliqua refutati-
one eis facta vel fienda. Sed tantummodo cum
eis accedere debeat unus bonus homo
et offitialis et notarius qui eliguntur et
eligi debeant ad sacchettum et de sacchetto
extrahi et publicari de sex mensibus in
sex menses. Et cogatur ipsi offitiales et
notarius et intelligatur ipse offitialis et
et sit sindicus communis Pis. ad recipiendum
portionem bonorum devastandorum vel etiam
publicandorum pro communi et secum ducat
tempore quo ibit ad destructiones facien-
das seu ad accipiendum partem bonorum
publicatorum pro communi suum notarium et unum
mensuratorem quem secum ducere debe-
rit et sit etiam sindicus ad vendendum

dicta guasta et ad recipiendum dictum
pretium et ad dividendum inter commune
et spetiales personas. Qui offitialis et sin-
dicus teneatur et debeat accipere pretium
guasti vendendi pro communi dummodo nil
aliud veniat in dicta venditione nisi solum
guastum rerum que destrui deberent per formam
statuti et facto reddito aguasto infra ter-
tiam diem reddere et dare massariis communis
Pis. omne id et totum quod apud se fuerit
de pretio venditionis dicti guasti. Dummo-
do retinere possit pro suo salario et dicti notarii
et mensuratoris et tubatoris pro die qualibet
sine alia appodixa pro quolibet eorum. viginti
soldos denariorum et pro quolibet baylitore pro
die. decem. sold. den. Et si de pretio dicti
guasti eis satisfieri non posset vel cum acce-
derent ad dividenda bona publicata com.
habeant dictum salarium a communi Pis.
et a massariis ipsius communis. Quod quidem
salarium dicti massarii teneantur eisdem
dare sine aliqua appodixa. Et stetur dic-
to dicti offitialis quot diebus steterint et ser-
viverint ad predicta cum iuramento suo.
Ita tamen quod si facto guasto non reperiretur
aliquis qui sufficiat promictat in dicto
guasto dictus et offitialis possit et tene-
atur ipsum guastum extimare ut viderit
convenire et scribi facere per suum notarium
et assignare et assignari facere sindico com-
munis vel ville in cuius pertinentiis erunt res de-
struende. Et idem sindicus pro militem et
familiares potestatis et capitanei cogatur
solvere dictam quantitatem ac si sponte
se obligasset summarie sicut cogeretur ex
instrumento confessionato statim visa dicta
extimatione facta per dictum sindicum et of-
fitialem communis Pis. et scribenda per eius
notarium. Qui sindicus communis Pis. realiter
et personaliter cogatur dictum offitium facere
et exercere. Et similiter divisiones diffi-
nitiones et venditiones fiende de guastis

in civitate et burgis perusii proprium sindicum et
offitialem communis perusii fiant et fieri debeant et non
per alium ullo modo sub dicta pena non obstantibus
dictis divisionibus vel aliqua reformatione
statuto vel ordinamento in contrarium loquente
quibus omnibus per presens capitulum totaliter
derogetur.

De electione et offitio offitialium super
vecturis. Rubrica

CCXXXVIII Potestas et capitaneus teneantur et debe-
ant quando eligentur alii offitiales communis
perusii eligi facere in maiori consilio civitatis
sorte brevium duos offitiales scilicet unum
bonum hominem et unum marescalcum et
eligatur cum eis simili modo unus notarius
Qui sint super vecturis et duret eorum offitium
per sex menses Et sic de sex mensibus in sex
menses eligantur Et habeat quilibet eorum
pro suo salario a communi pro dictis sex mensibus
viginti soldos denariorum Qui offitiales teneantur
et debeant facere bapnum per totam civitatem
et burgos omni mense semel quod omnes venentes
equos seu mulos causa dandi ad vecturam
compareant coram eis cum ipsis equis
et mulis intra octo dies a tempore bapnime
ti assignandi dictis offitialibus ipsos equos
et mulos et ipsos equos et mulos qui occasi-
one dandi ad vecturam coram eis fuerint
assignati et omnia signa et maculas et ma-
gagnas eorum scribi faciant et postea eos
bona fide sine fraude debeant extimare itaque
illi quorum fuerint extimationes scire non va-
leant. Cum vero dicti equi vel muli morien-
tur vel magagnarentur penes conductorem ita
quod non essent recipiendi a locatore illi quorum
fuerint equi vel muli recipiant et habeant a
conductore extimationem contentam in libro
offitialium predictorum et non aliam ullo modo
non obstante extimatione seu venditione facta
in fraudem illi vel illis qui equos dixerunt
per instrumentum seu per confessionem et non ob-
stante si conductores renuptiabunt presenti capitulo
statuti Et utrum dicti equi vel muli sint
recipiendi vel non per locatorem a conductore
semper sit in providentia offitialium predictorum
Et confessio seu instrumentum cuiuscumque
conditionis extet a die restitutionis vel

assignationis ultra nullius valoris seu mo-
menti existat et ita restitutio et assignatio pro-
bari possit tam per testes quam per instrumenta non
obstante aliquo instrumento seu confessione seu
aliquo statuto capitulo statuti. Nullus
insuper offitialium communis perusii a xv diebus in
antea a die restitutionis seu reassignationis e-
quorum seu mulorum restituti seu reassignati aliquem
intelligant ullo modo ullo modo occasione in-
strumenti seu confessionis tam de equis et mulis
quam etiam de vectura infra quos viginti dies tene-
antur petere et querelam proponere coram iu-
dice Et ipse iudex debeat dictam causam ex-
pedire et terminare et si per locatorem steterit
ulterius audiri non debeat non obstante aliquo
capitulo seu capitulis statuti precedentibus
et subsequentibus quibus omnibus per presens capi-
tulum derogetur. Statuimus insuper quod qui-
cumque equum vel mulum dederit seu locave-
rit ad vecturam pro vectura cuilibet diei octo soldos
denariorum ad plus recipere valeat scilicet a kalendis no-
vembris usque ad kalendas martii Et a kalendis martii
usque ad dictas kalendas novembris decem soldos
denariorum non obstante aliqua promissione seu
confessione quam reciperet de vectura sibi sol-
venda non obstante aliquo capitulo statuti quod
hoc capitulum precederet seu si etiam seque-
retur Et si quis pro vectura alicui diei vel
occasione vecture ultra receperit quam dictum sit x
viginti quinque libras denariorum pro vice qualibet solvere
teneatur et ad vecturam restituendam quod ultra
octo soldos denariorum et decem ut dictum est acceperit
per potestatem et capitaneum compellatur Et
sufficiat probatio unius testis fidedigni de veri-
tate cum sacramento conductoris. Si quis autem
preter dictam formam equum seu mulum
dederit seu locaverit ad vecturam seu vendi-
derit in fraudem occasione vecture et eundem
equum seu mulum receperit seu redemerit
Et post talem receptionem alicui dictum x
equum seu mulum dederit ad vecturam
seu in fraudem vendiderit vel quocumque modo
vecture seu pretii prestiterit offitiales communis
perusii eum non intelligant neque audiant et
ius sibi non faciant de ipsis equis et mulis atque
vecturis ullo modo et pretextu confessionis
vel instrumentorum ei ius non debeant observare

et aliquem capere non debeant talibus locatoribus respondere. Et predicta dicimus observari si clare apparebunt per notarium qui fecerit instrumentum seu etiam per testes tam de equis et mulis quam etiam de vecturis. Et insuper solvat quilibet contrafaciens in predictis viginti quinque libr. den. nomine pene pro vice qualibet que pena de facto sibi debeat auferri per potestatem vel capitaneum sine alio processu libello vel inquisitione de simplici et de facto ad petitionem cuiuscumque petentis. Et potestas vel capitaneus eum debeat condempnare. Et si potestas vel capitaneus ad dictam penam imponendam et exigendam fuerint negligentes quinquaginta libr. denariorum de eorum salario communi Pisarum solvere teneantur. Et si equus vel mulus qui locaretur ad vecturam penes conductorem moriretur vel efficeretur inutilis quod a die quo moriretur vel inutilis efficeretur in antea ad aliquam vecturam solvendam locatori conductor minime teneatur sed teneatur locatori ad solvendum vecturam usque ad dictam diem qua moriretur vel inutilis efficeretur. ¶ Et ad extimationem talis equi vel muli secundum quod reperietur in libro notarii ad dictum offitium deputati quam extimationem et vecturam dare teneatur dictus conductor dicto locatori infra terminum decem dierum a die reversionis dicti conductoris si reverteretur ad civitatem. Si autem non reverteretur ad civitatem vel in comitatum teneatur et debeat notificare dicto locatori per suam licteram infra decem dies et infra alios decem dies facere sibi solvi. Et si non solveret infra dictum terminum teneatur ad extimationem et vecturam ac si dictus equus vivus esset et sanus. Et si contigerit conductorem mori quod dicti decem dies currant ad solvendum heredibus talis mortui vel fideiussoribus prestitis per talem conductorem a die qua notum erit in civitate Pisarum de morte talis conductoris. Et ne fraus fiat simul quod dicatur equus vel mulus locatus mortuus qui non esset quod teneatur dictus conductor probare per testes vel instrumentum de morte dicti equi vel muli et aliter dicto beneficio gaudere non debeat de quo supradictum est. ¶ Preterea volumus statuentes quod si potestas vel capitaneus vel priores artium vel alter eorum miserint aliquam personam ad aliquem locum pro facto negotio communis Pisarum et eidem tali qui fuerit missus moriretur aliquis equus quem duceret vel magagnaretur vel perderetur volumus quod talis equus qui moriretur vel perderetur emendetur ei per commune Pisarum. Et potestas et capitaneus dictum equum mortuum magagnatum vel perditum ei faciant emendari non obstante si dictus equus non fuerit assignatus vel etiam extimatus.

## De offitio offitialium super represaliis concedendis. Rubrica. CCXXXIIII

Statuimus quod super represaliis concedendis eligantur et eligi debeant quinque boni homines de artibus scilicet unus per qualibet porta que electio dictorum quinque bonorum hominum fiat et fieri debeat per priores et camerarios infra octavam diem a die publicationis presentium statutorum. Et sic ad electionem dictorum offitialium de sex mensibus in sex menses procedatur pena ipsis prioribus et camerariis si negligentes fuerint in electione predicta centum libr. pro quolibet que pena per eorum sindicatores de facto auferatur. Qui boni homines et offitiales habeant plenam potestatem concedendi represalias cui de iure cognoverint concedendas et concessas tollendi scilicet quas pro debito de quo non appareret instrumentum confessionatum vel guarentigiatum concesse essent cui crediderint concessas non fore de iure. Dum modo post examinationem per eos factam concedere non possint nec tollere huiusmodi huiusmodi represalias nisi de presentia consensu et voluntate consilium mercatorum auditorum cambii et camerarii calcolariorum et artis lane de quibus omnibus ad minus sex debeant novem in concordia et si aliter concederet non valeat. Qui offitiales teneantur sedere duobus diebus qualibet settimana scilicet die lune et die veneris intra cameram conservatorum monete et massariorum communis Pisarum scilicet de mane usque ad tertiam et post nonam usque ad vesperas et aliquam concessionem dictarum represaliarum facere non possint vel sequestrationem nec facere presumant contra dictam formam et dicta forma

no servata sub dicta pena eis defacto si contra
fecerint aufferenda per eorum sindicatorem. Qui
quidem offitiales eligendi et dicti consules au
ditores et camerarii infra tempus trium mensium
proxime venturorum a die electionis fiende de eis
omnes represalias et sequestrationes concessas
videre et examinare teneantur et que iuste
et iuridice concesse fuerint illas pronuntiare
iuridicas et iuridice concessas et debere executioni
mandari. Quas vero invenerint iniustas
et non iuridice concessas scilicet quia pro debito de
quo non appareret instrumentum confessionatum
vel quarentigiatum concesse essent illas pronun
tiare nullas et nullius valoris esse vel effi
catie. Et tales habentes ipsis uti non posse
eas vero quas quis haberet pro iuribus que sibi
deberentur de quo debito haberet instrume
tum confessionatum vel quarentigiatum dicti
offitiales cassare vel tollere non possint. Et
etiam habeant et habere debeant dicti quinque
boni homines unum notarium ydoneum et
sufficientem qui stet cum eis et scribat ea
que egerit et fecerint et occurrerint facie
nda in offitio supradicto eligendum per eos
priores et camerarios de quibus prioribus
in electione predicta ad minus sint et es
se debeant septem in concordia et de dictis
camerariis sint triginta presentes et vi
ginti in concordia. Et in offitiales ut dictum est
sedere debeant ad iura reddendum sub dicto pe
riculo sub pena decem soldorum denariorum pro quolibet
contrafaciente et qualibet vice que pena de
facto aufferatur a contrafaciente pro qualibet
vice per ensilitem capitanei populi pena centum
librarum denariorum aufferenda per suum sindicatorem si
negligens fuit in predictis. Et quandocumque
dicti consules auditores et camerarii requi
rentur a dictis quinque ad examinationem pro
cessuum et deliberatione faciendam utrum
sint concedende vel non huiusmodi represalie
teneantur et debeant coram eis comparere
ad dictam examinationem et deliberationem
faciendam sub pena viginti soldorum denariorum

pro quolibet et qualibet vice que pena de facto
aufferatur per dictum ensilitem capitanei sub
dicta pena centum librarum denariorum. Teneantur
etiam dicti offitiales represalias iam con
cessas revidere approbare vel improbare infra
terminum trium mensium proxime venturorum
a die acceptationis computandorum dicti offitii
ad quod acceptandum compellatur per
potestatem vel capitaneum infra octo dies a die
electionis sub pena et ad penam centum librarum
denariorum et pro quolibet eorum qui requisitus fuit
et erit negligens in predictis que pena per eius
sindicatorem tempore sui sindicatus debeat
aufferri pro comuni et de quicquid fecerit contra
predictos qui non acceptaret non possit sindi
cari vel inquietari. Et si dicti boni homines et
offitiales supradicti infra tres menses predictos
predicta non expedivierint incidant in penam
trecentarum librarum denariorum pro quolibet que
pena elapsis dictis tribus mensibus per pote
statem vel capitaneum de facto debeat aufferri.
Et nichilominus infra decem dies subse
quentes debeant expedivisse quod si non fecerint
possint habentes represalias tunc uti. Et te
neatur etiam expensis eorum prius requirere
omnes comunitates contra quas concesse sunt
et notificare ordinamentum factum et si voluit
de eorum iure dicere vel allegare eo dare termi
num competentem. Et si occasione cul
pe vel defectus alicuius de civitate vel comitatu
Pisis essent concesse de iure et iuste contra
Pisanos alique represalie vel in futurum con
cederentur. Ex per potestatem et capitaneum
civitatis Pisis talis Pisanus et comitatinus
cuius defectu vel culpa tales represalie erunt
concesse contra eos Pisis ad petitionem cuiuscumque
petentis cogatur de facto ad faciendum ipsas
tolli removeri et elevari suis sumptibus et ex
pensis infra terminum trium mensium et
si non fecerit teneatur summarie et de facto sine
strepitu et figura iuditii satisfacere de suo omnia
dampna expensas et interesse que et quas
substinuerit aliquis Pisanus seu comitatensis
occasione dicte represalie. Ita tamen quod potestas

supra proxime locum non habeant contra illos
contra quos essent concesse de represalie ex eo
quod comune Pisis sibi iam represalias concessisset.
Et si capitaneus et potestas ad predicta fue-
rint negligentes puniantur per sindi-
catorem in quingentis libris denariorum. Denique per
sindicatorem specialiter debeant sindicari.
Et predicta ad observationem predictorum modi
et forme predicte in concessione represaliarum
teneantur etiam per presentes offitiales super
represaliis et aliter vel alio modo ad concessionem
aliquarum represaliarum sine consensu predictorum
consilium auditorum et camerariorum ut dictum
est procedere non possint et si secus fieret non
valeat ipso iure et dictum capitulum fir-
matur et locum habeat exnunc. Siquis in
civitate vel comitatu Pisis habuerit vel
haberet instrumentum confessionatum seu
guarentigiatum alicuius debiti contra comune et
universitatem seu comunitatem et homines a-
licuius civitatis castri terre vel comunitatis
existentis extra comitatum Pisis. Et vellet
illud exequi in ipsius executione talis ordo
et forma servetur. Videlicet quod creditor habens tale
instrumentum adeat dominum capitaneum populi
civitatis Pisis. Qui dominus capitaneus in
hiis iudex competens esse intelligatur et
sit. Et producto per parte huiusmodi credito-
ris tali instrumento coram ipso domino capi-
taneo. Et petita ipsius executione in to-
tum vel in partem. Idem dominus capitaneus
citari et requiri faciat per suas patentes
litteras per publicum baiulum comunis Pisis
vel nuptium iuratum aut relatorem sue
et creditatur. Comune universitatem ac co-
munitatem huiusmodi civitatis terre castri
vel loci et regimina ipsius ad locum ha-
bitationis ipsorum regiminum. Et presentando
litteras talis citationis ipsis regiminibus
vel saltem ad ipsum locum habitationis
ponendo ipsas litteras in ianua sive ho-
stio ipsius loci habitationis. Et ipsas ibi
in publico dimictendo. Ita quod ab omnibus
videri possit. In quibus litteris contineatur
quantitas debiti petiti et per quem ipsum

debitum petitur. Et quod ipsum comune sive univer-
sitas de ipso debito infra sexaginta dies a die
facte citationis huiusmodi proxime computandos
debeat dicto creditori satisfecisse cum effectu
vel contradixisse et opposuisse coram dicto
domino capitaneo quare ad ipsius debiti soluti-
onem non teneatur. Et si intra dictum ter-
minum quis comparuerit nomine talis uni-
versitatis fiat sibi ius et iustitia per ipsum do-
minum capitaneum et procedatur ad expedi-
tionem cause servata forma et termino de-
claratis in capitulo loquente de executione
instrumentorum confessionatorum quod est in secundo
libro huius voluminis. Si vero intra dictum
terminum non fuerit dicto creditori satisfactum
vel aliquid oppositum seu oppositum et intra
tempus debitum non probatum sive super
oppositis pronuntiatum non obstare. Extunc
idem dominus capitaneus possit teneatur et de-
beat ad penam quingentarum librarum denariorum
concedere huiusmodi creditori represalias et
licentiam reprehendendi capiendi et detinendi
personas talis comunitatis et eius districtus
et eorum et cuiusque eorum bona pro quantitate debi-
ti petita. Et quod dictus creditor res et quanti-
tates quas ex dictis represaliis et licentia
consequetur. Dare teneatur in scriptis a-
pud bonum hominem eligendum secundum
formam capituli infra positi sub rubrica
de electione et offitio offitialium super re-
presaliis. Et omnia contenta in ipso capitulo
locum habeant in eo qui secundum formam huius
legis represalias seu capiendi et reprehen-
dendi licentia consequetur. Et hoc
presens capitulum precise volumus
et inviolabiliter observari non obstante ali-
quo statuto vel capitulo in presenti volu-
mine contento precedente vel sequente vel
alia reformatione seu quavis alia provi-
sione facta vel fienda. Et quod ultra vel contra
vel preter formam dictam et traditam
in presenti capitulo represalie vel sequestra-
tiones concedi non possint quoquomodo.
Salvo si non concederentur in adunantia

consuli artium et artificum Civitatis perusii
in qua derogatione presentis capituli expresse men
tio fiat et aliter huic capitulo derogari non
possit.

De officio electione et officio officialium
super rebus reprehensis. Rubrica.

Eligatur etiam unus bonus homo de mer
cantia et unus notarius cum eo qui su
persint super rebus que reprehenduntur quibus
CCxxxv vel alicui eorum quicumque aliquid reprehen
derit debeat illud assignare. Et etiam offi
ciali decem licentia reprehenderit infra tertiam
diem a die reprehensionis ad penam quinquaginta
librarum denariorum. Et nichilominus cadat a iure suo
in rebus reprehensis ipso iure quam contrafa
ciens solvere teneatur. Et possit etiam de rob
baria nichilominus accusari. Qui officialis
esse debeat cum militibus sive socii potestatis
et capitanei et ipsas res reprehensas facere
bampniri quotiens eis et dictis militibus
videbitur convenire et factis bapnimentis ipse
res vendantur pretio et convenienti pretio
per dictum bonum hominem de mercantia.
Et predictos milites potestatis et capitan
dum tam illas res non debeant concedere
illi qui eas reprehendisse seu reprehendi fe
cisset vel alicui alii quod ad ipsum valeat per
venire. Et quando fient bampnimenta pre
dicta ille qui fecerit represaliam vel alius
pro eo non intersit et illud pretium quod ha
berit ex venditione dictarum rerum reprehensarum
debeat sibi dari. Et ille qui reprehendisset
illam quantitatem in suo capitulo computare
debeat et expensis. Et quia plerumque
contingit quod post reprehensas res infra su
pradictum terminum trium dierum repre
hendentes se componunt et pecuniam acci
piunt vel aliud pignus et res reprehen
sas restituant. Et etiam interdum licen
tias concedunt illis contra quos represa
lie sunt concesse ut possit venire ad ci
vitatem perusii et eius comitatum secure. Et
de hiis litteris sepius non modicum recipiunt

pecunie quantitatem. Volumus et ordinamus quod
tales habentes licentias reprehendendi teneantur
et debeant ipsi et eorum procuratores seu gestores
dictas quantitates eisdem officialibus assignare
bona fide sine fraude infra tres dies a die quo
receperint dictas quantitates vel promissiones
de dictis quantitatibus quod si non fecerint ex nunc
prout ex tunc ablata sit omnis potestas reprehen
dendi. Et ille represalie intelligantur esse nulle
et nullius valoris ipso facto et eis postea uti non
possit. Et de predictis omnibus debeat fieri unus
liber per dictum officialem et notarium eius in
quo scribantur omnia que fierent super facto re
presaliarum tam de assignatione rerum quam de bapni
mentis et stabilimentis et venditionibus et pe
cunia et licentiis que concederentur et de omnibus
aliis que pertinerent tam ex concessione licen
tiarum quam etiam ex compositionibus quas fa
cerent et etiam rebus que venderentur ut dictum
est. Ita quod semper appareat quod perceperint et
quid percepere debeant et de omnibus aliis que acci
derint ad dictum officium exercendum et quicquid
inde perceperint excomputetur de prima summa et ha
beatur pro plena absolutione. Et si alicui
esset vel fuerit concessa licentia reprehendendi et
reprehendiderit occasione dicte represalie commune
perusii vel specialis persona que represaliam haberet
vel represaliam faceret traheretur ad curiam
domini pape tunc commune perusii non teneatur nec de
beat facere expensas litis illi vel illis qui repre
salias haberet vel reprehenderent nec etiam ali
quas alias expensas ei vel eis commune perusii facere
teneatur. Et si ille qui traheretur ad curiam
domini pape vel curie occasione commune perusii
ad dictam curiam traheretur in causa sucumberet
vel causam perderet vel commune perusii vel sindi
cus communis perusii condempnaretur occasione predicta
tunc ille qui represaliam habuerit vel haberet
occasione cuius fieret questio in curia supradicta
teneatur res illas quas reprehendidisset vel pe
cuniam ex eis acceptam si vendite essent restituere
illi qui in supradicta curia obtineret et teneatur
reficere communi perusii omnia dampna et expensas
que et quas substinuerit et passum fuerit
occasione questionis eiusdem exceptis expen
sis questionis in quibus restitutionem commune
perusii non habeat. Preterea contra aliquem

habentes possessiones in districtu perusii nemini
prestatie concedantur nec eis dari possit. Que
electio dicti boni hominis et notarii fiat et fieri
debeat de sex mensibus in sex menses per dictos con-
sules mercatorum sub pena quinquaginta librarum denariorum
pro quolibet consule contrafaciente vel negligen-
te. Et dicti bonus homo et notarius habeant
et habere debeant pro eorum salario sex denarios
pro qualibet libra quantitatis que redigetur
ex rebus reprehensis que solui debeat per dictum cre-
ditorem. Et nichil amplius dicti bonus homo
et notarius recipere possint occasione predicta
sub pretextu scripturarum vel alterius rei sub
pena centum librarum denariorum pro quolibet et
qualibet vice. Et dicti bonus homo et notarius
ad acceptandum dictum offitium realiter
et personaliter cogantur per potestatem et ca-
pitaneum et quemlibet offitialem comu-
nis perusii.

## De spoliatis a rebus spoliatorum et cetera

CCxxxvj Cum multi perusini contraxerint et con-
trahant cum forensibus. Qui foren-
ses efficiuntur interdum debitores perusinorum
et interius unde sunt debitores perusinorum
iustitiam non inveniant et conveniens sit
quod illud ius reddatur perusinis super quibus-
cumque negotiis quod fit in civitate perusii inter
perusinos et forenses. Statuimus quod si ali-
quis perusinus est vel fuit vel erit creditor
alicuius forensis. Et hoc hostenderit per publi-
cum instrumentum. Et fuit requisitus per
ambaxiatorem vel nuptium vel licteras ex
parte comunis perusii. Dummodo ambaxiatores si
fuerint vel fuerint missi occasione predicta
debeant referre coram dominis prioribus artium
civitatis perusii responsionem quam habuerint
per sacramentum quod dictam relationem faciunt
veram bene et legaliter et scribi faciant a no-
tario priorum vel cancellario ita quod talis cre-
ditor possit de dicta relatione facere fidem co-
ram quo petere voluerit sequestrationem fieri.
Si vero nuptius fuerit teneatur de presentati-
one licterarum que mitti debeant tam iudici quam
prioribus vel aliis qui tenerent locum ge-
neralis offitii in dicta civitate vel terra facere

fidem per publicum instrumentum si habere pote-
rit. Si autem habere non poterit stetur relationi
dicti iudicii nuptii dummodo iuret dictam
presentationem fecisse bene et legaliter. Et re-
sponsionem non potuisse habere nec notarium
per quem de presentatione fieri fecerit publicum
instrumentum quam relationem si veram non
fecerit tamquam falsarius et falsam relationem
faciens puniatur. Si vero creditor fuerit et
noluerit alium nuptium mictere et non pote-
rit de presentatione licterarum instrumentum
fieri facere de quo stetur suo iuramento tunc
sufficiat relatio cum iuramento ut supra. Et
si non veram fecerit dicto modo puniatur. Domi-
nus illius terre de qua fuit talis forensis vel
iudex quicumque et illius questionis coram
questio et causa et executio instrumenti petet
ut tale instrumentum confessionatum vel habens
vim confessionis exequatur. Et illud non fuit
executum eo modo quo mandantur executioni
instrumenta confessionum in civitate perusii ad
petitionem forensium contra perusinos. Et
potestas et capitaneus et quilibet alius
offitialis sive iudex comunis perusii possit et debeat
ad penam quingentarum librarum denariorum facere se-
questrari de bonis mobilibus illorum de terra
unde esset talis debitor forensis ad petitionem
creditoris usque ad quantitatem quam deberet
recipere dictus perusinus. Et stent in seque-
strum quousque fuit perusino de petitis satis-
factum. Et quod quantitates dictarum rerum
et pecunie sequestratarum dentur in sequestro
apud bonum hominem eligendum secundum
formam capituli de hoc loquentis supra po-
siti quod incipit eligatur et cetera. Et si con-
tigerit sequestrum intervertere vel non assi-
gnare res sequestratas quod de suo extimationem
dictarum rerum solvere teneantur. Et si aliquis
civis perusinus fuerit in aliqua terra vel
locho non subiecta vel supposita comuni perusii
derobbatus vel spoliatus rebus suis vel quas
secum haberet vel possessione ipsarum rerum
seu pecunie privatus de qua privatione
saltem constet per publicam famam fide
dignorum testium et per sacramentum dicti
spoliati vel derobbati. Et requiri fecerit
comune illius terre vel loci in quo vel

qua vel cuius iurisdictione territorio vel di-
strictu fuisset dictus pisanus derobbatus vel
spoliatus rebus suis vel quas secum habere(t)
seu bonis vel pecunia que vel quam secum
habuisset seu possessione suarum rerum vel pecunie
privatus per ambaxiatorem vel licteras com-
munis pisani quod tali pisano faceret satisfieri et resti-
tui suas res vel pecuniam acceptam modo
predicto et satisfacto tali pisano facta non esset
et probatum fuit coram offitialibus com-
munis pisani per talem pisanum saltem per publicam
famam quod fuit derobbatus vel spoliatus vel
possessione ipsarum rerum vel pecunie privatus
Potestas capitaneus pisanus teneatur et debeat
ad requisitionem dicti pisani facere seque-
strari de bonis et rebus hominum illius terre
vel loci reperiretur in civitate sive comitatu
pisani usque ad condignam quantitatem exti-
mationis rerum et pecunie acceptarum dicto
pisano et dampnorum et interesse eidem
datorum tali pisano inspecta qualitate rerum et
cause et conditione persone. Et facto dicto
sequestro statim per licteras domini capitanei
requiratur commune ipsius terre quod tali
pisano satisfieri faciat infra octo dies a
die qua fuit facta dicta requisitio. Et si non
fecerit si erit pecunia sequestrata detur tali
pisano usque ad convenientem quantitatem.
Et si erunt alie res dentur eidem insoli-
tum per dominum capitaneum usque ad satis-
factionem condignam extimationis rerum
acceptarum seu quantitatis pecunie et dampno-
rum et interesse. Et ad predicta potestas
et capitaneus teneantur ad penam
quingentarum librarum denariorum non obstante
aliquo capitulo precedente vel sequenti
per quecumque verba loquatur. Dum-
modo denumptiari debeat offitiali electo
super rebus represaliis quantitas petita
per talem pisanum super predictis. Et quan-
titas que sibi ut dictum est daretur in
solutum vel per satisfactione predictorum
infra tertiam diem postquam fuerint iu-
dicate vel concesse per potestatem vel capi-
taneum res predicte. Et quod dictum
est de privatis creditoribus et debitoribus

singularium personarum locum habeat quando
comunitates essent obligate per contractum
vel alio modo iuridico alicui pisano. Et quia
milites stipendiarii communis pisani forenses sepe pro
ipsorum debita taliter impediuntur et detinentur
quod equitare et facere non possunt tempore ne-
cessario communi pisano. Statuimus et ordi-
namus quod de ceteris persone aut equi vel arma
seu paga vel soldum dictorum stipendiariorum
conductorum et conducendorum in posterum non pos-
sint nec debeant modo aliquo sive causa se-
questrari detineri vel interdici per aliquem of-
fitialem communis pisani nec ad petitione alicuius.
Et si secus fieret non valeat nec teneat. Et
nichilominus offitiales deputati vel depu-
tandi super paga stipendiariorum ipsam pagam
dent et solvant dictis militibus temporibus
et terminis et pactis contentis non obstante
aliquo debito ipsorum stipendiariorum. Et si ali-
quis in predictis vel aliquo predictorum contra
faceret condempnetur in quinquaginta libris
denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet
vice. Et hoc locum habeat in debitis con-
trahendis per stipendiarios ex nunc in
antea.

De baiulis et offitio baiulorum rubrica

CCXXXV Unus ex militibus potestatis et unus
ex militibus capitanei prepsint super
baiulis et offitio baiulorum et cogant et cogere
debeant scilicet miles capitanei baiulos
portarum sancti Petri, Heburnee et sancte Subvan
Et miles potestatis portarum sancti Petri Angeli
et vestis domini mensis marcii et de mensis novembris
dare bonos et ydoneos fideiussores quin-
quaginta librarum denariorum ad minus coram uno
ex iudicibus seu militibus domini capitanei
ipsorum de operando et exercendo offitium ba-
iulatus puro bene et legaliter sine fra-
ude et de restituendis pigneribus que ac-
ceperint aliqua de causa. Et quod iurent
de faciendo eorum iuxta offitia bene et diligenter
et de obediendo potestati et capitaneo et
eorum offitialibus et prioribus artium et
eorum familie in hiis que non essent contra

formam aliam et capitulis contentis in presenti
volumine statutorum quorum baylitorum nomina
et prenomina portam et parrochiam unde
sunt vel in qua habitant scribantur et dicti
milites scribi faciant in libro communis pisarum ut
possint eos melius memorie commendari.
Et nomina et prenomina eorum fideiusso
rum et iuramenta eorum. Qui baiuli sint et
esse debeant ad minus numero quinquaginta
videlicet decem pro qualibet porta. Et sint de civi
tate burgis vel subburgis pisarum vel habitantes
in eis. Et exinde nullum castrum villa vel
universitas comitatus pisarum possit cogi per
aliquem offitialem communis pisarum ad dandum ali
quem baiulum de comitatu pisarum. ¶ Et quod
nomina ipsorum baylitorum et fideiussorum quos
dederint et prestiterint scribantur per dominum
et notarios dicti domini capitanei et dentur
per ipsum notarium offitialibus armarii
communis pisarum ita quod notum sit omnibus scire vo
lentibus nomina baylitorum et fideiussorum
eorum. Et si non inveniantur voluntarie de
cem per portam omnes baiuli qui fuerunt
a quatuor annis citra cogantur et cogi possit
bayliam facere realiter et personaliter et de facto.
Qui baiuli potestati capitaneo maiori sin
dico et iustitie et eorum offitialibus et omnibus
aliis offitialibus communis pisarum obedire tene
antur. ¶ Et si offitialis aliquis communis
pisarum sine berretta rubea cum griffone
albo in summitate bene apparente in capi
te aliquem viderit baylitorem sibi decem
soldos denariorum aufferat pro communi de facto
et dari faciat massario. ¶ Et nullus
possit esse baiulus communis pisarum nec offitium
baiulatus exercere in civitate vel comitatu
pisarum qui sit non sit vere natus et origina
liter civitatis et comitatus pisarum et alliber
tus in dicta civitate vel comitatu pisarum [illegible]
modo familiariter habitet in civitate pisarum.
¶ Et quod portent et portare debeant dicti
baiuli in capite birrectas rubeas cum
signo griffonis. ¶ Et quod aliquis offitialis
communis pisarum vel notarius forensis vel civis
ad aliquod offitium deputatus pro communi pi
sarum non possit nec debeat alicui baiulo

birrectam rubeam non habenti ut dictum est ali
quam commissionem facere licentiam dare relati
onem nec acta aliqua scribere sub pena centum
librarum denariorum. Et quod talis scriptura non valeat
nec teneat ullo modo vel iure. Et si dicti baiu
li simul vel seperatim post contra predicta seu
aliquod predictorum ordinaret vel facerent in
publico vel occulto vel aliquid attentarent in
contrarium facere quod incidant et incidere debeat
et incurrant et solvant nomine pene et bapni
communi pisarum tam universitas dictorum baiulorum
quam eorum ipse quilibet ducentarum librarum denariorum eis
seu illi contrafacienti aufferendarum de facto
per dominos potestatem vel capitaneum et que
libet eorum et quelibet alium offitialem communis
pisarum ex eorum et cuiuslibet eorum offitio et ad pe
titionem cuiuscumque petentis sine aliqua sole
mpnitate iuris. Et si domini potestas vel capitaneus
seu alius offitialis communis pisarum fuerint negligentes
in predictis solvat nomine pene communi pisarum centum
libras denariorum in quibus per suos sindicatores
debeat sindicari et condempnari aliquo sta
tuto vel ordinamento in contrarium loquente
non obstante. ¶ Et baylitores non faciant
nec facere possint aliquam accusationem de
aliquo cive vel comitatense pisarum de aliqua re. Et
si fecerint ipsi vel aliquis ipsorum eorum talis accu
satio non valeat nec teneat nec admicti debeat
nisi esset iniuria facta seu illata alicui bayli
tori que quidem iniuria probari non possit per
alium baiulum. ¶ Nullus insuper bayli
tor cum iverit pro factis alicuius alicuius u
niversitatis debeat accipere pignus nisi
sindico vel rectori ville vel castri ad quam
vel quod iverit. Et baiulus qui contrafece
rit penam xv. soldorum denariorum debeat substinere;
que pena sibi de facto possit et debeat aufferri
ad petitionem cuiuscumque cui fuerit pignus
acceptum et qualibet vice. ¶ Item quod
baiuli fuerint in exercitu nullo modo aliquis
baiulus pro aliqua ambasiata communis ali
quid habere debeat nec se subtrahere vel
celare debeat. Et si aliquis eorum contra
predicta fecerit vel aliquod predictorum
pro vice qualibet potestas et capitaneus

contrafacienti viginti sold. den. aufferant pro comuni nec obstante causam fiat diminutio de denariis supradictis. salvo dictis baiulis quod quando ipsi vel alter eorum irent extra civitatem et comitatum vel districtum Pisarum pro facto comunis Pisarum habere debeat quilibet baiulus pro vice qualibet pro quolibet die pro eorum viagio quindecim sold. denariorum si iverint a decem miliaribus ultra. si vero infra habeat et habere debeat octo denariorum. ¶ Ambaxiatas quas fecerint baylitores referre debeant illi vel illis a quo vel quibus missi fuerint uno vel pluribus sicut iniunctum fuit ab illo vel ab illis qui eos miserint intra quartam diem a die commissionis. ¶ Et omnes citationes bauli portet in scriptis in quibus contineatur nomen et prenomen citati et ex parte cuius iudicis vel offitialis sit citatio et causa citationis. Et hoc locum habeat in civilibus et criminalibus. qui vero contrafecerit solvat pene nomine quadraginta sold. den. que pena sibi aufferatur de facto per offitialem qui eum miserit. ¶ Tamen aliquam ambaxiatam quam baylitores fecerint pro malliis seu accaxione malliorum valere non debeat nisi de licentia appareat per scripturam subscripta per manum tabelionis. ¶ Volumus etiam quod quilibet tubator comunis et quilibet nuptius cuiuscumque artis que nuptium haberet possit citationes ambaxiatas facere in causis civilibus et criminalibus et valeant ac si facta essent per baiulos comunis Pisarum non obstante quod tubatores et dicti nuptii artium non portarent biretum rubeum cum griffone ut supradictum est dummodo portet et habeant caputium ipsius datum pro comune pisano vel ipsius nuptius partem ipsorum. ¶ Item nullus baiulus recusare debeat aliquam ambaxiatam vel ambaxiatas sibi impositam sive impositas a potestate vel capitaneo vel eorum iudice vel ab aliquo offitiali comunis Pisarum sed eam quilibet baiulus bona fide sine fraude facere teneatur sicut ei vel eis fuerit iniunctum. ¶ Item si preceptum fuit alicui baylitori quod vadat expensis alicuius et ire seu ambaxiatam vel inquisitionem facere recusaret penam viginti sold. den. pro vice qualibet solvere teneatur. ¶ Et si aliquis baiulus vocatus fuit ab aliquo ut suum adversarium quod semel vel pluries fuit requisitus vel citatus requirat seu citet eum requirere seu citare debeat idem baiulus expensis illius adversarii. Et nullus baiulus ipsam requisitionem debeat recusare facere. contrafacienti vero potestas et capitaneus sive iudex et quilibet alius offitialis qui eum mittere vellet viginti sold. denariorum pene nomine pro vice qualibet tollere teneatur. Et stetur sacramento accusatoris et quilibet offitialis comunis Pisarum valeat baiulum contrafacientem condempnare et eum cogere ad solvendum. ¶ Et quando consilium civitatis in palatio comunis Pisarum fuit congregatum nullus baiulus in dicto consilio possit vel debeat interesse sed in pede scalarum dicti palatii debeat commorari nec aliquis forensis adire valeat que in dicto consilio pertractantur. ¶ Item nullus baiulus possit esse procurator alicuius persone neque sindicus alicuius universitatis neque yconomus alicuius ecclesie vel collegii. contra vero faciens vice qualibet tres libr. den. solvere teneatur. Et talis procuratio sindicatus yconomatus non valeat nec teneat ullo modo. ¶ Per comitatum et districtum Pisarum nullus baiulus accipere audeat vel prestiat alicui pro aliquo debito bovem vel vaccham domitam zappam vomerem nec aliquid quod ad laborerium pertineat. contra vero facienti potestas et capitaneus aufferant pro vice qualibet decem libr. den. pro comuni salvo pro executione instrumentorum confessionatorum et vim instrumentorum confessionatorum habentium. in quibus predicta valeant accipi sine pena. ¶ Cum baylitor vero iverit ad aliquem pignerandum ad lectum alicuius mulieris accedere non attentet et qui contrafecerit solvat pene nomine decem libr. denariorum. ¶ Et nullus baiulus alicui accipere debeat pannos lecti nec dorsi nec calciamenta alicuius. Et qui contrafecerit solvat pene nomine decem libr. denariorum. Et nichilominus pannos vel calciamenta per eum accepta cum decenti (?) ... restituere compellatur de facto sicut de facto accepit et credatur et stetur sacramento eius qui acceptum fuit et habeatur pro plena probatione. ¶ Potestas et capitaneus et alii officiales mittere possint ex dictis baylitoribus et ambaxiatis in ea quantitate que

Eis videbitur et auctoritatis

eis videbitur et cuilibet eorum. Teneantur etiam
baylitores sumere per civitatem et cum pulsabitur
campana pro iure reddendo statim ad curiam ve
nire debeant contrafaciens vero duos solidos denariorum
pro vice qualibet solvere teneatur. Item si a
liquis baylitori fuit mandatum per potestatem vel
capitaneum vel eorum vel aliquem eorum offitiales vel
offitialem vel per alios iudices civitatis perusii
quod aliquem hominem custodire debeat et reti
nere sub eius custodia teneatur ipsum homi
nem debeat custodire et habeat quilibet bau
lius pro custodia per die et nocte decem solidos denariorum
et non plus nec aliquid aliud habere possit
nec comestionem habere possit nec debeat in
ullo modo et qui contrafecerit viginti solidos denariorum
nomine pene solvere teneatur. Item quod
postquam fuit debitor exbampnitus vel eidem
preceptum destando in palatio creditor possit
ducere ad capiendum eum tot baylitores quot
placuerit creditori. Insuper nullus bau
lius esse possit de consilio civitatis perusii
deinde ad quinque annos postquam desierit bay
liam operari nec ad brevia ire debeat sub
pena viginti solidorum denariorum quam contrafaciens
solvere teneatur et credatur iuramento ac
cusatoris. Teneantur etiam baiuli omnibus
offitialibus obedire et si contrafecerint con
trafaciens comuni perusii quinque solidos denariorum
solvere teneatur. Item duo baiuli de
qualibet porta servire debeant qualibet eb
domada continue a mane usque ad primum sonum
campane que pulsatur de sero pro custodia
civitatis potestati et capitaneo et iudici iustitie
unus per qualibet porta Et qui inventus fuit
contrafacere solvat nomine pene viginti soldos
denariorum. Preterea baiuli comunis perusii omnes
illos quos potestas et capitaneus vel aliquis de
suis iudicibus militibus vel notariis vel aliquis
eorum dederit custodiendos custodire penitus te
neantur Et si dicti baiuli vel aliquis eorum
ad faciendum custodiam predictorum fuerint
negligentes vel si sua negligentia sine culpa
illi qui dati fuerint eis ad custodiendum au
fugerint de eorum custodia Et potestati vel capi
taneo vel aliis de eorum vel alicui eorum familiis
supradictis eos non assignaverint ad sibi ter
minum assignatum seu etiam assignandum

in viginti quinque libris denariorum debeant per eos
quolibet condempnari. Si vero aliquem per
dolum vel fraudem vel per pretium aufugere
seu evadere permiserit si ille qui aufugerit seu
evaserit deberet puniri pena corporali puni
atur in ducentis libris denariorum Et si deberet pu
niri pena corporali pecuniaria debeat in tantum
puniri in quantum deberet puniri ille qui
aufugerit a custodia baylitorum Et si aliquis ba
iulus in custodiam aliquem occasione debiti
alicui et ille debitor de sua custodia aufugerit
seu evaserit vel si baiulus aliquem alicui reco
mendaverit vel si promissionem de conservatione
indempnitatis receperit occasione cuius illum
qui sibi datum esset in custodia non custodiret
compellatur incontinenti solvere creditori to
tam illam quantitatem pecunie quam deberet
solvere debitor qui aufugerit de custodia ba
iuli Et illa promissio sibi facta valere non
debeat nec tenere summarie et de facto et possit
excipi contra tale instrumentum.

## De electione et officio offitialium super baiulis. Rubrica. CCXXXVIII

Eligantur quinque officiales super baiulis
et recollis eorum cognoscendis et approban
dis unus per portam et durent in officio per
unum annum Quorum offitialium electio
fiat per

Et habeat quilibet pro suo salario dicti officii
a comuni quolibet anno quatuor libras denariorum
Qui officiales teneantur et debeant fideius
sores qui dabuntur a baiulis cognoscere et
videre si est sufficiens et ydoneus et etiam
iuramentum recipere a quolibet baiulo defen
endo bene et legaliter suum officium et sol
vendo et custodiendo et restituendo pignera
que acciperent alicui et qui reperiretur pro
fideiussore habeat libram xxv librarum denariorum ad
minus in catasto Et quilibet baiulus te
neatur dare huiusmodi fideiussorem coram
dictis bonis hominibus et militibus et notariis
potestatis et capitanei pena viginti quinque
librarum denariorum. aliter autem facere non presu
mant Et si faceret nichilominus vale
at quod ageret et incidat in dicta pena

no. modum fa[illegible]
circa baiulos
[illegible] offi[illegible]
[illegible]
[illegible]

habeant quoque dicti quinque officiales pote
statem maiestrium eligendi quos voluerint in
baiulos cois. Et eos cogendi ad baylatus offi
cium exercendum. Et eligendos per eos potas
et capitaneus et maior sindicus omnimode
ad id compellant. Et dictis baiulis eligendis
possint dicti officiales salaria ordinare et exceptiones
prout viderint convenire. Dummodo omnia
contenta in hoc statuto fiant de conscientia et
voluntate dominorum priorum. Quod baiulini
accedant ad cameram qua alicuius fuerit
ad pensionem pro debitis dicti camere.

ccxxviiij Decernimus et ordinamus quod si aliquis mer
cator vel artifex habuerit aliquam ca
meram ad pensionem ab aliqua persona. Quod
baiuli comunis pro debitis illius cuius est
dicta camera ad cameram supradictam qua
dictus mercator vel artifex ab eo ad pensi
onem habuerit minime debeant accedere
nec ire nec mitti occasione debitorum illius
vel illorum cuius vel quorum est dicta came
ra. Et hoc intelligatur si ille cuius esset dicta
camera habuerit plures domos vel alia
bona ad que vel quas creditor possit re
currere pro suis denariis rehabendis. Qui
autem contrafecerit solvat pene nomine co
munis quadraginta solidos denariorum. Possit tamen dictam
cameram creditor sibi facere dari in soli
tum ex primo et secundo decreto pro credito
suo conductione tamen semper salva rema
nente et firma et talis mercator vel arti
fex si voluerit ipsam tenere ad pensionem
reconducere debeat a dicto creditore ha
bente in solutum pro illo tempore quo erunt
in concordia post finitam primam con
ductionem durante vero prima teneatur
tali creditori de pensione respondere et
non primo locatori. Et in instrumento
prime locationis mandetur executioni
ad petitionem habentis ex secundo decreto
ac si ipse locasset et instrumentum de sua
persona faceret mentionem et ita possit
refutationem facere et liberetur idem sol
vens ac si solvisset primo locatori. Et
Idem volumus locum habere in cortina

toribus et laboratoribus terrarum que fu
erint date creditoribus in solutum et ex secundo de
creto. Cum in vero baiuli habuerit ex primo de
creto fructus dicte rei vel possessionem habe
re non possit nec lucrari quousque ex secundo decre
to in solutum non habuerit. Insuper
nulla domus in quam habitaret aliquis
sequens curiam domini pape possit occasione
aliqua disgombrari nec aliquo tempore hostia
trahi donec Romana curia Pistorii permane
bit. Et nullus iudex cois Pistorii mictat
baiulum aliquem ad dictas domos causa
disgombrandi vel hostia extrahendi. Et nullus
baiulus ad tales domos ire debeant ad disgom
brandum vel hostia extrahendum. Et si quis
Iudex vel baiulus fecerit contra predicta vel
aliquod predictorum debeat solvere pro vice qua
libet quinquaginta libras denariorum. Et simi
li pena teneatur qui trahi faceret quod tamen
non intelligantur predicta in debitoribus
cois Pistorii pro quibuscumque debitis dicto
comuni non obstante in predictis aliquo
capitulo populi vel comunis Pistorii. Possit
tamen creditor illius cuius est dicta domus
in qua aliquis cortegianus habitaret acci
pere et habere pensionem domus sui debi
toris. Quam pensionem capitaneus credi
tori dari facere teneatur et ipsam pensio
nem in sortem creditor sibi debeat computare
donec sibi ex secundo decreto data fuerit. Et
Idem intelligatur in domibus in quibus habitant
scolares seu doctores forenses. Item or
dinamus et statuimus quod ab hodie in antea
nulla domus sita in civitate burgis vel sub
burgis Pistorii vel in comitatu Pistorii possit vel
debeat pretextu alicuius debiti civilis vel
ad petitionem alicuius creditoris vel eius
procuratoris destrui vel disgombrari vel in ali
qua parte vastari nec hostia extrahi et
asportari possint aut extrahi pro fundis
pigneribus seu tenute que in domo est
vel non asportari pena cuilibet officiali fa
milie seu baiulis comunis Pistorii et tam
etiam alteri cuiuscumque persone cuicumque

condictionis existat quinquaginta librarum denariorum
pro quolibet contrafaciente et qualibet vice et
si esset aliqua universitas castri vel ville vel a-
liquod collegium puniatur pena ducentarum
librarum denariorum in qua pena contrafacientes ad pe-
titionem cuiuscumque petentis per potestatem et
capitaneum debeant condempnari de facto et
eorum offitio et quilibet possit esse accusator
et denumptiator, quod semper predicta non intelliga-
tur nec locum habeant in debitoribus comunis
perusii.

## De tubatoribus comunis perusii et eorum offitio et salario. Rubrica

Volumus quod Lucas Guidonis porte sancte Subxe,
Matheolus Herculani porte sancti angeli, Pau-
linus Andrucciolj porte solis, Marcutius Ca-
gnoli porte heburnee, Petrus Massoli dictus
CCXL Catione porte sancti angeli, Niger Alcuitij porte
sancti angeli, Cecchus Bettacij porte solis et
Paulus domini Anthonij et Anthonius Vanj de porta
sancti angeli sint et esse intelligantur et de-
beant precones comunis perusii et debeant facere
omnia bampnimenta et servitia et offitium
per totam civitatem comitatum et districtum
perusii pena viginti quinque librarum denariorum. Qui
precones omnes teneant equos continue
eorum risicho et fortuna. Precones ipsi
per comune perusii equos tenentes et tenere de-
bentes non prestent dictos equos ad vectu-
ram vel aliter et ipsi equi signati et debeant
ad signum tube. Et ipsos equos habere
et tenere continue debeant in civitate vel
burgis perusii nisi irent in servitium comunis
perusii de mandato priorum. Et de ipsis
equis quolibet mense ad minus ter mu-
stram et assignam per pilos et signa facere
coram massariis comunis perusii teneantur, de quibus
mostris apparere debeant publica instrumenta,
et aliter dicti massarij ipsis preconibus da-
re non debeant salarium ordinatum, immo re-
neant et excomputent pro qualibet appon-
tatura tres libras denariorum de salario pro-
nis appontati retinendo per massarios. Et
si dicti massarij aliter solverint in centum
libras denariorum pro quolibet et qualibet vice per

sindicum debeant condempnari. Et quod dicti
precones Nacharinus et Ceramella stent
et habere debeant per eorum salario videlicet quilibet
eorum per se et uno ronzino retinendo quolibet
mense duos florenos et dimidium auri sol-
vendos eisdem per dictos massarios de mense in
mensem et ultra dictum salarium dicti massa-
rij dent et solvant eisdem et cuilibet ipsorum
pro indumentis ipsorum fiendis quolibet anno
in festo sancti Herculani de partita octo flo-
renos auri. Item cuilibet ipsorum pro uno capu-
teo fiendo in dicto festo quinque libras denariorum.
Que indumenta et caputea ipsi tubatores
Nacharinus et Ceramella continue portare
debeant quod si non fecerint debeat solvere
quilibet contrafaciens pro vice qualibet
viginti solidos denariorum. Et capitaneus dictam
penam a contrafaciente exigere teneatur.
Et ultra dictum salarium nichil plus
possint petere vel habere. Et dicti pro-
nes teneantur facere omnia bapnimenta
que debent per comune et bampnimenta facere
debeant per plateam et portas in locis con-
suetis sub pena viginti quinque librarum denariorum. Et
quod dicti precones teneantur obedire priori-
bus et eorum mandatis et non discedere sine
licentia ipsorum priorum de civitate ad penam decem
librarum pro quolibet eorum et vice qualibet. Et
cuicumque omnium predictorum preconum
contrafecerit vel bampnimenta non fecerit
ut dictum est decem libras denariorum pro vice qualibet
solvere teneatur. Quam penam capitaneus
exigere teneatur pro comuni et et valeat
quilibet accusator et bampni medietas esse
debeat accusantis. Teneantur predicti
precones et quilibet eorum facere omnia et
singula bampnimenta et omnia precepta eis
imposita et iniuncta a capitaneo vel alio pro
eodem vel prioribus et quolibet alio offiti-
ali comunis perusii vel camerariis artium. Et
teneantur facere bampnimenta per portas
ita et taliter quod ab omnibus efficaciter audi-
antur. Et qui contrafecerit solvat pene
nomine pro vice qualibet quinque solidos denariorum

Et quilibet preco comunis Perusii teneatur
et debeat vinculo iuramenti et pena centum
librarum denariorum facere omnia bampnimenta spectantia
ad comune Perusii et ad offitium offitialium dicti
comunis ad requisitionem cuiuslibet offitialis comunis
prefati sine aliquo salario vel mercede. Item
predicti precones vel aliquis eorum non possint
nec debeant ipsos equos vel aliquem eorum po-
testati nec capitaneo nec alicui alii accomodare
nec ad vetturam dare modo aliquo sine causa.
Et qui contrafecerit puniatur pro vice qualibet
in decem libris denariorum et qui eis petierit pena
simili puniatur et quilibet possit accusare
et habeat medietatem bampni. Teneantur
insuper omnes supradicti precones recipere pro
quolibet exbampnimento et rebapnimento dicte
personas. Et abinde infra pro qualibet persona
duodecim denarios. Et a decem personis supra
quotcumque erunt recipere possit tres solidos
denariorum et non ultra. Si vero exbapnimint
vel rebappnierint sindicum vel universitate
vel sindicum tantum vel universitatem tantum
et habere debeant et percipere possint dum-
taxat duos solidos denariorum tantum pro suo salario
et pro bampnimento quod fecerit preco pro ali-
quo testamento legato vel codicillo seu donati-
one insinuandis possit accipere sex denarios et
non ultra et pro bapnimento dote vel rebus que
mandato alicuius iudicis venderentur vel sub
astarentur pro quolibet possit accipere .xii. denarios
et non ultra. Et pro quolibet alio bampnimento
quod fecerit vel fieri occurrerit quocumque modo
habeat et possit accipere ab illo qui fieri fece-
rit duodecim denarios et non ultra. Et preter tan-
tante quantitatis pretii non recuset quod si
facere recusaret vel ultra exigeret quam superius
dictum est sit solvat pro vice qualibet preco
comunis contrafaciens comuni Perusii quadraginta
solidos denariorum. Et potestas et capitaneus et qui-
libet offitialis eorum audita querela ab aliquo
debitatore conquerente aufferat ab eo turbato-
re dictam penam de facto pro comuni et restituat
quod recepit in duplum ultra salarium sibi
concessum. Et de predictis credatur sacramen-
to querelam proponentis. Ut autem
dicti precones melius audiantur volumus
quod omnia bampnimenta que fecerint ipsi
precones vel alter eorum in scalis palatii comunis
Perusii. Et precipue exbampnimenta et rebapni-
menta pro maleficiis et debitis facere debeant et te-
neantur ex parte platee versus episcopatum Perusii.
Et si contrafecerit quilibet eorum contrafaciens in
decem libris denariorum pro vice qualibet puniatur. Et
de predictis possit esse quilibet accusator. In-
super precones predicti bampnire possint
omnes indulgentias concessas et concedendas
certis locis et personis religiosis et debeant
recipere pro bampnimento cuiuslibet indulgen-
tie quod facient per civitatem et burgos quinque
solidos denariorum solummodo et non plures pro quot-
cumque loca bampniverint. Fraternitatem
vero sancte trinitatis sine ullo denario bapnire
debeat quotiens aliquis eorum secundum solitum mo-
dum extiterit requisitus. Et quicumque
preconum iverit pro comitatum pro facto comunis ex
quacumque causa scilicet ipsorum debentium retinere
equos viginti solidos denariorum habeat pro suo sala-
rio viatico pro die qualibet et non ultra. Et si
quis ultra perceperit viginti solidos denariorum sol-
vere teneatur et credatur sacramento dantis
et pena que aufferatur sibi de facto. Preterea
volumus statuentes quod si aliquis preco
vel nuptius potestatis vel sonatores campanarum
manifestaverint aliquam credentiam eis vel
alicui eorum impositam in consilio ubi mo-
rarentur ipsi vel alter eorum volumus quod ille vel
illi qui manifestaverit solvat comuni Perusii pro
vice qualibet pene nomine centum libras denariorum.
Et nichilominus ab offitio quod haberent
debeant penitus removeri. Et si fuerint in
aliquo loco ipsi vel alter eorum ubi esset aliqua
ars congregata vel pars eius et propalaverit
sive manifestaverit credentiam eis per consules
artifices vel alter eorum impositam vel dixe-
rint aliquid propter quod possit esse discordia
inter artem puniatur quilibet eorum contra-
faciens in viginti quinque libris denariorum et privetur
offitio. Et de predictis quilibet sit accusator
et credatur probationi duorum testium.

Nullus autem preco nec baiulus aliquis
comunis Perusii possit esse precor [illegible]

ul sindicus alicui universitatis castri ul uille
seu alicui spetialis persone. Et si quis contrafe
cerit decem libr. denariorum comuni perus. solvere
compellatur salvo et reservato eo quod dictum
est supius non obstante quod dicti precones procu
rationes pro eorum fratribus sororibus uxoribus
et nuribus cum eis in eadem familia morantibus
ul altero eorum facere possint et eorum et earum pro
curatores et sine pena. Item nullus preco
possit emere de bonis exbampnitorum comunis
nec tenere cum illis qui emerent a comuni et
qui contrafecerit solvat pene nomine pro vice
qualibet viginti quinque libr. denariorum. Tene
antur etiam precones omnes bestias que aus
ferentur ul essent esmarrite bapnire ad petiti
onem petentis. Et quicumque invenerit ali
quam bestiam aufugientem ul esmarritam
alicui dictorum preconum eam debeat assignare
et ille preco cui fuerit assignata bampnire debeat
ut dictum est et habeat preco bampniens
duodecim denarios si fecerit in uno loco tantum
pro huiusmodi bampnimento. Si vero in pluribus
locis pro quolibet loco habere debeat duodecim
denarios. Et quia dicti precones conser
vant et tenent tubas argenteas quas habet
comune perus. licet boni sint et legales volumus
quod capitaneus populi perus. offitium eius sumat
principium de mense novembris debeat recipere
a dictis preconibus ydoneos fideiussores pro
ipsis tubis tenendis conservandis et restitue
ndis comuni perus. ad petitionem capitanei et priorum
artium. Et ne aliquis habeat materiam
faciendi sonari dictas tubas et qui ipsi sonant
eas pro libito voluntatis volumus quod ipsas
tubas argenteas non pulsent nec sonare debe
ant sine licentia priorum artium sub pena de
cem libr. den. pro quolibet eorum contrafaciente
et vice qualibet. Quam penam potestas et
capitaneus et quilibet eorum a contrafaciente
penitus exigere teneantur. Et nichilominus
de predictis quilibet possit et valeat esse ac
cusator. Insuper volumus quod in omnibus
festis solennibus in mane in platea preco
nes debeant sonare tubas et facere solen

pnitatem et gaudium horibus sub pena pnice ?
qualibet et pro quolibet eorum .xx. sold. den. Et
etiam teneantur sonare in dictis solempnitatibus
de mane ad maiestatem denostra. Ut autem ea
que in presenti capitulo continentur melius et consuetius
ordinamus et volumus quod de omnibus in eo contentis
quilibet sit et esse possit accusator et habeat medi
etatem bampni. Et nichilominus potestas
et capitaneus et quilibet eorum et eorum offitiales
de omnibus in supradicto capitulo contentis tenea
tur et debeant contra dictos precones inquisitionem
facere publica et secreta ut eis ul eorum alteri
libuerit. Et eas condempnare culpabilem pro vice qua
libet in penis supius denotatis non obstante
aliquo capitulo. Et quicumque preco non interfuerit
omnibus consiliis quibus darentur brevia solvat
nomine pene pro vice qualibet et quolibet consilio v. sol.
den. Quam penam offitiales potestatis et capitanei
et de facto accipiant pena viginti quinque libr. den.
dictis offitialibus si fuerint negligentes. Et tene
atur semper quando solvet eorum dem tubatorum sa
larium facere eis legi hoc capitulum et iurare
ipum servare per se. Et omnia et singula predicta
in presenti capitulo contenta vendicent sibi locum etiam
in quibuscumque preconibus subrogandis in locum
predictorum preconum ul aliorum per dominos priores artium
dicte civitatis.

De capanariis et eorum offitio et palatio [illegible]

Statuimus et ordinamus presenti capitulo quod CCXLI
sint pulsatores capanarum et campanarum
comunis perus. qui teneantur et debeant servare for
mam capituli infrascripti et idem servetur in quibuscumque
subrogandis ul ponendis in locum predictorum capa
nariorum ul aliorum qui campanarii continue
stare debeant apud palatium potestatis et capitanei ita quod semper habeantur
et haberi possint quando necessarii fuerint. Et si
contrafecerint contrafaciens solvat comuni perus. vice
qualibet quadraginta sol. den. et pulsare debeat
campanas pro servitio comunis ad omnia que fuerint
oportuna. Et sicut et quando et quomodo potestas
et capitaneus ul alter eorum priores artium duxerit iniungendum
tam de die quam de nocte et debeant pulsare ca
panam grossam sancti laurentii predicationibus
quando fieri deberent in platea comunis perus. et etiam
in ecclesia sancti laurentii singulis diebus sub pena

x. librarum denariorum que pena eis de facto per potestatem
et capitaneum auferatur ad petitionem petentis.
Et debeant ipse et suos sicut expediens
fuerit, ita pulsare et sonare campanas et
marie, Campana magna populi ad omnia que
fuerit oportuna. Ita quod bene et sufficienter sint
pulsate. Et debeant pulsare campanam
que deputata fuerit ad pulsandum de sero
tribus vicibus, retoccis non computatis. et
in ultima vice ipsarum trium pulsationum quo-
libet sero debeant et teneantur pulsare cam-
panam tantum quod homo possit comode ire ad
ab ecclesia sancti petri usque ad ecclesiam sancti
Angeli extra portam cum retocchis. dum
modo manente dicto pulsatu statim faciant
ultimos retocchos et sit tantummodo temporis in
spatium inter quolibet retoccum quod homo tria
posset dicere pater noster. Et debeant sona-
re campana de mane in aurora diei. Et
si dicti campanarii predicta omnia et singula
non fecerit et non observaverit et adimple-
verit quinque libras denariorum et pro qualibet vice sol-
vere teneantur. Et teneantur sonare vel
pulsare campanas de die et de nocte tar-
cito et tarde sicut potestas et capitaneus et
priores eis dixerit ad iniungendum et
sicut de ipsorum dominorum processit voluntate.
Et quascumque campanas sonare debeant
prout eis iniunctum fuerit per potestatem vel
per capitaneum et priores artium ad omnia que
per eos eis fuerit preceptum. Et dicti campa-
narii habeant et habere debeant accipere pro suo
salario et mercede de avere communis perusii tam
pro se quam pro illis qui cum eis fuerint usque
in quantitatem quadraginta florenorum auri et non
ultra inter illos pro quolibet anno quod salarium
eis statui et ordinari possit et debeat
per dominos priores artium civitatis perusii
et eis solvatur et solvi debeat per mas-
sarios communis perusii viso mandato dictorum
dominorum priorum. Preterea volumus quod
dicti pulsatores campanarum teneantur
ad petitionem priorum artium, si omnes
vel septem eorum essent in concordia sonare quascum-
que campanas eis iniunctum fuerit ab eis ad con-
silium vel adunantiam que eis placuerit. Et
volumus quod predicti pulsatores campanarum
et precones non vadant nec ire possint ad
brevia in aliquo consilio ullo modo. Et qui
contrafecerit eundo puniatur contrafaciens
in centum solidis denariorum. Et nichilominus elec-
tio que fieret per aliquem eorum si breve habuerit
de aliquo eligendo non valeat ipso iure sed
alius eligi debeat loco sui electione predicta
non obstante. Et tales campanarii debeant
servire bene et legaliter et officium exercere
ad quod deputati sunt, quod si non fecerint priores
et camerarii possint eos cassare et removere
prout viderint convenire.

De custodia et custodibus carceris communis
perusii rubrica.

ccxlij

Statuimus et ordinamus quod ad custodiam
carceris communis perusii eligantur et deputentur
quinque homines seu custodes de singulis
duobus mensibus in duos menses videlicet unus
pro qualibet porta per dominos priores artium
civitatis perusii nisi erunt insacculati in sac-
culis communis perusii. Et quilibet ipsorum
eligendorum vel insacculatorum seu insacculan-
dorum habeat et habere debeat pro suo sala-
rio die pro quolibet die dicti temporis duo-
decim solidos denariorum quod salarium eis et cui-
libet eorum solvi debeat per massarios communis perusii
sine aliquo precepto vel mandato alicuius
officialis dicti communis. Qui custodes qui erunt
deputati ad carceres custodiendos teneantur
et debeant captivos existentes in carceribus
ex parte domini potestatis vel capitanei vel
alterius officialis communis perusii de dictis car-
ceribus ad petitionem talis officialis et eius
familie extrahere et ducere cum familia-
ribus dictorum dominorum potestatis
et capitanei vel alterius officialis et ipsum
coram officialibus communis perusii ducere
et ad postulationem talium officialium
ipsum de carcere relapsare si placuerit

officiali qui eum carceratum fecerit nisi ex parte
alterius officialis ibi esset recomendatus. ¶ Et
si potestas vel capitaneus vel alius officialis
fecerit aliquem immicti in carcere comunis perusii
causa alicuius maleficii inquisitum vel accu
satum vel diffamatum vel alia de causa de
beant in continenti postquam eum immiserit vel im
mitti fecerit inquirere de fama et de culpa
ipsius intra unum mensem postquam in carcere comunis
perusii missus erit. Et si eum invenerit culpa
bilem contra eum procedant de iure sicut melius
quam poterunt. Si autem non invenerint eum cul
pabilem intra dictum unum mensem statim
eum postea decarcerare extrahere et exbanniri
facere teneantur quod si non fecerint de suo
salario ducentas libras denariorum pene nomine
quilibet eorum comuni perusii solvere teneatur.
deinde ad decem annos omnibus electionibus priue
tur et centum libras denariorum nomine pene
ſoluere teneatur. Et ille qui dabit pecuniam
uel aliam rem uel dare promiſit uel dari fecerit
ſimilem penam debeat ſuſtinere cuius banni
medietas ſit communis et aliam habeat accuſator et
ſufficiat unus teſtis ad hoc probandum uel ſal
tem quatuor teſtes de publica fama. Et de predictis
poſſit et debeat per potestatem et capitaneum
et maiorem sindicum inquiri. Et ſi potestas
et capitaneus et maior ſindicus eſſent negligentes
in inquirendo tempore cuiuslibet electionis con
dempnetur in centum libris denariorum. ¶ Et predicta
omnia et ſingula non intelligantur in nuptiorum
preſentium qui ſint eligibiles non obſtante ſi ali
ud officium habuerit a communi tempore quo elegerit. Et
predicta omnia que in ſuperiori capitulo con
tinentur ualeant et teneant et obſeruentur
non obſtante aliquo ſtatuto ſpeciali uel generali uel
reformatione ſeu ordinamento que in contra
rium loqueretur que omnia obuiantia et con
trariantia ſint caſſa irrita et reuocata.

De breuibus dandis per clericos uel
pueros Rubrica.

Ad hec ut in offitiis que per com. pist. dantur
ccLxiiii sorte brevium non possit colluxio aliqua excogitari
pst capitulo duximus statuendum quod omnia et
et singula brevia danda que darentur in futurum
in aliquo consilio civitatis pist. debeant mitti
in capello et extrahi et apriri et publicari et
dari per religiosos de ordine minorum ut predicatorum
vel heremitarum vel per aliquem puerum mino-
rem xii annis et non per aliquos alios Et quod
Judex vel socius potestatis vel capitanii inter-
esse debeant ad videndum et observari faciendum
omnia supradicta Et si ultra dictam formam fieret
non valeat nec teneat et ipso iure sit nulla et
quicquid exinde sequetur nullius valoris exi-
stat statuto quod incipit omnes et singuli offitia-
les nec etiam nec aliquo alio modo non obstante

De clavariis portarum Civitatis predicta

Clavarii portarum ad qualibet portam civi-
ccLxv tatis et burgorum consuetam claudi et apriri
per priores artium eligantur qui sint guelfi et du-
rent in offitio per unum annum Et eligantur
de mense aprilis et eorum offitium incipiat in
kalendis maii et habeat quilibet eorum pro eorum salario
pro quolibet anno Centum sol. den. qui clavarii
statim de sero post tertium sonum campane clau-
dere et firmare debeant portas Et si inter
dictum sonum et sonum campane que pulsatur
de mane pro die aliqua porta aperta reperiretur
potestas vel capitaneus vel maior sindicus accipi-
at tali clavario vel clavariis non firmantibus
Januas ut dictum est viginti sol. den. pro quolibet
et qualibet vice de facto Quod salarium habeant
tempore quo dictum eorum offitium exercuerit

Quod nullus terrigena alicuius terre propinque civitati pist.
possit eligi ad aliquod offitium ... acceptandi regimi-
na terre non subiecte ...
... pist. ...

Et insuper volumus pariter observari quod
ccLxvi nullus civis comitatensis districtualis
castellanus vel terrigena alicuius Civitatis vel
terre que sit prope confinia comitatus pist. pro
quadragita miliaria vel intra dictos confines
possit vel debeat eligi rectori vel nominari in offi-
tio potestarie vel capitaniatie Judicatus Justitie
vel aliquo alio offitio quocumque nomine censeatur
Nullus quoque possit vel debeat eligi rectari vel no-
minari ad offitium Judicatus seu notariatus
potestatis seu capitanei seu maioris sindici Justitie
seu alterius alicuius offitialis civitatis pist. qui
non sit de loco distanti a civitate pist. per triginta
quinque miliaria ad minus Et hoc idem intelligatur
in domicellis et familiaribus et qui contrafecerit veniendo
vel aliquem ducendo seu ponendo contra predicta vel
aliquod predictorum ille qui eum nominaverit vel elegerit
contra predictam formam in centum libris den. per pote-
statem vel capitaneum debeat condempnari Et ille qui c-
acceptaverit offitium vel venerit cum aliquo offitiali
ultra vel preter quam sit dictum non possit dictum offi-
tium suum in civitate pist. exercere et si contrafecerit
non valeant que per ipsum fierent nec teneant
in aliquo dictorum offitiorum vel in aliquo alio civit.
pist. predicti preterea volumus quod si aliquis civis pi-
storiensis electus ad aliquod regimen vel offitium
alicuius terre non subiecte vel recomendate com. pist.
non audeat ipsum recipere sine licentia maioris
consilii civitatis pist. seu dominorum priorum et Came-
rariorum Artium dicte Civitatis et qui contrafecerit
solvat pene nomine com. pist. quingentas libr. den.
quam si solvere non poterit et non solverit po-
natur in carcere in quantitate prefata de quo exire
non possit nisi solverit dictam penam Et si con-
cessa fuerit licentia sibi a consilio et placuerit ei
dictum offitium acceptare notarius reformationum
comunis pist. pro ipso com. teneatur recipere ab eo nomine
et vice comunis pist. et omnium quorum interfuerit bonos
et ydoneos fideiussores de Mille libr. den.
ad minus ad faciendum suum offitium bene et legaliter
sine fraude et nulla fraude in eo committere pro-
mictat et non recipere aliquid ultra salarium sibi
concessum de iure et potestas et capitaneus cogant eum
dare fideiussores. Et si notarius reformationum
comunis pist. dictos fideiussores non receperit et non
scripserit promissionem que fiet per eum et dictos fide-
iussores in continenti cum habuerit licentiam a consilio civita-
tis pist. solvat pene nomine decem libr. den. Et
dicti fideiussores recipiantur in aliquo dictorum consi-
liorum civitatis pist. vel coram prioribus artium dicte
civitatis Insuper volumus quod si dictus pistoriensis
in dicto offitio commiserit aliqua falsitate vel fra-
udem vel furtum vel aliquid habuerit ultra sala-
rium sibi concessum quod non habuit de iure

et de hec fuit porta querimonia cora potate
ul cap potas ul capitaneus teneatur infine
q depdcis cora dcum pusinu facere inquisi
tionem pquoscuq testes ei placuit in de illa
terra ubi steterit i offitio qua pquoscuq alios
testes ut sibi placebit et si repertus fuerit
culpabilis puniatur et cdepnetur cori pus
in duplum rei p eum accepte et habite et illi
cor ad cui offitium steterit i restitutione rei q
huisset indebite ul de qua fraude ul furtu
fecisset ul illi spali psone aqua extorsisset
ul huisset. Item volum q si aliquid hui
ss recepisset in dca terra ad cui offitiu stete
rit ultra suum salarium quod no fuisset ei
cpcessum p illos qui hent bayliam in dca
terra illud faciendi intelligatur ipm furtu
et fraudem cmisisse. Et de hec possit ctra
eum inquiri et puniri ut dcum est. Prete
rea si dictus pusinus reuertereatur pus
finito suo offitio ul an cpletu tps i quo
de buisset sindicari ul post sine absolu
tione ul refutatione ei fca acori ubi steterit
i offitio post cpletum suum regim et of
fitium potas et cap cogant eu redire ad
ad dcam terram ad standum ad sindicad et
ad faciendum se sindicari sm forma stat
illius tre Et nichilominus pusinus qui sic
reuerteretur cdepnetur cori pus in dc. lib
den. Et idem dicimus i potestate ciuita
tis nucerii castri plebis et castri gualdi. Vo
lum q nulla refutatio siue absolutio ei fca
ul que fieret ipo existente in offitio sibi
psit Set sit cassa nullius valoris ipa no
obstante cogatur redire ad faciedu se sidicari
in illa terra Et nichilominus cdepnetur
cori pus ut supius dcum est. Prete
rea uolum q omnia supdca legantur sibi
publice in csilio p notariu reformationum
an q recipiat dcum offitiu qm dabit fide
iussores predcos. Et dcus pusinus pu
sinus teneatur dcum capitulu et omia
supra dca secum portare ad terram ad cui

fruitum et offitium vadit et ea omia legi
facere in illa tra in publico csilio Et de
predcis omib et singlis potestas et cap
et quilibet eor teneatur facere inquisitionem
et punire culpabiles ut dcum est. Non ob
stante aliquo capitulo saluis electionibus
factis et faciendis p sachetum cois pus
et salua electione ciuitatis Clusii.
Insup volumus statuetes q nullus ci
uis ul districtualis pusii possit audeat ul
psumat recipe ul acceptare ul exercere aliqd
offitium rectoria seu pheminetia i aliqua
ciuitate castro ul tra romane ecce imedi
ate subiecta ad quod ul qua eligeretur vo
caretur ul asumetur p quecuq dum cie
seu singlarem psonam quacuq et qualit
cuq sub pena mille lib den si de fco
p maiorem sindicu aufferenda nisi pmo
et cu omia soluit mass cois pus p ipo
cori recipientib medietatem meri i ueri
salarii quod papre ul hre deberet ratione
talis offitii rectorie ul pheminetie Et
q ad predcis quilibet ce valeat accusator et
hat medietate bapni saluo q pdca locu
no hant iuris ecce cori pus subiecti i re
comendatus

Debaiulis et nuptiis no eligendis ad
quedam offitia rub. cclxvij

Baylitores qui sunt ul aliquo tpr
fuerit in offitio baylie ul erunt in
futuru nec eor filii uiuete patre non
possit ul debeant modo aliquo siue ca
eligi vocari ul noiari in offitio priorat
ul camolengatus ul rectorie mo aliquo
siue ca et qui ctrafecerit ta eligens q reca
piens offitium p dcum ul aliquod eoru
puniatur in viginti qunq lib den Et ni
chilominus cassetur p iudicem iustitie i
p dcum capit ab offitio plibato et alius
eligi debeat loco sui. Et etiam volu
mus q nullus qui erit nuptus ppti in
futur possit ul debeat eligi ul vocari
in offitio prioratus sub dca pena ta electorib

quam recipientibus offitia supradicta et alius eligi debeat loco sui. In aliis et de aliis offitiis esse possit libere sine pena aliquo statuto vel ordinamento non obstante. Et de predictis omnibus et singulis Inquiratur publice et secrete aliquo non obstante. ¶ Et quicumque fuerit detentus in aliquo palatiorum vel in carcere communis Perusii vel denumptiatus vel accusatus fuit aut contra eum Inquiretur de aliquo mallo non possit nec debeat esse vel eligi in priorem civitatis Perusii quousque de ipso mallo vel In iuria fuerit condempnatus vel absolutus aut totaliter liberatus.

cclxviij Quod nullus qui non fuit oriundus de Civitate et comitatus Perusii possit esse ad quedam officia. Rubrica.

Presenti capitulo duximus statuendum quod nullus possit esse eligi vocari vel assumi in offitio prioratus camorlengatus rectorie vel in aliquo offitio communis nec in offitio capitaneatus partis guelfe nec interesse alicui electioni priorum camerariorum aut rectorum artium nec vocem in dictis electionibus habere vel dare. Nec ipsa offitia vel aliquod eorum possit recipere suscipere vel habere seu etiam exercere modo aliquo sive causa. Contrafecerit tam eligens quam etiam recipiens vel exercens idem offitium idem puniatur per dominum capitaneum seu maiorem sindicum in C. libris denariorum et inde gestis esse valeat accusatori et promotori. Et de predictis omnibus et singulis potestas et capitaneus et maior sindicus ad petitionem petentis teneantur facere Inquisitionem aliquo non obstante. Cuius vel cuius pater non sit oriundus de civitate vel comitatus Perusii. Et qui libram non habuit in civitate vel comitatu Perusii per tempus saltem triginta annorum. computato tempore quo eam habuit in comitatu et computato tempore suo et suorum antecessorum. Ita tamen quod illi qui fuissent de comitatu et libram habuerit ut dictum est ipsam libram nec non habitationem veram habuisse et fecisse debeant in civitate et iter cives Perusii saltem per tempus decem annorum ante quam ad ipsum offitium assumatur. Exceptis hiis qui iam fuerunt priores et in offitio priorum. Qui ad quodlibet dictorum offitiorum assumi possit. Et exceptis hiis que supra dicta sunt de camerariis in capitulo de electione rectorum et camerariorum artium. Exceptis hiis qui in sacculatis sunt in presentibus saccullis qui habere possint offitia ad que insacculati sunt. non obstantibus hiis que dicta sunt supra. Et si qua electio secus fieret non valeat. Et nichilominus siquis de comitatu aut comitatinis possit esse si habitavit per viginti annos et habuerit domos terras et vineas et possessiones et libram ad minus centum librarum denariorum.

cclxviiij De offitialibus non absolvendis ante finem eorum offitii et non rafirmandis. Rubrica.

Pro meliori communis Perusii et populi statuimus et ordinamus quod non possint nec debeant domini potestas et capitaneus et Iudex maior Iustitie communis Perusii seu eorum offitiales absolvi ante quam suum regimen seu offitium finiatur vel ante tempus sindicationis fiende de eis vel aliquo eorum per commune Perusii. Nec possit vel debeant alicui eorum parabole seu licentie dari ad aliquod eundi regimen vel offitium suo durante offitio extra comitatum Perusii ante quam sit lata sententia super examinatione sui offitii per eorum sindicatores etc. ¶ Et nullus de predictis offitialibus communis Perusii possit in offitio refirmari vel confirmari seu eligi nec in eodem offitio vel in alio communis Perusii eligi vel assumi a die depositi offitii ad decem annos tunc proxime adcessuros. Et hoc intelligatur et locum habeat in hiis qui fuerint et sint et essent in posterum in aliquo offitio expressis vel cum aliqua potestate vel capitaneo seu Iudice et in curia civitatis Perusii qui in civitate Perusii debent inde ad decem annos in aliquo offitio esse non possit. Et nulli predictorum offitialium arbitrium concedatur modo aliquo sive causa aut ingenio. Et priores artium qui nunc sunt et in posterum fuerint non debeant vel possint proponere nec permictere seu consentire quod proponatur et ordinetur seu reformetur in aliquo offitio communis vel populi vel ad unam via rectorum

artium seu artificum artium vel consilio sapientum
aliquid contra predicta seu in contrarium de predictis Et
si contrafecerit puniatur quilibet prior qui contra
fecerit vel permisit seu consenserit talibus propositi
onibus in toto hoc capitulo et contentis reforma
tioni et ordinationi in V libro denariorum comunis perusii sol
uendorum et in ea pena potestas dictum Judicem Justitie
debeat condempnare Et contra predicta fieret non valeat
ullo modo ¶ Et quicumque fuerit offitialis ad aliquod
offitium dicti comunis eodem anno in quo erit ad ipsum
offitium non possit esse de illa terra de qua fuit
ille offitialis. aliquis offitialis comunis perusii ad
aliquod offitium Et nemo de civitate et distri
ctu perusii audeat aliquem nominare eligere vel vo
care contra dictam formam ad penam centum librarum denariorum.

De literis pro comuni perusii transmictendis et de sigil
landis et eis firmandis Rubrica

Litere que mictentur ex parte comunis perusii
seu dominorum priorum artium et ex parte domini
ccLxx Capitanei transmittatur et sigilletur sigillo
comunis et populi perusini Et nisi primo litere de
videantur et legantur prioribus artium non debeat
sigillari ¶ Volumus insuper quod nulla litera ex
parte comunis vel populi perusii mictatur ad papam vel ad car
dinales Imperatorem vel regem nec ad aliquod offitia
le romane curie pro factis comunis perusii nisi primo vi
deantur et examinentur per priores artium vel sep
tem ex eis secundum pro factis aliis quibuscumque non tangen
tibus principaliter ipsum comune vel secundario litere
non mictantur ad supradictos dominos vel aliquem
eorum nisi primo dicte litere legantur in maiori
consilio campane et proponatur et fiat partitum cum busso
lis et fabis In quo maiori consilio sint ad minus
centum consiliarii et optineatur inter eos ad minus
per Lx Et potestas et capitaneus vel priores si micteret
contra predictam formam quilibet eorum in centum libris
denariorum comunis perusii pro vice qualibet condempnetur et de
literis debeant registrari per notarium reformatio
num salvis aliis provisionibus reformationibus
et ad ordinamentis super dicta materia editis

Qualiter in consiliis partita mictantur
ad bussolas et fabas Rubrica

ccLxxi Pro statu meliori comunis perusii et civitatis
Durimus statuendum quod qui potestas vel capita
neus vel priores artium fecerit maius consilium
civitatis vel consilium populi seu alia consilia in deliberationibus

et partitis fiendis ubi requiritur fieri ad busso
las et fabas in consilio tali ordine procedatur videlicet quod de
inceps partita in aliquibus consiliis et adunantiis non
fiant nec fieri debeant cum palloctis sive fiant et fi
eri debeant cum fabis albis et nigris hoc modo quod
quolibet partito faciendo per notarium capitanei populi vel
domini potestatis vel dominorum priorum vel cancellariorum
dentur cuilibet de dicto consilio vel adunantia due
fabe pro quolibet una alba et alia nigra et misso
et facto partito portentur per duos notarios bussule
unius eiusdem que coloris tantum et ille qui voluerit sic
Et quod partitum vincatur det et ponat secrete in manu
notarii portantis bussulam unam fabam albam
et volentes non sed volentes quod partitum prodatur det
et ponant secrete in manu dicti notarii unam fabam
nigram quas fabas dicti notarii secrete manu clausa
non respiciendo fabas mictat in una eadem que
bussola de inde omnibus fabis recollectis computet
et numeretur ipse fabe per notarium reformatio
num vel notarium priorum artium in ipso consilio in bacili uno
unatim alta voce et elevata manu Et si fabe
albe essent due partes vel ultra ipsum partitum
habeatur et haberi debeat pro victo et optento alias
habeatur et haberi debeat pro perdito et amisso et
valeant et teneant dicta partita que sic fient ¶ Et
habeantur quatuor bussoli ferrati et facti secundum quod
solitum est fieri quorum bussolorum duo sunt albi
et duo alii nigri et fiant dicta partita ad fabas
¶ Et in ipso consilio antequam fabe dentur nume
rentur omnes consiliarii de consilio ut tot dentur
fabe quot sunt consiliarii et non plures neque pauci
ores Et consiliariis numeratis potestas vel capitaneus
vel priores cuilibet consiliario dari faciat unam
fabam albam aliam nigram et consiliarii teneantur
per sacramentum ex illis fabis mictere in bussolo
quod voluerint pro illo partito qui sibi placuerit ¶ Et
illi qui portabunt bussolos consiliarios contrafacientes
debeant accusari incontinenti quod si non fecerit debeat
solvere pro vice qualibet decem solidos denariorum ¶ Et si
due partes fabarum volentium sic fuerit in uno modo
tamen quod de avere comunis perusii dentur vel expendatur
vel quod fiat collecta generalis vel alia fiant cum dictis
dominis capitaneo et prioribus ut supra dictum est id
quod per ipsas duas partes fabarum obtentum fuerit fiat
et executioni debeat demandari si vero fabe minus
duabus partibus fuerit non detur nec expendatur
de avere comunis perusii neque collecta fiat Et per notarium

qui erit ad reformationes consiliorum scribatur id quod reformatum esset secundum numerum fabarum ut superius est expressum. Et bussoli debeant portari et fabe dari et recolligi per consilium per notarium potestatis vel capitanei vel notarium priorum vel cancellarium. Et massarius comunis Perusii fieri faciat bussolas secundum modum predictum. Bussolas autem et fabas conservet notarius reformationum. Siquis autem dolum vel fraudem commiserit in predictis vel aliquo predictorum pro qualibet vice X libr. den. comuni Perusii solvere compellatur. Et potestas et capitaneus et maior sindicus teneatur facere inquisitionem contra illum vel illos unum vel plures qui in predictis omnibus et singulis vel aliquo predictorum dolum vel fraudem commiserit publicam vel privatam et ipsos et quemlibet eorum in penis L. libr. den. debeant condempnare et capitaneus pro comuni condempnationes exigere teneatur.

## De guerra et cavalcata non fienda et debito contrahendo debitum feneraticium nisi certa solempnitate servata. [illegible]

cclxvij Pro bono et pacifico statu comunis et populi Perusii statuimus et ordinamus et precise volumus observari quod deinceps nulla guerra sive cavalcata fieri possit pro comuni Perusii contra aliquam civitatem castrum vel universitatem seu personam aliam. Et nulla collecta impositio vel prestantia imponatur pro comuni Perusii modo aliquo sive causa. Et quod nullum debitum feneraticium vel quod sit ad fenus vel aliquod aliud debitum possit vel debeat contrahi principaliter vel secundario pro comuni Perusii ad quod obligetur comune Perusii vel alius nomine dicti comunis nec aliquid dari valeat alicui pro comuni vel dari vel donum aliquod fieri pro comuni et populo Perusino nec aliquod adiutorium alicui possit fieri vel mutuo aliquid dari pro comuni Perusii nisi prius proponatur et reformetur in consilio camerariorum et sapientum numero vigintiquinque .s. quinque pro qualibet porta ad minus quos voluerint priores habere in consilio in quo intersint ad minus .xxx. camerarii artium et ibi exprimatur causa quare predicta proponuntur et reformantur et fiat inter eos partitum et scruptinium ad bussolas et fabas et si obtentum fuerit per duas partes in concordia postmodum singulis seu eadem propositio et negotium possit proponi et reduci in consilio camerariorum et artificum artium civitatis Perusii in quo intersint CCC. si haberi poterunt vel ducenti ad minus de quibus camerariis et artificibus due partes sint in concordia ad bussolas et fabas qui artifices sint de veris artificibus. Et si due partes fuerint in concordia postmodum sequenti die vel postea idem negotium et eadem propositio demum reducatur et proponi possit sequenti die vel postea in adunantia generali priorum artium et consilio camerariorum et rectorum artium et aliorum artificum populi civitatis et burgorum Perusii, in quo consilio adunantia intersint ad minus triginta camerarii et iiij. artifices vere de artificibus et si due partes in concordia fuerint facto partito diligenti inter eos de sedendo ad levandum tunc quod ordinatum fuerit per dicta consilia predictis sic solempniter actis ut dictum est executioni mandetur et fiat pro comuni Perusii prout casus occurrerit in aliquo predictorum casuum secundum quod ordinatum et salubriter provisum fuerit aliquo statuto in contrarium loquente non obstante et hoc capitulum sit precisum et perpetuo debeat observari. Salvo quod predicta solempnitas non observetur si casus occurrerit quod absit quod aliquod comitatus castrum seu universitas suppositus iurisdictioni et protectioni comunis Perusii recusaverit facere mandata comunis Perusii et etiam pro defensione comitatus Perusii et districtus Perusii vel alicuius coadiacentie iurisdictionis Perusii dicta solempnitas non servetur. Et salvo quod predicta solempnitas non requiratur in servitio fiendo pro sancta matre ecclesia et populo romano et amicis et benivolis comunis Perusii pro quibus fieri possit cum auctoritate consilii dominorum priorum et camerariorum artium civitatis tantum. Et salvo quod predicta solempnitas non debeat observari si contingeret auxilium vel ad adiutorium fieri in favorem et exaltationem alicuius civitatis vel castri de societate vel liga comunis Perusii seu que esset in futurum in aliqua liga et societate cum comuni Perusii in quibus et super quibus possit procedi et omnes expense dictis de causis ordinari et solvi facere de quacumque pecunia comunis Perusii et quocumque modo non obstante aliquo statuto generali vel speciali in contrarium loquente prout placuit dicto consilio providere et reformare. Et hoc pro honore et libertate et statu comunis et populi civitatis comitatus et districtus Perusii et manutentione et conservatione terrarum subiectarum dicto comuni Perusii. Et ad hec

ut habeantur consilia opportuna et pro illis negotiis communis faciendis et exequendis. Volumus quod facta convocatione consilii et pulsata campana ad consilium fieri debeat requisitio primum notarium qui ad hoc deputatus fuerit per dominos priores artium et qui non venerit ad ipsa consilia si erit de ipsis vel de aliquo eorum consilio solvat pene nomine pro vice qualibet quinque solidos denariorum nisi haberet iustam causam que appareat per sacramentum et fidem et dictum duorum testium ad minus. Que pena a non facientibus de facto exigatur per camerarium communis Perusii. ¶ Quicumque venerit ad dicta consilia vel aliquod eorum et non esset de consilio ad quod veniret solvat pene nomine pro vice qualibet viginti quinque libras denariorum. Et dicta pena exigatur de facto ab omnibus contrafacientibus sine aliqua condepnatione potestate et capitaneo set ex offitio sine aliqua accusatione vel condepnatione. ¶ Et si priores artium contra predicta vel aliquod predictorum seu contra formam predictam proponeret vel reformarent vel reformationem facerent non servata solepnitate predicta, quilibet eorum per maiorem sindicum et iudicem iustitie in .C. libris denariorum. Et id et totum quod fieret vel reformaretur contra formam predictam valere non debeant nec tenere ullo modo. ¶ Volumus insuper quod predicta non intelligantur in salariis offitialium et helemosinis et in expensis que fieri debent per capitula statuti. ¶ Et cum negotium alicuius tractabitur in consilio ille cuius negotium in consilio tractabitur non debeat interesse nec eius procurator sed de consilio penitus expellatur.

## De quibusdam offitiis spectantibus ad artem notariorum et eorum electione. Rubrica

cclxxiiij Ad hoc ut offitia notarie in civitate Perusii sit communia et communiter distribuantur volumus statuentes quod de omnibus offitiis que inferius declarantur et que dantur per commune Perusii notariis de civitate Perusii et que in futurum dabuntur eisdem fiant sacchuli et ad ipsa offitia notarii per viam et modum sacchetti eligantur, extrahantur et publicentur in maiori et generali consilio civitatis Perusii. Ad hoc ut boni notarii et experti ad bona et magna offitia ponantur, mediocres ad mediocra et peiores seu minores ad minora offitia assumantur et fiant et fieri debeant dicti sacchuli sive sacchetti per offitiales qui eligerentur ad refectionem sacchulorum omnium offitialium civitatis et comitatus Perusii, dummodo omnes notarii scripti et scribendi in matricula notariorum civitatis et burgorum communis Perusii et consortii notariorum eiusdem civitatis ponantur et mictantur in ipsis sacchulis et scribantur ipsa offitia in eos secundum modum predictum. ¶ Et ad hoc ut quilibet notarius intendat melius et habilius ad suum offitium exercendum ad quod deputabitur, volumus quod talis notarius durante offitio ad aliud offitium communis Perusii habere vel exercere non possit nisi aliud per commune Perusii fuerit provisum. Contrafaciens vero puniatur in .L. libris denariorum. Et numquam in eodem offitio eligi et durare possit, que pena possit et debeat auferri per quemcumque offitialem communis Perusii ad petitionem cuiuscumque et de facto. Ita tamen quod in dictis sacchulis ad notariatus armarii non ponatur aliquis notarius comitatensis. ¶ Liceat tamen cuilibet notario qui de sacchulo extraheretur offitium ad quod esset electus et extractus renumptiare et tunc alius per dominos priores eligatur loco sui. Qui sacchuli ponantur in armario communis Perusii. Et si dicti offitiales fuerint negligentes in predictis sacchulis sint [illegible] videlicet

¶ Offitium notariatus in armario communis Perusii et notariorum qui sunt in dicto armario ad copiandum.

¶ Offitium notarii cum superstitibus campi batalie.

¶ Offitium notariatus cum offitialibus malestatus.

¶ Offitium notarii cum offitialibus bladii Clusii.

¶ Offitium notarii cum offitiali massarie et aconciaminis palatiorum communis Perusii.

¶ Offitium notariatus cum offitiale vel priore de colle.

¶ Offitium notarii ad copiandum in curia sindici et iudicis iustitie.

¶ Offitium notarii cum sindicatoribus potestatis et capitanei et aliorum rectorum communis Perusii.

Que omnia locum habeant et obseruentur in illis offitiis notariorum qui ex forma statutorum non debent eligi per ipsos offitiales cum quibus esse debent in offitio vel de modo electionis eorum aliter alibi Perusii non est.

## De electione notariorum priorum. Rubrica

cclxxiiii Cum per formam statutorum et ordinamentorum ciuitatis Perusii multa conuenientia fieri fieri debent notariorum ciuitatis Perusii fienda que spectant ad comodum et utilitatem singularium personarum ciuitatis et comitatus Perusii et maxime de conparatione fienda rogationum et protocollorum notariorum mortuorum que non reperiuntur auctenticha, ad quam conparationem faciendam requiruntur de iure notarii legales experti et in factis exercitati ordinamus quod priores notariorum sint et esse debeant tres priores et eligantur per consortium notariorum octo diebus ante principium eorum offitii secundum formam ordinamentorum consortii notariorum ciuitatis Perusii. Et vadat electio priorum consortii de porta in portam et qui fuerit una vice prior consortii non possit esse prior consortii inde ad tres annos et illi sint priores consortii et prioribus consortii habeantur qui dicto modo et forma eligentur. Et duret eorum offitium per sex menses et sic per sex menses celebretur electio priorum consortii et non aliter vllo modo. Excepto si fieret per eos electio ad sacchectum quo casu de sacchulo publicetur. Que omnia priores consortii obseruare et obseruari facere teneantur sub pena centum librarum denariorum pro quolibet non obstantibus aliquibus aliis statutis ordinamentis vel reformationibus communis et populi Perusii quam consortii notariorum factis vel faciendis nec aliquibus aliis in contrarium loquentibus que quo ad predicta sint cassa sublata et reuocata.

## De matricula notariorum fienda. Rubrica

cclxxv Volumus ordinantes quod priores notariorum ciuitatis et burgorum Perusii una cum viginti bonis et expertis notariis eligendis per ipsos priores notariorum quatuor per portam premisso sacramento teneantur examinare et inuestigare de conditione et qualitate omnium notariorum ciuitatis et comitatus Perusii sub pena viginti quinque librarum denariorum pro quolibet eorum. Et quos inuenerint esse legales et suffi-

cientes faciant eorum nomina et prenomina et loca vnde fuerint describi in matricula de verbo ad verbum ponatur in statuto populi Perusii. Scilicet post ipsum volumen pro notariis qui stare debet. Et omnes qui ibidem scripti reperientur possint dictam artem notariorum exercere in ciuitate et comitatu et districtus Perusii, et contra tales et eorum scripturas per eos vel aliquem eorum scripturas et factas in preteritum vel faciendas in futurum non possit dici vel opponi quod non fuissent scripti vel essent in matricula notariorum. Et si aliquis dixerit vel opposuerit soluat viginti quinque libras denariorum. et opposito ipso iure sit nulla et non valeat. Et si ille qui scriptus non reperiretur in dicta matricula fuerit operatus artem notariatus in ciuitate comitatu vel districtus Perusii soluat C. libras denariorum communi Perusii pro qualibet vice et rogationes eorum si notarii sunt et omnia et singula de quibus ipsi notarii fuerint rogati facere publica scriptura valeant et teneant et plenam habeant firmitatem et efficatiam. Dum modo predicta locum non habeant in notariis castri plebis ciuitatis assisii et ciuitatis nucerii qui sine scripti fuerint in matricula siue non notariatus arte valeat. Et hec de notariis qui nunc sunt vel erunt per eorum tempus intelligantur. Sed de illis qui erunt notarii post dictum tempus talis modus seruetur. Quod per dictos priores notariorum debeant examinari et approbari si dignus fuerit approbatus ponatur et scribatur in dicta matricula et statuto. Et in dicta matricula ponatur per se ex vna parte Ciues Perusii notarii, et in alia parte dicte matricule ponatur comitatenses declaratis locis vnde sunt tales comitatenses. Possint tamen et debeant comitatenses notarii habitantes cum eorum familiis sine fraude in ciuitate burgis vel suburgis Perusii qui per decem annos elapsos habitauerint cum eorum familiis in ciuitate burgis et suburgis predictis quos non esset verisimile reuersuros esse ad habitandum in comitatu Perusii poni et scribi in dicta matricula inter ciues cum ciuibus notariis et paribus notariis habeantur quantum ad dictam artem et offitia notariatus exercenda tamen, dum in ipsa ciuitate burgis et suburgis

habitabunt ut dcum e no aut quatum ad honorem
et datas et collectas et cavalcatas cois perusii igitur
ordinamenta catasti de [illegible] & sequentia in sua fir
mitate perduret nec etiam in offitio notariatus porte
nec notariatus possit ullo mo armarii ad quae duo
offitia uocari uel eligi no possit ullo modo. Sal
uis semper sacchullis pnibus et ordinamentis sac
chulorum. Et quod nullus ciuitatensis scolaris ciuis
possit habere offitium prioratus uel camorlengatus
in ciuitate perusii a die sue receptionis uel citadina
ntie ad duodecim annos de in pnte subsequentes Et
si electus fuerit electio no ualeat et si accepta
uerit puniatur in decem libr. den.

De electione doctorum et rectoris et ordine studii
super studio in ciuitate perusii [illegible]

Ut studiorum in ciuitate perusii sepius inchoa-
ta principia laudabile medium optimum
quoque finem recipiat dignum et necessarium esse cogno
scitur quod in eadem ciuitate perusii doctorum et magistrorum
qui moribus et fama et scientia alios antecedunt
copia no desit, immo sufficiens numerus habeatur
ad hoc ut esse perusii. et dicta ciuitas diuersis uirtu
tibus augmentetur quibus mundus illuminatur
Et sit etiam dignum quod idem doctores et magistri
nec non singuli scolares et eorum familiares ad stu
dium ad predictam ciuitatem uenientes et ibidem
commorantes fauorabiliter aliquibus condignis pro
rogatiuis et priuilegiis foueantur hoc statuto
imperpetuum ualituro Statuimus quod in ciuitate perusii sit
studium generale in iure canonico et ciuili et in me
dicina et in qualibet alia facultate Et quia sine co
pia dictorum doctorum et magistrorum studium esse no
potest. Sint et esse debeant continue ad legendum
in dicta ciuitate perusii doctores et magistri in numero or
dinato Qui omnes sint in suis scientiis et fa
cultatibus conuentuati et continue legant in eodem
prout scolares et ipsorum rectores ibidem studen
tes duxerint ordinandum secundum pacta que seruantur
in studio bononiensi. Et quod scolaribus qui pro
et pro tempore fuerint in ciuitate perusii sit licitum uniuersitatem
constituere et sibi recthore eligere Qui rectores
habeant illud arbitrium offitium et illam potestatem
quam habent rectores in studiis generalibus. Et
quod idem scolares in dicta ciuitate perusii forenses dum
taxat in ciuilibus causis habeant tres iudices ad
eorum electionem secundum quod continetur in auctentica ha
bita super hoc et C. Et quod doctores actu legen
tes in ciuitate perusii et scolares eiusdem uniuersitatis
in dicta ciuitate studentes et eorum familie habeant

cclxvj

acci in ciuitatem ciuium et pacibus stantur dum
ibidem ad studium morabuntur quo ad contractus
et delicta. Preterea si scolares uenientes ad stu
dium ad dictam ciuitatem perusii uel recedentes de eadem
et eorum familia derobbaretur in dicta ciuitate uel
comitatu uel destrictus perusii omnia eis dampna illata
comune perusii faciat emendari. Item statuimus et or-
dinamus quod quilibet doctor et scolaris forensis in iure
canonico uel ciuili uel aliqua facultate quacumque pos
sit impune et libere uenire ad legendum et stu
dendum in ciuitate perusii et in ea libere stare et
morari ad studendum et legendum no obstantibus
aliquibus represaliis uel processibus factis uel fiendis
contra comune terre unde esset talis doctor uel scolaris
Volumus etiam statuentes quod domini potestas et
capitan et alii offitiales eiusdem comunis perusii tene-
antur et debeant in principio sui offitii iurare
conseruare et manutenere studium in ciuitate perusii et
presens statutum sicut alia statuta populi perusii. Et
aliquis doctor comunis perusii no possit nec debeat
petere habere uel recipere aliquod salarium a scolaribus
perusinis uel aliquo eorum Et nullus doctor possit
eligi uel uocari ad legendum in studio perusii qui esset
assessor uel domini potestatis uel domini capitanei uel maioris
sindici uel in aliquo alio offitio in ciuitate perusii
durante ipso offitio uel qui fuerit ad aliquod tale offitium
in dicta ciuitate a quinque annis preteritis citra usque
ad tempus electionis sue offitii pena cuilibet eligentibus et
electo si acceptauerit C. libr. den. et talis electio
ipso iure nullius sit uigoris. Item quod omnes doc-
tores ciuitatis perusii actu legentes et etiam no
legentes et alii salariati dummodo salarium
recipiant a comuni teneantur et debeant rectori dicti
studii in licitis et honestis hobedire et habeat et
habere intelligatur iurisdictionem puniendi et
multandi predictos doctores et alios inobedientes
in ea quantitate et summa quam crediderit fore
sufficientem pro satisfactione talis inobedientie
Et simul in eadem iurisdictione possit exercere
in omnes scolares dicti studii cuiuslibet facultatis
exceptis gramaticis. Item quod ad petitionem dicti
rectoris potestas et capitaneus et quilibet alius
offitialis comunis perusii teneatur dare familiam ad
grauandum realiter et personaliter omnes doctores et
alios salariatos et omnes scolares eidem rectori
inobedientes pena dictis potestati et capitaneo
recusantes dare dictam familiam uiginti quin
que libr. denariorum. Item quod omnia statuta
facta per dicta uniuersitate anno die tertia decima
mensis februarii anni domini MCCCXVI approbata per eos

pis et etiam facta data die citra et fienda insti
tutu sint rata et firma dummodo fienda et
etiam facta que approbata non essent approbentur per
priores et camerarios artium civitatis pis
Et dummodo infractis vel fiendis nichil
sit quod disponat aliquid contra formam alicuius
capituli statuti communis pis. Quod autem secus appa
ruerit in eis vel aliquo eorum sit nullius momenti
et nullius valoris. Item quod potestas et capitaneus
teneantur si contigerit aliquem forensem in
stitiari ad petitionem rectoris dicti studii et imp
tio facere assignari provisionem faciendi salte
bis in anno sub pena Centum librarum denariorum quam
quolibet eorum pro communi pis auferenda. Item quod
scolares domus sapientie teneantur eorum sumptibus
accedere ad honorandum festum beatissimi her
culani una cum doctoribus et aliis scolaribus. Item
quod anno quolibet celebretur in civitate pis festi
vitas beati Gregorii altissimi confessoris ac
eximii doctoris ecclesie cuius vocabulo dicta do
mus nostra insignita ita quod nullum opus ser
vile fiat in ipsa die ipsius festivitatis et ipsa
die sint ferie movilibus et criminalibus
et quod domini priores artium vel aliqui ex eis po
testas et cap. illa die visitet domum et ecclesiam
prelibata. Item quod scolares presentes et futuri de le
gentes in dicta domo et ipsius domus familiares
gaudeat in omnibus et per omnia tam erga univer
sitate studii pis quam circa alia quecumque modo quo gaudent
alii scolares dicti studii exempti et privilegiati
noscuntur dummodo ipse se scribi faciat in ma
tricula scolarium dicti studii. Item quod in causis
dicte domus sapientie presentes et futuri iudices qui
cognoscere debent decorum licentia tenore causa et questionibus
procedat summarie

De electione et offitio Conservatorum monete
et camere communis pis. R[ubrica].

Cum inter alia offitia communis pis offitium
conservatorum monete communis pis necnon
cclxxvii utile fore censeatur immo verius necesse
cum conservatio aerarii dicti communis statum ad ferat
pacificum et tranquillum Statuimus et ordinamus
presenti capitulo in perpetuum valituro quod eligantur
et eligi debeant tres boni prudentes et lega
les cives pisani et de populo pisano de
porta in portam ita quod distributio electionis

dictorum conservatorum per portas equaliter observetur
qui in saecularibus et in saeculari debeant mas
nadores et prosecutoribus monete communis pis
quorum offitium duret et durare debeant tantum
sex mensibus ad quorum manus pervenient
et pervenire debeant omnes et singuli introitus
reditus et proventus infrascripti et prout inferius
continetur. Qui conservatores sint et esse in
telligantur offitiales communis pis ad exigendum
et ad recipiendum infrascriptos introitus
redditus et proventus et de ipsis nomine communis
pis finiendum et refutandum necnon asti
ducendum. stipendiarios equestres et pe
destres ad stipendium dicti communis et stipendia
solvendum et solvere permittendum secundum for
mam capitulorum infrascriptorum et prout infra
latius continetur Sint insuper et esse in
telligantur offitiales dicti communis super exitibus
et expensis et pagamentis per dicto communi fiendis
infrascriptis offitialibus doctoribus et personis
et secundum formam capitulorum infrascriptorum super
quibus omnibus et singulis habeant et habere
intelligantur arbitrium auctoritatem potestatem
plenariam et baliam. Et pro expeditione
et executione dicti offitii habeant et habere debeat
duos bonos et legales famulos unus
quorum super introitus deputetur alius vero
super exitibus et expensis debeat deputari
Habeant insuper tres expertos et sufficientes
notarios quorum unus ad scribendum introitus
deputetur. alter vero super conductione stipendia
riorum debeat deputari alter vero ad scribendum
exitus et expensas per dictos conservatores fiendas
necnon alias varias et diversas scripturas
pro expeditione dicti offitii necessarias debeat depu
tari qui famuli et notarii non sint emp
tores nec socii emptorum aliquarum gabellarum seu
comunantiarum communis pis. pro quibus aliquid de
beatur. camere ipsorum conservatorum tempore offitii
ipsorum famulorum vel notariorum si aliquis ipsorum
esset emptor vel socius emptoris vel aliquid
deberet dare camere ipsorum conservatorum donec

est debitor dicte camere in cancellarium vel
notarium non possit eligi vel assumi per
ea eligenti quod electo contra formam presentis
statuti. Incurrat libras denariorum. Habeat insuper
unum nuptium pro ambasiatis necessario
faciendis quorum cancellariorum notariorum et
nuptii ad dictos conservatores electio pertine
at pleno iure qui conservatores cancelli
notarii ac nuptiis habeat et percipiant
salaria infrascripta. Infrascripti sunt
introytus redditus et proventus proveni
endi et qui provenire debeant ad manus
conservatorum predictorum et sint et esse in
telligantur officii concessi et deputati
camere dictorum conservatorum et de ipsis solu
tiones et pagamenta fiant et fieri debeat
conservatoribus predictis et non alii officii
alii communis perusii. et si secus fieret non valeat
ullo modo. Imprimis comunantia fruc
tuum redditum et proventuum aque
lacus Clusii perusii. et gabella piscium.
Item gabella salmarum grossarum. Item
gabella passaggii. Item gabella contrac
tuum. Item gabella vini quod venditur
ad minutum in Civitate burgis et sub
burgis perusii usque ad confines villarum.
Item gabella macinatus seu bucatarum Civi
tatis et comitatus perusii. Item gabe
lla fructuum qui recolliguntur in comitatu
perusii. Item gabella fructuum qui recolli
guntur in suburgis perusii usque ad eos fi
nes villarum. Item gabella mercatorum
comitatus perusii. Item gabella introytus
et proventus collectarum et prestantiarum im
positarum et imponendarum. Item introytus
florenorum et pecunie redigende ex bladis
solvendis officiales bladi dictis conservatoribus
salvo quod dicti offitiales bladi possint solvere
et expensas facere secundum formam capitulorum

loquentium de offitio ipsorum offitialium
bladi. Item gabella xii denariorum pro qualibet
libra retinenda per ipsos conservatores seu ipsis
conservatoribus solvenda de omnibus et singulis
solutionibus et pagamentis fiendis per ipsos
conservatores vel in cameram ipsorum conservatorum
quibuscumque personis quacumque et qualitercumque
non obstante quod cavaretur quod tales solu
tiones vel aliqua earum facere possent
et deberent sine solutione vel receptione alicuius
gabelle preterquam in casibus in presenti volumine
statutorum specialiter exceptuatis. Item
omnes et singule pontature fiende de
stipendiariis communis perusii equestribus et
pedestribus secundum formam pactorum communis perusii
Et pene quas incurrerent dicti stipendiarii
pro non observatia in obedientia vel aliter vel
alio modo secundum formam dictorum pactorum.
Item omne residuum quod restabit et super
erit cuicumque offitiali communis perusii ab exercitu
tione sui offitii exceptis massariis et
offitialibus super guastis. Item omnis
utilitas et omne meliorámentum. percipiendo
per ipsos conservatores seu cancellos ipsorum
de avere pecunie dicti communis proveniende
ad manus ipsorum tempore eorum offitii. Item
comunantia colectarum solvendarum per commune
Asisii per commune Civitatis Nucerii. et
per commune terre gualdi secundum formam ordina
mentorum de hac materia loquentium.
Item Comunantia omnium et singularum
Camerarum sitarum in pallatio ipsius habitationis
domini Capitanei Civitatis perusii quorum fruc
tus vendi consueverunt. Item comuna
tia omnium et singularum camerarum et locorum
sitorum et sitarum in domibus et iuxta
domos que olim fuerunt domini bentivolii
comitii tulli et aliorum de domo de bencivolis
quorum et quarum fructus consueverunt vendi.
Item comunantia camerarum sitarum in pala
tio habitationis potestatis communis perusii. et

Juxta et prope locum maiestatis Juxta
dictum palatium et domorum seu hortamenti
ecclesie quarum fructus consueverunt vendi
Item comunantia Camerarum sitarum in pala
tio maioris Sindici sito in pede platee
et domorum seu domus contiguarum seu contigue
dicto palatio quarum fructus consueverunt ven
di Item comunantia unius domus site in
civitate pistorii in loco dicto cerpetitore
Item comunantia Camerarum sitarum in domi
bus Campionis bladi quarum fructus
consueverunt vendi Item comunantia
unius orti qui olim fuit ecclesie sancti florentii
Item comunantia montis tetii Item co
munantia bonorum olim domini brectacotis
Item comunantia faldi Item comu
nantia Insularum maioris et minoris
et pulliensis Item comunantia unius
teminamenti positi per infracta lecchia cla
usi pistorii Item comunantia portus et
poderis olim fratris pangi Item comu
nantia pedatarum aque lacus Item
comunantia unius tenimenti positi in
clusio prope campum sundece et et possessi
onis maioris vocatur lamacchie Item
comunantia pedatarum montis malle Item
comunantia unius tenimenti et domus et
vin. posite in pertinentiis liviani Item
comunantia pedagii quod colligitur in tenuta mo
tecchi Item comunantia bonorum olim
arenguti et bozolini. posite in loco qui
dicitur saltacchii et pacciani Item comu
nantia de casacastalda Item comunantia
duarum bubulcanarum que olim fuerunt Vanc
rii gualterii Item comunantia montis
malle Item comunantia bonorum olim
mutii domini francisschi Item comunantie
sancte savine Item comununantia
collis Item comunantia duarum bubul
canarum posite in colcello Item comu
nantia molendinorum pontis novi

Item Comunantia montis aleria Item comu
nantia montis alghesi Item comunantia
montis castri fossati Item comunantia
quatuor bubulcanarum terreni positi in clusio
intellacium et clanes Item comunantia
colcelli Item comunantia arboreti olim
hippoliti alis Item omnes quantitates florenorum
et pecunia ad qua solvendum comunia terrarum
subiectarum vel subiciendarum communi pistorii tenetur
et tenebuntur in futurum quacumque Jure et ca
Item omnes quantitates florenorum quas secundum
formam alicuius reformationis vel ordinamenti
communis pistorii nunc usque editi solvere debuerunt
vel debebunt in futurum potestas et Castella
nus Civitatis castelli vel alii potestates
Rectores et castellani terrarum subiectarum
Item omnes et singule alie comunantie seu
gabelle vel introytus ipsarum quarum redditus
et proventus nunc debentur et solvuntur vel
in futurum solventur camore predictorum consilia
torum vel introytus undecumque vel quacumque
venire deberent in comune predictum quae. qui et que
deputati et deputate essent et solvi debe
rent massariis communis pistorii vel aliis offitialibus
dicti communis secundum formam aliorum statutorum

Qualiter solvantur stipendiarii [illegible]

Statuimus et ordinamus quod dicti consilia cclxxviii
tores possint teneatur et debeat
solvere et dent et solvant sine alia
apodissa vel mandato alicuius offitialis communis
pistorii virtute presentis statuti de quacumque
pecunia communis pistorii ad eorum manus pervenerit
seu pervenienda omnibus et singulis stipen
diariis equestribus et pedestribus conduc
tis et conducendis per ipsos consiliatores ad
stipendium et soldum communis pistorii secundum
formam infrascriptorum statutorum de conduc
tione fienda loquentium soluta per ipsos
stipendiarios seu retempta per ipsos con
siliatores gabella .xii. denariorum per qualibet libra
stipendia eis debita et debenda secundum

formam pactoꝝ ipoꝝ aliquo nō obſtante

**De ſalario Doctoꝝ medicoꝝ et magroꝝ ſoluendo Rubrica**

cclxxviii Item dent et ſoluant et ſoluere te-
neantur ſine alia apodiſſa ul' mandato
Rectorꝫ omibus et ſingulis doctoribus me
dicis et magris in quacūqꝫ ſcīa et facultate
ſeu ad quacūqꝫ praticam electis cōductis et
cōducendis ad ſalarium et puiſione cōis puſ
omes et ſingule quātitates florenoꝝ et
pecunie eiſdem et cuilibet eoꝝ debite et
debende vigore electionū et cōductionum
predcaꝝ dum modo dce cōducture et elec
tiones facte fuerit et fiant in futuꝝ ſcdm
formam ſtatuti cōis puſ. et dum modo
quātitas pſonis huiuſmodi p ſoluenda qua-
titatis deputate p ſtudio puſ. nūm nō ex-
cedat aliquo nō obſtāte dequib; ſalariis
et pecuniaꝝ quātit' ſemper ante omia
ſolnaſitur ſeu retineatur gab. duodecī den'
p qualibet libꝫ ipaꝝ quātit' et ſalarioꝝ.
Exceptis ſalariis debitis et cōductis iam
factis. de quib; gab p̄dca ſolui ul' detineri
nō debeat in quāt' in ipaꝝ cōductaꝝ ꝯtrt
bus expreſſum ſit ipoꝝ ſalaꝝ ſolutes
fieri ſolutes debere ſine ſolutē ſeu rete
tione gab.

**De ſolutione fienda remiſſoribus moſtraꝝ et eoꝝ notariis Rubrica**

cclxxx Item dent et ſoluant et ſoluere
teneantur et debeant ſine alia apo
diſſa ul' mandato omibus et ſinglis offi
tialibus et notariis eligendis deputadis
et deſtinadis p ipos cōſuatores ſuper
remiſſione moſtraꝝ ſtipendiarioꝝ cōis
p quolibet eoꝝ et p quolibet die quo ſer-
uiuerit ad predca cū vno equo Triginta
ſ den' et nō vltra et hec locum habeat
qn remiſſiones fieret in terris ſubiectis ſeu
comitatus puſ. qn aūt fieret extra teri-
torium et diſtrictum puſ. et t̃raꝝ ſub
iectaꝝ habeant et hr̄e debeat ſex. ſ. den'
p quolibet eoꝝ et quolibet die Dummodo
aliquis offitialis famellus notꝫ ul' mareſcal
cus qui fuīt in camera dcoꝝ cōſuatoꝝ tpre
ipoꝝ offitii ad dcas remiſſores et moſtras fie
das nō poſſit eligi ul' mitti nec inde ſalariū
percipere ul' habere aliquo nō obſtante

**Qualiter ſoluantur ſalaria Rectoꝝ et offitialium forenſium R**

Item dent et ſoluat et dare et ſoluere cclxxxi
teneantur. et debeant dnis poteſtati
capitaneo, et maioris ſindico et aliis offiti
intelligatur tam in offitiis supradictis quam
in aliis personis

Item quod predicta omnia et singula capitula habeant
plenam roboris firmitatem in illis qui
contumaret vel opponeret cum supradictis of
fitialibus habundantie carnium pro dicta habu
dantia faciendo. et possint dicti contumatores
vel oppositores vel et agere dicta capitula prout
et sicut possunt et poterunt dicti offitiales
prout supra dictum est

Item quod dicti offitiales possint et eis li
ceat invenire et acquirere illam quantitatem
pecunie sub mutuo et cum mutui occasi
one dicte habundantie faciendo et dare illa
illam provisione pro dictis quantitatibus acquirendis
prout dictis offitialibus videbitur et placebit

Et offitiales super dicto Campione annuatim
deputatis et deputandis teneatur et
debeat singulis diebus in quibus comeduntur
carnes in domibus ubi solitum sunt vendi

macellari et vendi facere habundantiam ipsas
pro eo pretio quo eis convenire videbitur
pena dictis offitialibus et cuilibet eorum
Quingentarum librarum denariorum eis per potestatem et
Capitaneum Civitatis perusii auferenda summarie
ad petitionem cuiuscumque petentis si ipsi offitia
les negligentes inventi fuerint et remisse fuerint
Et nichilominus per eorum sindicum et sindicatores
ipsi offitiales campionis de predictis debeant
sindicari et reperti culpabiles in pena
predicta condempnari aliquo contrario non
obstante

Nullus autem qui fuerit offitialis super dicto
campione vel ipsorum offitialis notarius vel famul
lus possit ad idem offitium eligi vel assumi
vel ipsum offitium exercere nisi vacaverit per
integros quinque annos ab ipso offitio computando
tando a die depositi offitii et electio secus
facta non teneat. Et tam electi quam eligentes
incidat pena C. librarum denariorum pro quolibet

De foro et nundinis Castri Castillonis
Clusini [illegible]

cccxv

Volentes utilitati rei publice dili
genter intendere et habundantia
rerum et victualium in Civitate et comitatu
perusii possetenus augmentare Statuimus presenti
capitulo in perpetuum valituro quod singulis annis
fiant et fieri debeat nundine et mercatum
In territorio Castiglionis Clusini comitatus
perusii modis formis et ordinibus in
frascriptis.

Imprimis quod dicte nundine fiant et fi
eri possint et debeat in districtu dicti
Castri Castillonis in loco aptiori habiliori
utiliori et magis necessario pro personis
ad dictas nundinas et mercatum in posterum
accessuris

Item quod dicte nundine et mercatum fiat
et fieri debeat videlicet quolibet anno duraturo
octo diebus ante festum sancti Mathei
quod est de mense setembris et in die dicti

festi et octo diebus post dictum festum ita quod dicte nundine et mercatum in totum decem et septem diebus duret et debeat celebrari.

Item liceat unicuique persone ad dictas nundinas accedere volenti venire libere ad easdem sine alicuius gabelle solutione que emptoribus gabelle dicti castri Castilionis vel alteri gabellerio cuicumque emptori gabellarum Comunis totaliter et particulariter deberetur vel deberet quolibet per solvenda ita quod tam emptores quam venditores quam etiam unaquaque persona ad dictas nundinas venientes ab omni solutione gabelle que competeret dictis emptoribus gabelle Castilionis vel alteri emptori gabelle Comunis vel alicuius ville ipsius Comunis sint et esse intelligantur liberi et totaliter absoluti.

Item quod omnes et singuli qui venerint ad dictum forum et nundinas ante dictas infraterminum supradictum possint et eis liceat eorum bestias quas duxerint per totum Comune Florentie libere pasturare et pascere et gubernare sine solutione alicuius rei que peteretur vel deberetur emptoribus Comunis vel pasture toto emptore tempore quo dicte nundine durabunt ut supra continetur.

Item quod omnes et singuli qui venerint ad nundinas ante dictas non possint capi sequestrari vel quolibet adrestari in personis vel rebus durante tempore supradicto ratione aliquarum represaliarum concessarum vel concedendarum nec ratione alicuius debiti contracti vel contrahendi.

Item quod nullus civis vel comitatensis Florentie possit vel debeat audeat vel presumat accedere ad aliquod mercatum sive ad aliquas nundinas extra comitatum Florentie durante tempore dictarum nundinarum et mercati de Castilione sub pena quingentarum librarum denariorum a contrafaciente quolibet pro vice qualibet auferenda et nichilominus perdere debeat omnes bestias quas duxerit ad mercatum seu nundinas supradictas et liceat cuilibet persone posse auferre dictas bestias quarum bestiarum tertia pars sit ablatorum et due partes sint Comunis Florentie que pena auferri possit et debeat per potestatem vel capitaneum et per quemcumque alium offitialem Comunis et quod de predictis quilibet esse valeat accusator et habeat quartam partem banni alias vero tres partes Comunis Florentie. Et si dicti offitiales ad exigendum dictam penam extiterint negligentes incurrat penam quingentarum librarum denariorum pro qualibet negligentia auferendam per eorum sindicatores de facto et de predictis expresse debeat sindicari.

Item quod potestas castri Castilionis predicti qui pro tempore fuerit possit et sibi liceat tempore dictarum nundinarum et mercati precipere et cogere homines et personas villarum dicti Comunis et castrorum et villarum sitorum et sitarum circumcirca lacum et castrorum Panicalis et Paciani quod veniat et venire debeat ad dictas nundinas habundanter cum pane et vino et aliis victualibus ita quod sufficienter venientibus ad dictas nundinas de ipsis satisfiat secundum distributionem faciendam per potestatem ante dictum et quod homines et persone dictorum castrorum et villarum teneantur et debeant in predictis dicto potestati effectualiter obedire sub pena trecentarum librarum denariorum pro quolibet castro contrafaciente et ducentarum librarum denariorum pro qualibet villa auferenda et que possit et debeat auferri de facto per potestatem et capitaneum Comunis Florentie ad petitionem dicti potestatis Castilionis habita fide a dicto potestati cum duobus testibus de fama deponentibus quod dicta castra vel ville vel quod aliquod eorum vel aliquid ipsarum dicto potestati Castilionis in predictis non obedirent cum effectu et si dictus potestas Castilionis in predictis negligens fuerit incurrat penam quingentarum librarum denariorum sibi per suos sindicatores penitus auferendam.

Item quod singulis annis domini priores artium civitatis Florentie mictere debeant unum ex offitialibus Campionis carnium et notarium dictorum offitialium et militem potestatis vel capitanei cum decem familiaribus in principio dictarum nundinarum qui habeant et habere intelligantur illud idem arbitrium quod potestati Castilionis est supra proxime attributum et debeat et teneantur stare et morari in dictis nundinis et mercato ipsis durantibus ut res ordinate procedant et ut dicte nundine sint perpetuo durature qui domini ho et notarius debeant accedere et stare salario et expensis Comunis Florentie ita quod habeant et habere debeat predictorum eorum quadraginta solidos denariorum. Et alium offitium quod predictos ad hec dicti domini priores vel alii mictere non possit. Et quod unus ex dictis offitialibus Campionis et dictus notarius ad predicta etiam sine dictorum duorum mandato personaliter accedere teneantur et facere et fieri facere omnia supra dicta ad penam ducentarum librarum denariorum pro quolibet ipsorum offitiorum et notarius supra predictis non impleverit cum effectu. Quod salarium dicti offitiales sibi et notario predicto retinere et solvere possint de pecunia dicti Comunis que esset apud eorum sine aliquo mandato solvendam gabelle duodecim denariorum pro qualibet libra pro suis tamen diebus

quibus eos servire contigerit ad predicta.

Item quod quecumque persona committeret in dictis nundinis et mercato aliquod maleficium excessum vel delictum contra ordinamenta et statuta communis Perusii pena dupplici teneatur puniatur. qua puniri deberet si in alio loco comitatus tale maleficium commisisset et quod omnes forenses qui venerint ad dictas nundinas ratione mercandi emendi vel vendendi tractentur et tractari debeat tamquam cives civitatis Perusii. pro tempore et durantibus nundinis supradictis

Item quod domini priores artium civitatis Perusii singulis annis octo diebus ante initium dictarum nundinarum teneantur et debeant bapniri facere omnia et singula capitula de dictis nundinis loquentia quocumque modo.

Item quod quecumque persona vult facere et edificare in Castro Castilionis Clusii aliquam domum possit ipsam libere facere et edificare et cetera et edificari facere et capere et apprehendere sua auctoritate casalenum in ea parte et loco prout sibi placuerit vias et plateas dicti castri nullatenus occupando et quod dictum casalenum non possit sibi auferri occupari vel molestari per commune Perusii vel aliam quamcumque personam et similiter non placeat liceat apprehendere et occupare cassalina dissipata sicut alia cassalina in quibus nullum edifitium vel murum aliquo tempore extiterit fabricatum dummodo appropinquare non debeat muro dicti castri per decem pedes ut circuitio per custodia fieri possit in opportunis casibus circa muros — Item quod liceat unicuique construenti aliquam domum in dicto Castro et volenti ibidem continue et familiariter habitare apprehendere habere et tenere tres corbes ad perticam communis Perusii de tereno posito in districtu dicti castri non laborato et quod per tres annos a die occupationis predictam in cultum extiterit et dictum terenum possit et debeat colere et laborare per tempus quo in dicto Castro familiariter habitavit et non ultra Et quod pro dicto terreno per tempus quindecim annorum quolibet anno emptoribus Clusii Perusii seu poste dicti castri unum corbem grani tantum modo debeat respondere debeant etiam preter fructuum sicut respondent et respondere tenentur laboratores Clusii Perusii salvo quod hoc non intelligatur nec locum habeat in illis qui fideiussores dederunt de familiaritate habitando in Castro superius nominato :.

Item quicumque civis vel comitatensis Perusii qui sit faber sutor cerdo barbitonsor prestator vel alius quicumque artifex vellet in dicto castro familiariter habitare ad solutionem alicuius gabelle fructuum buccharii et vini nullatenus teneatur nec etiam cogi possint pro aliquo debito quod ante habitationem predictam et primitus contraxissent per potestatem dicti castri Castilionis :

Item quod quilibet habitans familiariter in dicto castro modo supradicto habere debeat pro se et sua familia quolibet anno quo ibidem habitaverit ab emptore poste Castilionis seu Clusii Perusii tres corbes grani et quod emptor sive emptores qui dictum granum dederint et mensuraverint habitatoribus huiusmodi liberentur et absolvantur usque ad dictam quantitatem ostendendo refutationem quam recipere debeant a dictis habitatoribus quibus solverit granum et quod fiat inquisitio per illos qui mictuntur in Clusio Perusii ad scribendum et videndum quo recipiatur granum Clusii. si dicti emptores dictum granum de quo refutationem receperit veris habitatoribus supra dictis mensuraverit cum effectu salvo quod predicta in exbapnitis et condenatis communis Perusii. in persona non vendicent sibi locum

Item quod nulla persona clericus vel laycus et cuiuscumque status et conditionis existat possit vel debeat accipere vel auferre in comitatu et districtu Perusii aliquod passagium vel gabellam aliquibus ad dictum merchatum nisi tantum modo gabellam et pasagium communis Perusii ordinata sub pena quingentarum librarum denariorum contrafaciente quolibet pro vice qualibet auferenda

Item quod in dicto castro Castilionis possit et debeat fieri et fiat quolibet die dominico forum et mercatum generale de omnibus et singulis bestiis et rebus quibuscumque ad quod mercatum liceat et accedere possit unaquaque persona forensis et terrigena sine solutione alicuius pedagii vel gabelle seu passum vel pasture veniendo stando et redeundo scilicet. in tribus diebus die sabbati die dominico et die lune salvo quod presens statutum ordinamentis loquentibus de offitio capionis

carnium nullatenus derogetur.

Item quod nullus forensis possit vel debeat
extrahere extra comitatum predictum aliqua bestia
cavallinas equinas durante tempore dicti capitu
linarum sine licentia et apodixa bonorum hominum
in dictis nundinis per comune predictum deputati
et si aliquis contrafaceret quingentarum
librarum denariorum incurrat et amittat bestia
quas duceret extraheret et liceat unicui
cuique et liceat propria persone auferre ipsas be
stias quarum bestiarum tertia pars debeat esse
accipientium alie vero due partes veniant
in comuni.

Item quod boni homines et offitiales qui
deputabuntur ad vendendum gabellas
pedagium vel pasturam seu fructus
Clusii predicti teneantur et debeant sub pe
na ducentarum librarum denariorum in bapnimentis
stabilimentis et venditionibus rerum supra
dictarum observare capitula supra dicta et
semper in ipsis venditionibus de reservatione
ipsorum capitulorum mentio habeatur

Item quod nullus notarius durantibus dictis
nundinis directe vel per obliquum possit
vel debeat aliquo modo vel causa recipere
pecuniam vel aliam rem pro scriptura dictarum
apodixarum seu licentiarum vel occasione
dicti offitii si tantummodo sit contentus salario
ordinato sibi per comune predictum solvendo sub
pena centum librarum denariorum sibi pro vice
qualibet qua contrafecerit auferenda

De electione et offitio suprestitum super
muris Civitatis

CCLXVI Quia constructio et edificatio mu
rorum Civitatis predicte quibus
ipsa Civitas defensatur est utilis
valde ac etiam necessaria et desiderantur
indifferenter ab omnibus perusinis predicto
capitulo duximus statuendum quod per quindecim
dies ante finem offitii offitialium
presentium ad dictam constructionem et
edificationem deputatorum per dominos priores
et camerarios Artium Civitatis perusine
in consilio ipsorum eligantur et eligi de
beant tres boni prudentes et legales
cives populares et de populo perusino

in offitio et suprestites comunis perusii super con
structione et edificatione predicta fieri facienda
quorum offitium duret per unum annum continuum
a die initii ipsorum offitii et numerando sic de
anno in annum fiat electio modo superius
declarato usque ad perfectionem et complementum
dictorum murorum, addentes infra dictum durum
ipsi sic eligendi tempore electionis ipsorum non
habeant aliud offitium cum salario a dicto comuni
nec sit ad aliud offitium cum salario deputa
ti quod aliud offitium ultra mensem a die princi
pii dicti offitii murorum fuerit duraturum.

Qui tres offitiales dictos muros civitatis
burgorum et suburgorum perusii ac etiam capitum
batalle et partes mancantes et contiguas ipsi
campo et sicut ipsis offitialibus et supre
stitibus placebit et videbitur sufficienter
actari faciant ut oportet ad quorum manus
perveniant et pervenire debeant occasione pre
dicta introytus gabelle vini quod venditur
ad minutum in Civitate burgis et suburgis
perusii usque ad confinia villarum. Et etiam in
troytus gabelle salmarum grossarum et pedagii
pedis platee comunis perusii quas gabellas con
deputamus concedimus in murali et occasione
predicta Et quod finito offitio presentium
offitialium recipiant Et dictos introytus
conservatores monte comunis perusii ad petitionem recipiat
et requisitionem ipsorum offitialium ipsis of
fitialibus solvere teneantur totaliter vel partia
liter prout ipsis offitialibus et suprestitibus
videbitur et placebit pena ipsis conserva
toribus quingentarum librarum denariorum pro quo
libet eorum per eorum sindicatores auferenda.
si contrafecerint vel defecerit in predictis
sine alia appodissa vel mandato virtute
presentis statuti non obstante quod pecunia
ad manus conservatorum pervenienda ex
pendi debeat in alio usu opere vel facto
nec aliquo alio quod in contrarium loqueretur

Qui offitiales et suprestites pecunia
ad eorum manus perveniendam possit
teneantur et debeant expendere et conver
tere in operatione dictorum murorum et campi
predicti et partium circumstantium et
etiam in murali dominorum campionis
fiende et construendo immediate post
edificationem et constructionem murorum
civitatis ab ominibus filiorum belli gelonne
usque ad murum qui est prope ecclesiam

sci Erici pro ut eis videbitur conuenire. Itz
in calce lapidibus et arena muralio et
omnibus facientibus ad predicta p solutione
et pagamentis magistrorum muratorum et
fancellorum et p omnibus quibuscumque rebus
et causis necessariis et opportunis p
muralis et aconcimen supradictis possit
etiam fancellos usque ad numerum sex fancellorum
ad plus et unum notarium eligere et
habere et ipsis sic eligendis salarium
constituere et ordinare et eis soluere
de pecunia supradicta dum modo salarium
alicuius ex fancellis quantitate viginti flo
renorum auri in anno non excedat et si plus
soluerent de eorum proprio soluisse censeant
Insuper dicti offitiales et suprestites possint
et teneantur et debeant actare et reparare
viam que itur ad mon. sci galgani ab
ultima porte chonche usque ad pontem qui
est in dicta via qua itur ad dictum mon
sufficienter et bene cum terra calcis et
clusis et aliis opportunis ita quod amplius
dilamari seu ruinari non faciat. Et p
ipsam viam omnes possint cum salmis et
aliis comode ptransire. Item supra
dicti offitiales et suprestites possint te
neantur et debeant in claustro domorum
de trepectione in quibus habitat dns fran
ciscus medicus de fulgineo facere
edificare ordinare et construere et fieri
et ordinari et construi facere de pecunia
supradicta unam cisternam magnam
et magne capacitatis in faciant deri
uari aquam habundanter undecumque eis
comodius videbitur. quam aquam
deducant et deriuent p aqueductum
ad fontem platee cois pus ut in ipso
fonte aqua habundantius reatur. Et
p predictis et eorum executiones expensas
possint facere necessarias p ut exti
terit opportunum. Item possit
teneantur et debeant in voitamento
secche construere et edificare et construi
et edificari facere tres pilastras
de lapidibus arena et calce et bene
muratas et constructas super quibus

faciant et edificent loggiam seu paulum con
tiguum domibus maiestatis de uolta in logg
gia sive paulo noui priores artium ciuitatis
pus ante initium eorum offitii et post pu
blicationem ipsorum possint comode et apte
conuenire et cives pusini conuocare pro
occurrentibus et expedientibus cois pus.
et quod in dictis domibus faciant et ordinetur
p dictos suprestites priuagia opportuna
expedientia p comoditate et necessitate
dominorum ibidem stantium et conueniencium
de pecunia supra dicta aliquo non obstante
et generaliter omnia alia et singula facere et
exercere que ipi offitial. p executione et
complemento omnium et singulorum in presenti
statuto contentorum p ut ipsis offitialibus
et suprestitibus placuerit utilia et ne
cessaria videbuntur. Insuper p exe
cutione predictorum offitiales super mas
saritiis et arnesibus cois pus teneantur
et debeant viso presenti ordinamento sine
alia apodixa precepto vel mandato dare
et tradere dictis offitialibus et suprestitibus
de rebus et massaritiis et arnensibus que
p ipsos offitiales ab eisdem extiterint
postulate et postulati non obstante quod
ad alium usum essent comodolibet
deputata. Et ad hoc ut actatum
et muratum predictum plenissimum
sortiatur effectum. Et volumus quod quilibet
offitialis cois pus. pns vel futurus
teneatur et debeat ad petitionem dictorum
offitialium vel alicuius eorum dare et concedere
familiam et prestare consilium auxilium
et fauorem p executione dicti offitii totiens
quotiens ab eis vel aliquo eorum fuit
requisitus sub pena centum librarum den
in qua tempore sui sindicatus debeat
condempnari. aliquibus in contrarium loqueti
bus non obstantibus quibus ad predicta
sit et esse intelligatur. aute et articulo
predictis totaliter derogatum. Et
habeant et habere debeant dicti offitiales
et suprestites et eorum notarius p eorum salario
p dicto tempore unius anni viginti florenos

cari pro quolibet eorum quod salarium eis liceat
retinere et sibi ipsis solvere de pecunia supradicta aliquo non obstante. Quod autem dictum
est de salariis dictorum offitialium notariorum et
famellorum non intelligantur in presentibus offitialibus
et eorum notariis et famellis qui habent et participant salarium consuetum. Et quod dicti offitiales et eorum notarii et famelli durante
eorum offitio non possint ad aliud offitium eligi
vel aliud offitium dicti communis cum salario habere
participere vel exercere sub pena quingentarum
librarum denariorum. Et electio secus facta non valeat
in qua pena per eorum sindicatores debeant condempnari si contra fecerint salvo quod hoc non
habeant locum in offitiis que dantur per sacculum
que habere possint. Si tamen ad id extracti fuerint
post electionem de eis factam ad offitium
supradictum. Et qui fuerit in dicto offitio
offitialis notarius vel famellus non possint
ad ipsum esse inde ad quinque annos a die depositi offitii computandos. Et secus facta electio non valeat. Et electi non servata dicta
forma nullum salarium consequatur.

## De offitio et electione offitialium super massariis et balistis. R

cccxvij Ad hoc ut baliste et alia arnesia
communis Perusii existentia in palatio
communis Perusii in domo que vocatur domus
balistariorum melius et utilius conserventur. Et
ut commune Perusii ipsis uti valeat in occurrentibus casibus oportunis. Et ut palatia
et domus dicti communis manuteneantur et conserventur
et non destruantur nec recipiant lesionem
presenti capitulo statuimus in perpetuum
valituro. Quod eligantur et eligi et insacculari debeant in sacculo offitiorum et offitialium communis Perusii continue qui sacculi resident duo boni et prudentes ac legales
cives perusini populares et de populo perusino. Et unus bonus et expertus notarius. Qui boni homines sint et esse intelligantur offitiales communis Perusii super
conservatione et manutentione ad conservandum
et custodiendum balistas lombardas spingardas manganellas trabuchas verretones
bancha funes ferramenta apta ad incidendum
et fundas predictones et generaliter omnia alia et
alia et singula arnesia et res communis Perusii existentia in domo predicta. Et etiam quod conservandum et manutenendum ac etiam aptandum
et reparandum molendina siccha communis Perusii
apta ad macinandum granum existentia in
civitate burgis et suburgis Perusii. Quorum
offitialium et notariorum offitium duret uno anno
tantum et sic de anno in annum fiat publicatio dictorum offitialium et de sacculo extractio
ut alii offitiales communis Perusii insaculati et ipsorum
offitialium et notariorum dividatur equaliter
electio per portas. Qui offitiales teneantur
et debeant dicta arnesia molendina res bene
sollicite et legaliter custodire manutenere
conservare et reparare et reaptare cum opportunum fuerit et ipsa vel ipsas nemini dare
vel tradere vel accomodare vel aliquo modo totaliter
vel particulariter alteri concedere sine expressa
licentia et mandato dominorum priorum artium civitatis
Perusii. De qua licentia et mandato apparere
debeat publicum instrumentum manu cancellarii
communis Perusii vel notarii ipsorum dominorum priorum qua
licentiam concedere possint ipsi domini priores
quando evidens et utilis necessitas imineret
et non aliter ullo modo pena ipsis dominis prioribus super balistis dicta arnesia vel
res vel aliquam earum sine ipsa licentia dantibus
et comodantibus centum librarum denariorum pro quolibet
eorum et qualibet vice in qua pena per maiorem
sindicum debeant condempnari et de hoc expresse sindicentur. Teneantur etiam dicti
offitiales diligenter videre palatia
communis Perusii in quibus offitiales dicti communis
tam forenses quam cives habitant et morantur
et cum viderint indigere aconcimine et
reparatione sine mora expensis communis
Perusii faciant reaptare et reparare. Et
quod massarii communis Perusii teneantur et debeant
ad mandatum dominorum priorum artium civitatis
Perusii dare et solvere dictis offitialibus
super balistis omnem quantitatem pecunie
et florenorum necessaria pro reparatione
et aconcimine supradictis nec non pro conservatione
et reaptatione et reparatione dictarum rerum

et arnensium secundum mandatum ipsorum dominorum prioris
dum modo dicti offitiales teneantur et debeat
tempore cuilibet offitii massariatus Iurare
ad sancta dei evangelia quod quantitates quas
acceperint ad eorum manus pervenerint expendent
et convertent in dictis causis et non aliter ullo
modo Et si in alia causa expenderent vel
converterent solvant et solvere teneantur. dicti
offitiales super massaritiis pro qualibet vice
qua in alio exactio expenderent / et quolibet eorum
nomine pene Centum librarum denariorum. que pena eis
et cuilibet eorum per maiorem sindicum comunis perusii
tempore eorum sindicatus auferatur ¶ Tene
antur Insuper prefati offitiales perquirere et
invenire omnes et singulos Cives et comitatu
ses perusinos vel forenses ad manus quorum
pervenissent baliste vel alia arnesia et res comunis
perusii et ipsos cogere et cogi facere realiter et
personaliter usque ad integram restitutionem
rerum predictarum pena ipsis offitialibus si negli
gentes fuerint in predictis Quingentarum librarum
denariorum pro quolibet eorum Et quod dominus potestas dominus
Capitaneus maior sindicus et quilibet offitialis
comunis perusii ad requisitionem dictorum offitialium
super massaritiis teneantur et debeant dare
offitiales et familia pro cogendo realiter et perso
naliter debentes restituere comuni perusii aliqua
arnesia vel res predictas vel aliqua earum
pena Quingentarum librarum denariorum offitiali requi
sito imminente si negligens fuerit in et pro
executione dictorum offitialium dando offitiales et
familia et quod de hiis que fecerit talis offiti
alis pro executione predictorum non valeat sindi
cari aliquo non obstante :-

Ordinamentum super augmentatione Maiesta
tis de volta 27

CCCxviij

Considerantes predicti statuta condetores
Quod Inter cetera loca devo[...]tis que
sunt Incivitate perusii vel prope / Et ad quem
populus perusinus magis devotione traha
tur et locus maiestatis sub volta palatii
potestatis Idcircho ut consuetur manute
neatur et augmentetur in bonum visum est
singulariter providendum super eo In qua
provisione est necesse ut effectum habeat

quod permictitur necessarium fore unum virum in
dicta gubernatione esse precipue preponendum
Et ibi possit hoc qui sit bone condictionis et vite
eidem et maiestati devotus et animatus ad
conservandum et manutenendum et honorandum
locum prefatum in honorem beate virginis
ad cuius manus pervenire debeant omnes fructus
redditus et proventus ipsius maiestatis et
loci. Ita quod ad nullum alium qui semper
scribere debeat et teneatur omnes dictos fruc
tus redditus et proventus ad manus eius per
venientes in quodam libro qui semper vi
deri et inspici possit de quibus fructibus
redditibus et proventibus talis offitialis
regi possit et gubernari secundum condictione sue
persone Et arbitrium auctoritatem et plenam
potestatem habeat vendendi et alienandi de rebus
mobilibus dicte Ecclesie seu loci maiestatis
questis et in futurum querendis et permuta
ndi et in aliud utilem usum convertendi pro aug
mentatione predicta auctoritate presentis legis
Cum tamen res dispositas ad honorem dicti loci
et continuum usum et ad divinum offitium pre
paratas / vendere non possit nec permutare seu
aliquo titulo alienare seu extra dictum locum
trahere nec alicui acomodare Cum offitiales
de dictis fructibus et proventibus vivere pos
sit secundum condictionem suam et sue familie et
ipsos in suum usum convertere secundum quod sue
condictioni discretioni videbitur et placebit.
Residuum vero quod superesset pauperibus errogra
re teneatur et debeat Cum offitialis ibidem
debeat continue ad custodiam habitare et morari
Ita quod semper custos inveniatur itaque per
pravos homines dapnum ibi dari non possit in
rebus oblatis dicte maiestati et dicto loco Et
quia Inter alios Cives perusinos magis aptus
ad hec faciendum et fidelior videtur predictis
statutorum condictoribus Tofius Iohanelli porte
sancte subxe et parochia sancte Lucie Et nunc
custos eiusdem maiestatis ipsum ad vitam
eius elegerunt cum bona post mortem suam
et sue domine debeat esse ipsius loci Maiestatis
si et in quantum a dicta custodia per aliam pro
visione non removeatur vel revocatus non
erit Cum Tofius teneatur et debeat in dicto
loco habitare cum sua uxore et familia et omnes

et singulos fructus redditus et prouentus
percipiendos ex quibuscumque rebus inmobi
libus que nunc sunt dicti loci habeat et habere
debeat pro alimentis et gubernatione sui
et sue uxoris et familie. Et quia dicti fructus
et prouentus et redditus percipiendi ex
dictis rebus pro dictis alimentis et gubernatione
non sunt sufficientes statuimus et ordinamus
quod ultra dictos fructus redditus et prouentus
habeat die quolibet in uita sua seu donec
uixerit occasione predicta quinque solidos denariorum per
usum et habeat plenam et liberam potestatem
et liberum arbitrium uendendi et alienandi
de rebus mobilibus requisitis dicto loco
uel in futurum querendis et ipsarum rerum
in alium utilem usum conuertendi ac etiam
permutandi dictas res cum aliis rebus
aliorum prout dictus Tofius utile fore cre
diderit. Et gestum erit per dictum Tofium
in predictis et circha predicta ualeat et te
neat roboris firmitate. Et sit et esse
intelligatur dictus Tofius legitimus ad
ministrator omnium et singulorum bonorum
acquisitorum dicto loco uel in futurum querendorum
et habeat plenam et liberam administrationem
strationem et plenam et liberam potesta
tem administrandi prout crediderit
conuenire. Et teneatur et debeat omni
anno facere librum introitus et exitus
dicti loci manu publici notarii uel alterius
persone uel etiam manu propria dicti Tofii
et scriptture dicti libri stetur et stari debeat
et eidem detur plena fides et dicta scrip
tura faciat plenam fidem et pro pleno pro
batione habeatur. Et habeat et habere debeat
dictus Tofius omne uia exceptionibus soluta
platee communis Perusii. Que clauis dicto Tofio
auferri non possit per aliquem offitialem
communis Perusii.

De electione et offitio consultorum sin
dicatorum potestatis et capitanei

cccxviii Quia quorumcumque agendorum que fue
runt uaria experientia manife
stat hic est cum offitium consultorum
fore sui qui assistere sunt sindicatoribus

dominorum potestatis et Capitanei Ciuitatis
Perusii utile indicetur et quod plurimum ueri
necessarium presenti capitulo duximus statue
ndum. Quod per quindecim dies ante finem offitii
offitialium deputatorum ad eligendum con
sultores predictos post publicationem
presentium statutorum cancellarius communis
Perusii teneatur et debeat conuocare et co
adunare secrete in loco qui sibi magis
uidebitur conuenire priorem loci fratrum pre
dicatorum sancti dominici Guardianum loci fratrum
minorum ordinis sancti Francisci et priorem
loci fratrum heremitarum ordinis sancti Augu
stini quibus prioribus sic adunatis
et in unum conuentis dictus Cancellarius
proponat eisdem quod ipsi priores debent
eligere tres bonos et ydoneos et suffi
cientes Ciues timentes deum et habentes
zelum dei qui sint boni homines eligendi
sint aliqua cum Perusii expedienda et utilia
facere. Et hiis propositis idem Can
cellarius una cum ipsis prioribus ad
electionem ipsorum bonorum hominum pro
cedant et procedere debeat. Et ipsa elec
tione facta dictus Cancellarius imponat
ipsis prioribus super animam ipsorum quod elec
tionem ipsam perpetuo debeat sub cre
dentia retinere et immediate habeat dictos
Ciues electos quos statim iurare faciat
ad sancta dei euangelia eorum offitium bene
et legaliter exercere. post quod dicti boni homi
nes immediate teneantur. Et
debeant eligere duos bonos et legales
Ciues populares et de populo perusino
qui eligant et eligere teneantur et
debeant iudices consultores dictorum sin
dicatorum dominorum potestatis et Capitanei
Ciuitatis Perusii qui consultores sint
forenses et habitet et moretur in Ciui
tate Perusii. Et habeant dicti consultores et
quilibet eorum pro eorum salario prout in
ordinamentis loquentibus de offitio Con
siliatorum latius continetur. Et dicti offi
tiales teneantur in secreto et ipsorum offi
tium duret duobus annis a die initii

ipsorum offitii continue mundos et emendatos Et
ante finem ipsorum offitii teneantur et debeant
eligere alios duos offitiales ad dictum offi
tium eorum successores que electio scribi de
beat manu Cancellarii comunis perusii Et per
petuo in secreto teneri et sic de duobus
annis in duos annos fiat electio supra
dicta. Et dictus cancellarius electione
facta ipsos offitiales cohadunare faciat
et eis prestet corporale iuramentum tam
de eorum offitio bene et legaliter exercendo
quam etiam de credentia perpetuo retinenda
Teneatur insuper dictus Cancella
rius facta electione de consultoribus per
ipsos offitiales mictere nuptium secre
tum ad ipsos consultores expensis
comunis perusii cui nuptii salarium massarii
comunis perusii dare teneantur eidem can
cellario vel alii ad eius mandatum
pro ipso nuptio recipienti ut res
magis secrete procedat Quam nuptii
sub pena centum librarum denariorum. Licteras elec
tionum talium consultorum et responsiones
ipsorum deferre et referre teneantur se
crete et occulte et nemini pandere
vel propalare et dictus cancellarius
omnia et singula supra dicta faciant
observari itaque in quantum ei possibile
est in nullius notitia deducatur ali
quo non obstante.

De electione et offitio offitialium sup
mostras offitialium Civitatis R

CCCXX Cum revisores et mostras
offitialium forensium comunis
perusii. conveniat per prudentes et di
scretos Cives debitis temporibus revi
deri ut offitiales ipsi in hiis que
habere et tenere debent secundum formam
electionis ipsorum aliquid non obmictant
presenti capitulo duximus ordinandum
Ut fiat sacchettus et fieri debeat
de revisoribus mostrarum dictorum offitialium
et eorum notariis tempore factionis
sacculi generalis offitiorum et offiti
alium comunis perusii in quo sacculo ponatur et
insacculentur dicti revisores et eorum notarii
de porta in portam extrahatur et publicetur
de dicto sacculo scilicet unus Revisor
et unus notarius quorum offitium duret
per unum mensem tantum fiat publicatio
et extractio de saccchetto predicto qui re
visor et notarius sint offitiales super
monstra fienda et fieri facienda Et re
videnda dominorum potestatis et Capitanei
et aliorum offitialium comunis perusii et eorum offitii
et familie et equorum secundum ius et formam
statutorum et ordinamentorum dicti comunis et
non alii nec alius ullo modo quorum quibus
sit offitialis ad predicta facienda uno
mense tantum et non ultra Et qui fuerit
uno mense toto dicto tempore et deinde
ad duos annos ad predictum offitium
esse eligi vel assumi non possit nec de
sacculo extrahi. Et mutaturas nova
et pro nova dictorum offitialium et famulorum
equorum et quos aliorum quos dictus bonus
homo invenerint ipsos offitiales non
retinere. debeant dare et assignare in
publicam formam et sigillare debeat
et teneantur infra tres dies Conser
vatores monete comunis perusii a die factionis mo
stre predicte et aliam secum similiter
in forma publicam retinere et conser
vare Quam Conservatores ipsas tempore
sindicatus cuilibet dictorum offitialium dare
et assignare teneantur et debeant
prima die vel sequenti temporis eorum sin
dicatus sindicatoribus talium offiti
alium pena dictis bono homini et conservato
ribus et eorum cuilibet si predicta non
fecerint pro qualibet vice ducentarum librarum
denariorum et tali scripture publice et sigillate
adhiberi debeat plena fides per dictos sin
dicatores et habeatur pro plena probatione
qui sindicatores teneantur et debeant
potestatem et Capitaneum et alios offitiales
comunis perusii quos invenerit offitiales
familias et equos non tenuisse nec
habuisse ut tenentur secundum formam condepnare vel

ipsorum quolibet pro qualibet vice inquantitatibus
infrascriptis silicet pro quolibet Iudice in
decem libr. den. pro quolibet domicello vel
famulo in xl. s. den. et pro quolibet sotio
in Centum s. den. pro quolibet notario in
tribus libris den. et pro quolibet equo in
uno flor. auri in pecunia numata eis et
cuilibet eorum contrafacienti auferenda et re
tinenda per eos qui ad solutionem salarii
dictorum offitialium fuerint deputati. Et
dicti Rectores teneantur et debeant ad re
quisitionem talis offitialis mostram
et assigna de omnibus et singulis offitial.
famul. et equis ipsorum quotiens fuerint
requisiti pena Centum librarum den. Cuilibet
et qualibet vice qua dictam mostram facere
recusarent et quod potestas vel Capitaneus vel
alius rector seu offitialis communis perusii contra
aliquem dictorum offitialium sic extrahendorum
de sacculo cum mostram ipsorum potestatis
vel Capitanei seu alterius offitialis reciu
dere et facere tempore ipsorum regiminis
tenetur procedere non possint nec debeat
per inquisitionem ex eorum offitio de aliquo ma
leffitio vel excessu toto tempore regiminis
talis potestatis et Capitanei vel recto
ris vel alterius offitialis quocumque nomine
censeatur pena Quingentarum librarum den.
cuilibet Rectori vel offitiali cum contra
faceret in predictis vel aliquo predictorum
eis et cuilibet eorum auferenda per sindi
catores eorum retinenda de eorum salario de
eorum sindicatus tempore ipsorum. Et nichil
hominus talis processus et quicquid inde
fieret nec valeat nec teneat ipso iure
aliquo non obstante

## De offitio offitialium super viis fontibus et pontibus Rubrica

CCXXI Quia viarum offitium offitialium super
viis fontibus atque pontibus
conservandis non dumtaxat utile ymo veri
necessarium Iudicatur et ne per offitiales
forenses occasione talis offitii indebi
ta gravatio vel molestia inferatur et quod
sepe contingit quod occasione potius et viarum consilium

In quibus debitus modus exceditur Ideo oportet
providerunt et ordinaverunt ordinamenta exacte
et arbitrio supra dictis. Quod deinceps eligantur
quinque boni homines de populo perusii videlicet unus pro
porta quorum offitium durare debeat uno
anno de quibus fiat sacchecte et extrahatur
de anno in annum quorum quilibet sit pro sua
porta qui teneantur et debeant saltem
semel singulis duobus mensibus ire in
comitatum et inspicere et providere vias
maxime principales et publicas pontes
et fontes et similia. Et ubi defectum
in talibus invenirent pro eo cum adiacentibus
locis portiones talis operis assignent
per castra et villas prout invenit et castra
et villas et eorum territoria que non reperirent
terminata et designata distinguere terminare
et designare ut eis videbitur esse conve
niens. Et tales adiacentes infra etiam
dierum a die talis assignationis debeant
facere de se ipsis vel aliunde ut placuerit
eisdem / supprestitibusque fieri faciat tale
opus expensis adiacentium predictorum. Et
assignetur terminus competens ad complendum
predicta predictum offitium competens ut quali
tas negotii suadebit que omnia scribat
in publicam formam et per publicum notarium
quem quilibet dictorum offitialium ducere et
habere debeat et ad sacchectum eligi una
cum offitialibus supra dictis et eo modo
infra quem terminum si tale opus
nisi legiptima causa subsit / completum non
sit quelibet universitatum adiacentium
predictorum pena Centum librarum den. incurrant
de facto per Iudicem Iustitie auferendam
Et credatur et stetur relationi offitial.
predicti et scripture dicti notarii. Et nichilo
minus elapso tali termino per dictum Iudicem
ad perfectionem talis operis realiter et per
sonaliter compellantur ad instantiam
dicti offitialis et alterius cuiusque petentis
sub dicta pena. Qui offitiales et eorum
notarii dum fuerint ad predicta stare vel mo
rari non possint in comitatu occasione
predicta ad salarium ultra quinque dies in
dictis duobus mensibus et quod habeat pro ipsorum
salario qualibet die et quilibet eorum tri
ginta s. den. dumtaxat solvendos per massarios CCC

comunis perusii . sine alia apodixa vel mandato sub dicta pena. Et quod dicti offitiales vel notarii vel aliquis ipsorum non possint audeant vel presumant a comitatensibus perusinis vel alia persona tacite vel expresse aliquo colore quesito percipere vel habere aliquod salarium vel aliam rem ultra salarium supradictum pena cuilibet contrafacienti pro vice qualibet centum librarum denariorum. Et de predictis omnibus per maiorem sindicum expresse debeant sindicari. aliquo non obstante :.

## De electione et offitio revisorum offitialium Cassarorum et Roccharum

ccxxij Quia circha custodiam cassarorum et fortilitiarum sitarum in terris subiectis et recomendatis comuni perusii et in comitatu et civitatis dicti comunis perusii est solerti cura et vigilanti studio insistendum per qua custodiam recomendatarum et subiectis permanet pax tranquilla et comunis perusii iurisdictiones et dominia conservantur ad evitandum pericula que possent verisimiliter evenire propter castellanorum voragine qui famulos et famulam retinere negligunt et tenentur et alia victualia quibus dicta cassara fulciuntur presenti capitulo perpetuo duraturo duximus ordinandum. Quod creetur ordinetur et pro ordinato habeatur et semper sit offitium super mostris et revisionibus Castellanorum. et cassarorum et roccharum et eorum famulie. Ad quod offitium eligantur et eligi debeant unus bonus homo popularis et de populo perusino Et unus bonus et expertus notarius de quibus fiat sacchectus et ponantur in sacculentum de porta in portam quorum revisorum et notarii offitium durare debeat per sex menses et per illos qui erunt electi ad faciendum sacchectum dominorum priorum et aliorum offitialium comunis perusii fieri debeat de ipsis sacchectus. Et quod per quindecim vel decem dies ante finem offitii dicti offitialis et notarii extrahatur et extrahi debeat in palatio populi more solito sequens bonus homo et unus notarius Et sic semper fiat de sequentibus aliis bonis hominibus et notariis donec extracti fuerint. Et in quo sacchulo insacculet. ponant et immictant meliores et legaliores homines et magis aptos ad dictum offitium exercendum quos crediderint convenire. Quod iurare sic facere teneantur. Qui offitiales et notarii sic extracti et extrahendi statim dominis prioribus vel eorum notario iurent et iurare debeant eorum offitium et omne id ad quod tenebuntur secundum formam presentis Capituli facere operari et exercere sollicite legaliter bona fide et sine fraude. Qui bonus homo et offitialis habeat arbitrium et etiam teneatur. et debeat per se absque licentia alicuius offitialis comunis perusii ire ad faciendum mostras et revisiones Castellanorum omnium et singulorum et eorum famulie quam tenere debent in sua Castellanatia quibus ipsorum Castellanus massaritiarum et fulcimenti seu fornimenti quas tenent vel quod tenere debent saltim semel quolibet mense sub vinculo iuramenti et pena Centum librarum denariorum eidem de facto auferendam ad petitionem cuiuscumque petentis si fuerit negligens in predictis vel aliquo predictorum. Et etiam possit facere dictas mostras et revisiones quot et quando sibi placuerit et quod sub dicto iuramento et pena predicta teneatur et debeat diligentem investigationem facere de omnibus et singulis adque quilibet Castellanus facere debeat ex forma ordinamentorum comunis perusii et repertum culpabilem punctare et cum punctationis ipsam punctationem scribi facere per eius notarium et eam tradere domino Capitaneo ut inferius continetur que vendicent sibi locum de hiis de quibus reperitur culpabilis tempore mostrarum et revisionum et non de alio tempore. Et quia sepe contingit et contingere potest quod dictus bonus homo et dictus notarius infirmitate vel alio legiptimo impedimento impediti sint ipsi vel alter eorum ita quod dicte revisiones fieri non possent prout supra dictum est providerunt et ordinaverunt quod predictus bonus homo quando impeditus esset vel dictus notarius possit loco sui alium ydoneum substituere qui accedere debeat ad dictas mostras revidendas. Quorum

gesta valeant et eorum relationi stetur quemadmodum facta esset per duos bonum hominem et notarium.

Quod teneantur Castellani cassarorum comunis pisi et officiali pred. [illegible]

c ccxxiij Item ad hoc ut comodius dicte mostre et revisitationes fieri possint et ne ulla fraus circha custodiam dictarum fortilitiarum et in retinendis famulis per dictos Castellanos et aliis necessariis commicti possint Quilibet castellanus de incepto de facto extrahendus per octo dies ante quam accedat ad suum offitium exercendum teneatur et debeat pena centum librarum denariorum eidem de facto auferendam promictere se et sua bona principaliter obligare ac etiam iurare et fideiussores seu expromissores qui principaliter et in solidum se obligent notario dominorum priorum artium vel notario reformationum recipienti pro comuni pisi dare de custodiendo solicite per se et suos familiares cassarum fortilitiam ad quod et ad quam erit deputatus et de manutenendo dictum cassecerum et eius munitiones et armamenta in bono statu et detinendo et quod tenebit ad custodiam dicti cassari et fortilitie ipsius familiam deputatam secundum formam statuti et ordinamentorum comunis pisi toto tempore sue castellanatie et quod massaritias arma et alia fulcimenta comunis pisi custodiet manutenebit et consignabit et restituet et resignabit dictum casseru cum massaritiis et armis et aliis que invenerit futuro successori vel comuni pisi sub pena centum duarum librarum denariorum et obligatione omnium suorum bonorum et eo tempore quo dabit dictos fideiussores debeat dare in scriptis et in publicam formam notario dominorum priorum artium vel notario reformationum vel notario dicti boni hominis et offitialis super mostris omnes suos famulos quos secum ducere voluerit cum nominibus et prenominibus et locis unde sunt que portari debeat per dictos bonum hominem et notarium pro dictis mostris faciendis et

et revidendis sub pena viginti quinque librarum denariorum si contrafecerit vel negligens fuerit in predictis

Item quod predictus bonus homo et offitialis tempore quo equitabit et extra Civitatem exercebit dictum offitium ad dictas mostras faciendas cum duobus equis et notarius eius cum uno equo habeant et habere debeant a massariis comunis pisi sine alio precepto vel apodixa singulis diebus quibus servivernit in predictis et ad predicta exercenda vacaverint de pecunia et avere comunis pisi videlicet dictus bonus homo tres libras denariorum et notarius triginta solidos denariorum pena ipsis massariis et cuilibet eorum si negligens fuerit in predicta solutione quinquaginta librarum denariorum per suum sindicatum auferenda pro qualibet vice qua contrafecerint in predictis

Item quod quilibet Castellanus debeat semper et continue stare et moram facere vel trahere et etiam debeat tenere semper intus Cassaru seu muru vel barbacane seu alias fortilitias dicti Cassari Omnes et singulos suos [famulos] servientes quos tenere debet tempore et pro tempore sui offitii nec debeat clausura dicti Cassari exire seu dictos famulos exire facere seu permictere sub pena et ad penam eidem Castellano pro qualibet vice qua repertus non fuerit per dictum offitialem et bonum hominem intus dictum Cassaru seu ipsius fortilitias et clausuram ipsius Centum librarum denariorum Et pro quolibet eius famulo non reperto per dictum bonum hominem et offitialem intus prefatum Cassaru et eius fortilitias et clausura pro quolibet famulo et qualibet vice duodecim librarum denariorum Et quia expendit ipsi Castellano et sue familie hec victualia et alia vite necessaria quibus oportet aliquem seu aliquos exsinis

famulis mictere ex cassaro statuimus quod castella
nus cassari Civitatis Castelli qui nunc est
vel qui pro tempore fuerit pro necessitatibus
suis et suorum familiarium possit et sibi liceat
mictere et destinare extra cassarum et forteli
tias dicti Castri duobus vel tres ad plus
ex suis famulis. Alii vero castellani aliorum
locorum possint pro necessitatibus ipsorum et eorum
familie mictere et destinare extra dicta casse
ra et fortelitias ipsorum unum vel duos ad
plus ex dictis famulis. Dum tamen ea die
qua exiverint extra dicta cassera et forteli
tias pro dictis necessitatibus debeant redire
et reintrare dicta cassera et fortelitias
ipsorum et ibi moram trahere et stare
sicut alii familii dictorum castellanorum
intra dicta cassera stare debeant et
prout superius dictum est. Et si dictus
bonus homo et offitialis tempore quo
ivit ad dictas mostras sive ricercas repe
rerit dictos famulos secundum formam supradictam
exivisse dictum casserum pro dictis necessi
tatibus teneatur et debeat eos expecta
re per dictam diem et reversi fuerint ea die
eos punctare non debeat et pro punctatis eos
non habeat nec referat. Si vero dicta die
non fuerint reversi et reintraverint
dictum cassarum prout supra dictum est
eos vel eum punctet et pro punctato re
ferat et assignet. Et quia sepe con
tingere potest quod aliquis ex famulis
dictorum castellanorum durante offitio ipsius
castellani quos tenere debet et quod assigna
verit in scriptis dederit notario priorum
vel reformationum et notario dicti boni hominis
decedit seu moritur vel infirmatur
vel alia necessaria vel etiam voluntaria
causa a dicto castellano recedit nec esset
conveniens quod dicti castellani propter hoc
dapnum substinerent statuimus et or
dinamus quod si contingerit ex causis supra
dictis vel alio quocumque modo aliquem ex dictis
famulis decedere vel recedere de dictis cassaris
et a dictis castellanis quod liceat et licitum sit
ipsis castellanis et cuilibet ipsorum acceptare
teneatur et debeat ipse castellanus infra
quartam diem a die mortis vel recessus re
mictere alium pro dominium loco sui et de pre
dictis et quolibet predictorum apparere faciat
per publicam scripturam manu publici notarii
et ipsam scriptura cum nomine et prenomine re
missi et loci unde sit remissus tradere
et assignare debeat offitiali et bono
homini super mostris deputati ad tale
casserum pena eidem castellano pre
dicta non facienti viginti quinque librarum denariorum
pro qualibet vice quam scripturam sic
sibi traditam ipse bonus homo deferat
et tradere debeat notario priorum vel refor
mationum Civitatis predicte qui pro tempore
erit infra tertiam diem a die sue reversionis
qui notarius dominorum priorum vel reformationum
habita dicta scriptura propria manu scribat
in illa carta seu scriptura in qua reperiuntur
nomina famulorum dicti castellani et nomen et
prenomen illius remissi secundum dictam scrip
turam sibi traditam per ipsum bonum homi
nem pena notario priorum vel reformationum
et dicto bono et cuilibet ipsorum predicta
non observanti viginti quinque librarum denariorum
communi predicte applicanda:-

Item quod quilibet castellanus teneat
et tenere debeat cassarum ad cuius custodia
deputatus est vel erit fulcitum seu for
nitum ultra victualia cotidiana sibi et
sue familie expedientia saltim pro uno
mense de infrascriptis formentis et
victualibus - videlicet de farina pro se et pro
quolibet famulo et pro qualibet persona
suorum familiarium unam eminam de
carnibus salitis quinque libras quinque libras
pro quolibet / de aceto in cassero Civitatis
Castelli duo legene in aliis una / de
oleo pro quolibet cassaro . unum dediolum /
de lignis tam ad calefaciendum furna

et ad coquendum panem quam de aliis pro quolibet cassaro tot salmas quot quilibet Castellanus habet famulos / de leguminibus in Cassero Castelli una emina et in aliis media emina pena ipsi Castellano unum corbem de sale in Cassero Castelli una emina et in aliis media emina pena ipsi Castellano non tenere predictas res et qualibet predictorum et ut dictum est et qualibet vice quinque librarum denariorum ./.

Item quod dictus bonus homo et offitialis et eius notarius extractus vel extrahendus super dictis mostris et remissionibus faciendis de dictis Castellanis et eorum famulis et de fulcimentis que tenere debent intra dicta cassara secundum formam presentium capitulorum tempore quo ibunt ad dictas mostras recipiendas ea die qua iverint ad civitates terras seu loca ubi sita sunt dicta cassera mostram facere de dictis Castellanis et eorum famulis et de aliis fulcimentis et de omnibus et singulis ad quem ipsi Castellani tenentur. secundum formam dictorum ordinamentorum forma et ordine infrascriptis. Quia statim quo dictum Cassarum intrabunt claudere faciant dictum Cassarum et claves sibi dari faciant de omnibus portis a predicto Castellano et habitis clavibus dictum Castellanum et omnes suos famulos quos habet in dicto Cassero ad se et in sui presentiam venire faciant et statim interroget et exquirat si aliquis ex famulis extra Cassarum est pro aliqua ambasiata vel rebus necessariis secundum presentium Capitulorum et si eos invenerit exivisse eos expectare debeat / pro ut dictum est /. Etiam interroget /. si aliquis famulus loco alicuius mortui vel recessi sit remissus / et si invenerint sic remissum sciat si inde apparet publica scriptura pro ut supra dictum est quam accipere teneatur et eam deferre secundum formam presentium Capitulorum etc.

demum caute prout eis visum fuerit interrogent et interrogare debeant /. quemlibet ex dictis famulis per se de nomine et pronomine et loco unde sit et si invenerint ipsum scriptum intra nomina famulorum que detulerit pro dictis mostris faciendis eum puntare non debeat. Si autem invenerit respondentem non concordare de nomine et prenomine et loco secundum formam dicte scripture nominum quam detulerit eum puctent et pro puntato habeant non obstante quod perfectum numerum de dictis famulis invenerit. Et si tempore quo dictus bonus homo et offitialis et eius notarius iverit ad faciendum dictam mostram et remissionem et non invenerint dictum Castellanum intra clausuram dicti Cassari et fortilitias ipsius vel aliquem de numero famulorum quos tenere debet et quorum nomina detulerit vel alium loco sui remissum secundum formam presentium Capitulorum puntare debeat et inde faciat publicam scripturam per dictum suum notarium et de omnibus et singulis repertis et non repertis que scriptura habeatur pro plena probatione et eidem stari debeat non obstante quod non haberet omnes solepnitates et substantialitates secundum formam iuris. Debeat insuper mostram et remissionem facere de omnibus et singulis rebus quas tenere debet pro fulcimento dicti Cassari et de ea similiter fieri faciat /. publicam scripturam et de omnibus et singulis ad que tenetur quilibet Castellanus. Et si fuerit repertus culpabilis vel negligens faciat fieri per eius notarium scripturam puntationis et etiam ipsius quam scriptura seu scripturas videlicet puntati et puntaturam de dictis nominibus et rebus et de omnibus predictis post omnes mostras et remissiones factas faciat publicari infra tertiam diem a die sue remissionis qua teneatur et debeat quam teneatur et debeat vinculo iuramenti et pena Centum librarum denariorum sibi de facto auferendi puntare et exhibere domino Capitaneo populi pisani. Cui dictus Capitaneus habita dicta scriptura et relatione teneatur. et debeat infra quindecim

dies a die facte et dicte representationis et assignationis sumarie et de facto absque alia probatione vel solempnitate et absque alio processu et condempnatione exigere pro omnibus penas dictarum pimtaturarum a dicto castellano et eius fideiussoribus. et pro executione predictorum fienda possit teneatur et debeat personaliter et realiter cogere dictum castellanum et etiam suos fideiussores et de hiis que fecerit occasione predicta sindicari vel molestari non possit ullo modo pena dicto domino capitaneo negligenti vel non exequenti quingentarum librarum denariorum eidem de facto per suum sindicatorem auferenda.

Et ut ferventior et audacior in executione predicta reddatur. et sit propterea dictus capitaneus habeat et habere debeat iiii solidos denariorum pro qualibet libra eorum que venire fecerit in occasione omni predicta.

Item si contigerit quod castellanus alicuius cassari tante temeritatis existeret quod nollet aperire seu aperiri facere dicto bono homini et eius notario euntibus pro dictis mostris faciendis ad requisitionem dicti boni hominis quod tunc dictus castellanus puntetur et pro puntato habeatur et referatur. tam de ipso quam de famulis et fulcimentis et omnibus aliis ad que tenetur ex forma dictorum capitulorum. Et ad omnia et singula supra dicta pro puntato adsignetur et referatur.

Item quod dictus bonus homo teneatur et debeat signare prout ei videbitur omnes et singulas massaritias et res communis que essent in dictis cassaris ad manus dictorum castellanorum et de propriis et aliis existentibus reclausis in dictis cassaris inventarium facere cuius copia sit apud unum quemque castellanum. Et ipsam copiam teneatur. quilibet castellanus adsignare successori tempore quo adsignabit cassarum et massaritias et res ipsius Quarum copiam et res dictus bonus homo habeat et debeat revidere et si ipsas vel aliquam ipsarum non invenerit condempnetur castellanus

in viginti quinque libris denariorum pro qualibet quantitate massaritiarum et rerum et in restitutione dupli dicte rei et massaritie, de cuius extimatione stetur et credatur dicto et iuramento dicti boni hominis dum modo de predictis stetur discretioni et provisioni dicti offitialis et de quibus rebus et massaritiis puntatura fieri debeat. Et relatio.

Item providerunt et ordinaverunt quod novus castellanus qui accidit ad custodiam alicuius cassari emere debeat et teneatur omnes et singulas res quas pro fulcimento dicti cassari antiquus castellanus ultimo mense retinet in dicto cassaro pro instoronemento pretio vel illo pretio quod declarabit offitialis prevlsionis et mostre quam declarationem facere teneatur et referre in publicam formam dicto mese vinculo iuramenti et pena centum librarum denariorum. Et si dictus novus castellanus recusaret hoc facere puntato referatur ac si repertus fuisset extra cassarum, dum modo dicte res emende sint bone et utiles et recentes aliter novus castellanus res ipsas inutiles effectas emere et recipere minime teneatur.

Item quod dictus bonus homo possit teneatur et debeat requirere et revidere et mostram et revisionem facere de omnibus et singulis potestatibus eligendis in cassaris civitatis Perusii. scilicet et prout fiat mostram et revisionem dictorum castellanorum Cum potestates teneantur et debeant videlicet quilibet ipsorum in cassaro castro in quo pro potestate electus et deputatus est. cum suis familiaribus et offitialibus et familiaribus personaliter et continue residere et inde non descendere prout tenentur castellani predicti. Et quod de eis fiat requisitio et mostram prout fit et fieri debet de castellanis predictis per dictum bonum hominem et omnes pene et ordinamenta que locum habent in castellanis dictorum cassarorum intelligantur locum habere in dictis potestatibus si ab huiusmodi

castris descenderent sine licentia dominorum prio
rum artium Civitatis perusii et quicquid dicti offi
ciales mostrare castellanorum facere debent
archa mostras et remsiones mostrarum dominorum
castellanorum facere teneantur. archa mostras
et remsiones mostrarum dominorum potestatum
et eorum offitialium et familie et quod dicti po
testates per maiorem sindicum Civitatis
perusii debeant de eorum offitio sindicari — Vi
deat etiam et videre teneatur de his offitiales
mostras famulorum quos tenere debent
potestas Civitatis Castelli ad custodiam turrium
Campanilis et turris et de platea ipsius Civitatis
Et referre et puntare teneatur prout tenetur
et dictum est de famulis castellani cassari
dicte Civitatis. Et eadem pena intelligatur
potestati de puntaturis ipsorum famulorum que
dicte sunt puntaturis famulorum castellani et
idem modus per omnia debeat observari de
famulis castellani Cassari supradicti et aliorum
Cassarorum et hec locum habeant in futuris po
testatibus tantum.

De electione et offitio offitialium sup
fortificatione et reparatione Cassarorum et
fortilitiarum comitatus perusii et terrarum sub
iectarum R(ubrica)

CCxxiiii Volentes quod cassara castrorum et
fortilitiarum comitatus perusii ac etiam
terrarum subiectarum et recomendatarum comuni perusii
tam facta quam fienda conserventur fortificentur
et muniantur munimentis et fortificationibus
opportunis pro statu et iurisdictione comunis perusii.
Statuimus et ordinamus quod eligantur et
eligi debeant perpetuo de anno in annum
per dominos priores et camerarios artium
Civitatis perusii. quinque boni homines populares
et de populo perusino videlicet unus pro qualibet
porta qui sint et esse intelligantur.
offitiales comunis perusii. super fortificatione
reparatione munimentis et fornimentis
dictorum Cassarorum et fortelitiarum et habeant
et habere intelligantur. auctoritatem potestatem

et bayliam super predictis et eorum occasione
dum tamen aliquas expensas facere de
avere comunis perusii. non possint. nisi ut in
ferius continetur videlicet.

Quod dicti offitiales possint expen
dere et convertere de pecunia quingentorum florenorum per venientis
ad manus conservatorum comunis perusii. a Ca
stellano Cassari Civitatis Castelli et
a potestate seu a potestatibus dicte Civitatis
Castelli quolibet anno quingentos florenos
auri. quos quingentos florenos auri dicti
potestates et Castellani solvere teneantur
conservatoribus monete comunis perusii. hoc modo
videlicet quod quilibet Castellanus infra quindecim
dies a die finiti sui offitii — Centum
florenos auri pro semestri tempore quo est durum
eius offitium duraturum.

Quilibet vero qui fuerit potestas
dicte Civitatis Castelli teneatur et debeat
solvere cum effectu pro semestri tempore
quo eius offitium durare debet infra
quindecim dies a die finiti sui offitii
Centum Quinquaginta florenos auri Quos
florenos auri. solvendos. ut premictitur. et
ultra ipsos. florenos de pecunia ad manus
dictorum conservatorum pervenienda / ex contribu
tione fienda per terras subiectas et re
comendatas comuni perusii. dicti conservatores
possint teneantur et debeant dare et
solvere ipsis offitialibus sine alia apodixa
precepto vel mandato ad petitionem
ipsorum offitialium Quingentos florenos auri
pena ipsis conservatoribus requisitis
ab ipsis offitialibus si negligentes vel
remissi fuerint in exactione fienda
a dictis potestatibus et Castellanis et
terris subiectis. et in solutione fienda
dictis offitialibus occasione predicta Quin
gentarum librarum denariorum. et pro quolibet
eorum. Et supradicti potestates et
Castellani in terminis supius de
claratis solvisse effectualiter teneantur.
quantitatem supius declaratam sub

et ultimis voluntatibus legare et relinquere tali Eccle costruende p fabrica ipius Eccle. s. Cuius adminus decem s den et comitatenses adminus quinqz s den. pena noté scribenti aliqd testum uł aliqua ultima voluntatem in qua no fieret legatum predictum decem libr den p qualibz vice. Et nichilominus talis condens testametum uł aliam ultimam volutatem Intelligatur dictu legatu fecisse et p inde habeatur ac si notē fuisset rogatus de huiusmodi legato. Et q dicti offitiales possint teneatur et debeant huiusmodi legata exigere et de eis refutationem facere et ipa in dicto opere convertere expendere et distribuere p ut viderit convenire. Et q dn̄i potestas et Capitt et maiores sindicus ad petitione dictor offitialiu uł alterius eor possint teneatur et debeant realiter et psonaliter de facto cogere heredem uł bonor possessorem talin defunctor testatinz ad soluendum et q soluant ipis offitialibus legata supra dicta in quantitate superius declarata aliquo Capitulo non obstante :.

Item ad hoc ut fabricha dicte Eccle celerem expeditionem habeant et finem habeant complitum Statuimus et ordinamus q dicti offitiales possint teneatur et debeat eligere et nominare quandocumqz dictis bonis hoibus videbitur et placebit etiam ante inceptu dicti operis seu dicte Eccle unum bonum honestum et sufficientem sacerdotem qui sit et esse debeat rector dicte Eccle In vita sua. qui sacerdos gratis et sine aliquo salario teneatur et debeat ad dictum opus et laborerium dicte Eccle se immiscere et operari et suprestes sit et esse Intelligatur. Et finito dicto opere dicte Eccle continue fuiat in divinis et in ipa Ecclia continuam teneatur et debeat facere residentiam et post mortem dicti sacerdotis eligendi electio et institutio dicti successoris fiat et fieri debeat p dnos priores et Camerarios Artium Civitatis pus.

Item ut dicta Ecclia a Civibus et comitatensibus pusinis reuereter frequentius visitetur q infra dictam Ecclesiam in loco declarando p dictos offitiales fiat et fieri debeat qualibet ebdomada In die Iouis generosum mercatum de omnibz et singulis victualibus et rebus et animalibus et de omnibus et singulis rebus in dicto mercato emendis et vendendis nulla soluatur gabella :.

Item q dicti offitiales possint et eis liceat cogere et cogi facere hoies et psonas castror et villar adiacentium et circumstantium realiter et psonaliter ut ad dicta opa facienda psonaliter et cu bestiis dent et prestent auxilium consilium et fauorem pena universitati Castri uł ville que fuerit inobediens uł contrafaciens in predictis p qualibet vice. vigintiquinqz libr den ab hoibus dicte universitatis exigenda. et auferenda de facto p ipos offit. et convertenda et distribuenda in opere supra dicto :.

Et q dnūs potestas dnūs Capitt et maior sindicus cois pus. teneantur et debeat. ad petitione et requisitionem dictor offitialium uł alter eor teneantur et debeant dare offitiales et familiares suos p cogendo psonaliter et realiter inobedientes et obedire recusantes mandatis dictor offitialium et p exequendo et executionem mandato opus et laborerium supradictum sub pena Quinquaginta libr den pro quolibet offitio negligente uł contrafaciente dicte sibi de facto auferenda per suos sindicatores x

tempore sui sindicatus conuertendum in opere et laborerio supra dicto

**De ordinatione consiliorum Ciuitatis pist. R̃**

CCCxvm Ad hoc ut nostra res pu͠b͠l͠. beate et recte regatur et gubernetur ¶ Statuimus quod consilia Ciuitatis pist. et nostre rei publice sit ista. videlicet Consilium dominorum priorum Artium Ciuitatis pist. sit primum qui debent esse decem. Consilium dominorum priorum et Camerariorum Artium ipsius Ciuitatis quorum Camerariorum numerus totus est quadraginta octo sit secundum. Consilium ipsorum Camerariorum et triginta duorum Artificum de arte mercantie et sedecim Artificum de arte cambii et octo Artificum de qualibet alia arte magna. Qui Artifices scripti sint in matricula ipsius Artis et quatuor Artificum de qualibet Arte parua de artibus paruis ipsius Ciuitatis qui etiam quatuor Artifices sint et esse debeat scripti in matricula ipsius artis sit tertium Consilium ¶ Item consilium adunatie generalis Quingentorum seu trecentorum Artificum de artibus dicte Ciuitatis qui etiam scripti sint in matriculis ipsarum Artium sit quartum Consilium ¶ Item Consilium massimum arenghe siue arenghi et parlamenti sit quintum ¶ Item Consilium generale sit sextum ¶ Item Consilium maius sit septimum ¶ Item Consilium populi sit octauum. ¶ Que octo consilia fiant et fieri debeat modis formis et solepnitatibus infrascriptis Et que Consilia habeant et habere debeant potestatem auctoritatem et baylia prout infra singlariter denotatur.

Consilium dominorum priorum septem ex eis in singulis in concordia existentes habeant auctoritatem et arbitrium ponendi et propositas faciendi nec non prouidendi et ordinandi quicquid eis videbitur et placebit. super custodia Ciuitatis et comitatus. Et super habundantia bladi in Ciuitate et comitatu pist. Dummodo per hoc arbitrium non possit facere uel ordinare aliquid contra formam statutorum in hoc volumine contentorum. Et super omnibus aliis que commissa eis essent ex forma statutorum in hoc volumine expressorum

Consilium Camerariorum Artium tantum conuocetur et congregetur et conuocari et congregari debeat facta super hoc prius deliberatione per dominos priores Artium ipsius Ciuitatis septem ex dictis decem uno ad minus in concordia ut premittitur existentibus et etiam facta deliberatione inter eos de omnibus et singulis que in dicto Consilio proponere voluerit uno die ante uel saltim in necessitatis casu ante quam Campana sonet uel pulsetur et sonare et pulsare incipiet Consilium de quo fiat et fieri debeat publica scriptura manu Cancellarii comunis pist. siue manu notarii dominorum priorum qui tunc in negotiis mere comunis pist. dicto tempore oportunus locum habere noluimus in quibus tamen tempore volumus prouidere posse Et congregari debeat in palatio ipsorum dominorum priorum pulsata Campana secundum formam statutorum in quo consilio adesse et presentes esse debeat ad minus triginta Camerarii ex omnibus Camerariis. Et consilio Congregato super propositis et super omnibus et singulis que in ipso Consilio proponetur per aliquem ex dictis dominis prioribus Artium septem ex eis ad minus presentes in eodem Consilio et in concordia existentes debeat ipsi Camerarii. bonum et utile quantum potuerunt consilium exhibere Et de consilio sumpto consilium unius uel plurium ex ipsis Camerariis quod utilius redditum fuerit electum per dictos dominos priores Inter omnia consilia reddita fieri debeat inter omnes Camerarios presentes Instrumentum et partitum hac forma videlicet. si erit contractus de factis et negotiis comunis pist. uel ad ipsum comune pertinentibus et spectantibus quoquo modo fieri debeat scruptinium et partitum cum bussolis et fabis et ad bussolas et fabas ut moris est uel desedendo et surgendo seu adleuando prout ipsis dominis prioribus magis conueniens videbitur ¶ Si non tractatum fuerit de factis et negotiis singularium et priuatarum personarum fiat et fieri debeat tam inter dominos priores quam inter priores et camerarios scruptinium et partitum dumtaxat cum bussolis et fabis et ad bussolas et fabas et non aliter pena prioris proponentis partitum mictentis et notario scribenti aliter et alio modo quam dictum sit decem librarum denariorum pro vice qualibet Et quod obtentum fuerit in scructinio et partito per viginti ad minus ex omnibus dictis triginta Camerariis presentibus. Cum viginti concordes sit de eo quod positum fuerit in scructinio et partito uel si in consilio plures fuerint Camerarii presentes quam triginta et obtentum fuerit per duas partes de tribus partibus totalibus omnium Camerariorum presentium in scructinio. Id tantum firmari deliberari statui et prouideri debeat et quod statutum firmatum deliberatum et prouisum fuerit plenam efficaciam habeat

firmitatem. Et dictum consilium habeat et habere
debeat potestatem auctoritatem arbitrium et bayliam
in casibus infrascriptis et non in aliquibus
aliis casibus. Primo debeat habere et habeat
et habere intelligatur arbitrium potestatem et
auctoritatem et bayliam tractandi et ordinandi de
convocando et congregando supra septimum
consilium ipsorum camerariorum et artificum. scilicet
octo artifices pro qualibet arte. et qualibet
arte magna et quattuor artifices de qualibet
arte parva ut in ipso consilio camerariorum
et artificum tractetur. et ordinetur aliquid
quod possit in ipso consilio tractari et ordi
nari. Item habeat et habere intelligatur
dictum consilium camerariorum tantum arbi
trium potestatem et auctoritatem super novis
casibus occurrentibus de quibus vel super quibus
provisum non esset ex forma alicuius statuti
in presenti volumine positi. Dummodo
optineri debeat per viginti camerarios
de numero triginta. Et si plures fuerint tri
ginta in consilio optineri debeat ad
minus per duas partes presentium ipsi
consilio ad bussolas et fabas misso
partito. Habeat etiam arbitrium et auctoritatem
providendi ordinandi et reformandi pro per
secutione rebellium et proditorum communis pe
rusii. quicquid eis videbitur expedire
Salvo et excepto quod nichil possint pro
videre proponere vel deliberare in favorem
rebellium vel confinatorum communis perusii. Item
habeat et habere intelligatur plenum generale
arbitrium providendi et ordinandi unde
et quomodo pecunia veniat in commune. Dum
modo quod pro tale arbitrium non possint
rebapnire aliquem exbapnitum et cop
denatum communis perusii. Item arbitrium
habeat pro conservatione et manutentione in
bono et pacifico statu civitatis et comitatus
perusii. et terrarum recomendatarum et subiectarum
dicto communi perusii. Habeat etiam arbitrium
providendi et ordinandi et reformandi quod ius
et iustitia omnibus observetur. Dum
modo de aliquo processu pendenti vel super
eo non possint aliquid providere et or
dinare. Et omnis eis potestas ad
providendum super aliquo processu pendente
auctoritate presentis legis intelligatur esse
ablata et totaliter revocatur si et in
quantum virtute alicuius legis in presenti volumine
posite videretur esse concessa directe vel per obliquum
Item arbitrium habeat disponendi qualiter consilium
congregari deberet. Videlicet in primo et ante omnia quod con
gregaretur opponeatur inter eos ad bussolas
et fabas si tractatum fuerit de factis et negotiis
singularium privatarum personarum si non tractaretur de
factis et negotiis communis perusii sufficiat mitti par
titum. de sedendo ad renadium et ad ipsam congre
gandum procedi debeat secundum modum et formam
tractatam in presenti volumine statutorum et aliter ar
bitrium non intelligatur habere. in faciendo dictam
adunantiam congregari vel in disponendo quod dicta adu
nantia congregetur et si aliter fieret quicquid
factum esset vel dispositum in eadem adunantia
generali nichil valeat non obstante aliqua absolu
tione seu proposita absolutionis facienda in eadem adu
nantia generali. et facientes seu disponentes aliter
teneantur ad penam tam priores quam camerarii centum
librarum denariorum pro quolibet auferendam. ab eis per maiorem
sindicum tempore sindicatus eorum

Item quia in fine offitii aliquibus prioratus congregari
solet dictum camerarium in palatio capitaneorum populi ad retinendum
gesta per ipsos dominos priores tempore eorum offitii et ea
que videntur per ipsos camerarios non recte gesta solet
facere punctari de quibus punctaturis numquam aliquis bonus
exitus fuit effectus immo potius est quoddam quid transitorium
rium quod non est conveniens providerunt et statuerunt quod notarius
qui erit ad dictas punctaturas faciendas una cum collatera
li domini capitanei teneatur et debeat in publicam
formam redigere quicquid punctatum erit et illud
infra tres dies a die dicte punctature facte dare
et assignare dominis prioribus tunc in offitio presiden
tibus qui domini priores teneantur et debeant ad penam
centum librarum denariorum pro quolibet eorum infra predictam diem
vel tertiam facere congregari consilium camerariorum
puntatum et de sindicare dictas punctaturas an quod
recedat et tangere disponere de ipsis punctaturis
an quod recedat a palatio postquam fuerit congregatum quod
disponendum et determinandum eis videbitur et pote
statem habeat tam in cassando quam in affirmando
quod etiam in corrigendo et quicquid per dictos priores et dictos
et camerarios dispositum correctum vel approbatum fuerit
habeat plenam roboris firmitatem et executioni mandetur
Que etiam fieri debeat et executioni mandari. pro observan
ad penam quingentarum librarum denariorum auferendam per maiorem
sindicum tempore sindicatus eorum super quibus. prefati
domini priores. etiam auctoritatem habeant et arbitrium et
potestatem plenariam

Item prefatum consilium dominorum priorum camerariorum auctoritatem
habeat et arbitrium in aliis in hoc volumine contentis de eorum offitio tractantibus.

CCXXX

De consilio cam. cum quibus de artificib. artium et eius auctoritate rub.

Consiliu camerarior et triginta duor artificium de arte mercantie et sedecim artifici de arte cambij et octo artifici de qualibet alia arte magna et quatuor artifici de qualibet arte parva quos octo artifices et quolibet cam. de qualibet arte grossa sive magna et quatuor de qualibet arte parva quilibet camerarius et quilibet ex consulibus mercator et quolibet exauditoribus cambij eligere debeat meliores et magis ydoneos de sua arte et collegio sue artis et ipsos ad dictum consiliu secum ducere fieri convocari et congregari possit et debeat si tractatu fuerit et ordinatu in consilio camerarior tantu ad minus per unam diem ante de faciendo ipm consiliu cam. et artifici ut in ipso consilio camerarior et artifici tractetur et ordinetur aliquid quod tractari et ordinari possit in ipso consilio. Et si primo optentu et firmatu fuerit in dicto consilio camerarior quicquid tractandu et ordinandu et firmandum erit in ipso consilio camerarior et artificu et non aliter possit ipm consilium camerarior et artifici convocari nec congregari nec in eo aliquid fieri. vel poni et queretur ipsum consiliu camer et artifici in palatio domini potestatis forma predicta in quo consilio debeant esse presentes ad minus triginta camer et artifices singularum artium in numero supradicto vel saltem due partes ipsor hominum et artifici. Et in proponendo consulendo et scruptinizando et partitum ponendo servari debeat quod dictum est de consilio cam. partito per duas partes de tribus totalibus omnium camerariorum et artifici presentium in consilio ad bussolas et fabas albas et nigras si tractatu fuerit de factis et negotiis singularum et privatarum personarum sin non tractaretur de factis et negotiis comunis perus ad bussolas et fabas. Omne ad sedendum et levandum firmari debeat statim et ordinari in casibus duntaxat quibus auctem et arbitrium habet vigore legum in presenti volumine expressarum et aliter vel alio modo optentu nullius sit valoris et efficacie vel momenti ipm quod consiliu camerariorum et artificium habeat et habere debeat potestate auctem et baylia in casibus infrascriptis et non in aliquibus aliis. ¶ Habeat dictum consiliu potestatem auctem et arbitrium tractandi et ordinandi de faciendo convocando et congregando et aduniantia generalem de qua congregari non possit sine deliberatione dicti consilij.

¶ Item habeat et habere intelligatur arbitrium et potestatem super conductione gentis armigere tam pedestris quam equestris ultra numerum consuetum et determinatum per forma statutorum comunis perusii. tempore necessitatis et opportunitatis dicto comuni incumbentis.

¶ Item auctem habeant et arbitrium super ambaxiatoribus ad romanam curiam destinandis. et super salario eisdem ambaxiatoribus statuendo dummodo non possit destinare ultra numerum trium ambaxiatorum laycorum tantum ad curiam supradictam.

¶ Item auctem habeant et arbitrium expendendi de quacumque pecunia dicti comunis usque in quantitate duorum milium florenorum auri in clusine in casibus dumtaxat dicto comuni necessariis et opportunis pro tempore occurrentibus facta prius deliberatione de dicta pecunia expendenda et de numero quantitatis abinde infra vel usque in dictam quantitatem in clusine per consiliu dominorum priorum et cam. artium dicte civitatis ad bussolas et fabas albas et nigras vel de sedendo ad levandum. et aliter provisum seu dispositum nullius sortiatur effectum.

¶ Item auctem habeant et arbitrium providendi et ordinandi quicquid necesse vel opportunum occurreret in et super facto capitoris comunis et tam de finienda pecunia et quam etiam danda et mutuanda de quacumque pecunia dicti comunis et aliis occurrentibus circha predicta et quolibet predictorum.

¶ Item auctem habeant et arbitrium providendi super acconcime tam civitatis quam comitatus quotiens sibi videbitur convenire et opportunum fore cuius occasione possit expendere et expendi facere de quacumque pecunia dicti comunis. Et in aliis secundum quod in hoc volumine continetis de eorum offitio tractantibus.

Consiliu generalis adunantie. rub.

CCXXXI

Consiliu adunantie generalis seu adunantia generalis sit et esse debeat de quinquecentis seu trecentis artificibus civitatis perusii. scriptis et qui scripti sint in matriculis. et reparationem artium cum non de paratioribus seu de minoribus numero supradicto et ipm consiliu seu ipsa et debeat cum et quatenus tractatu ordinatum et liberatum fuerit in dicto consilio camerariorum mere. Et etiam si tractatu ordinatum et liberatu fuerit in dicto sequenti consilio camerariorum et artificu. sibi licet octo artifici pro quolibet camerario. de qualibet arte magna et quatuor artificu de qualibet arte parva ad ipsam adunantiam generalem faciendam convocando et congregando. Et si et quatenus tractatu ordinatu et deliberatum fuerit in dictis consiliis et utroque ipsorum quicquid tractandu ordinando et deliberandu venit in ipsa adunantia generali et non aliter possit ipm consilium adunantie generalis seu ipsa adunantia

gnalis conuocari vel congregari vel in ipsa adunantia generali aliquid fieri. Et si aliter congregaretur quicquid in ea fieret vel ordinaretur seu reformaretur nullius sit valoris vel momenti. Congregantes vero vel adunantes aliter pena incidant mille librarum denariorum pro quolibet auferenda de facto per maiorem sindicum communis pus. non obstante aliqua absolutione prouenienti seu licentia absoluendi in eadem adunantia facienda. ¶ Et conuocari et congregari et conuocari et congregari debeat ipsa adunantia generalis in palatio dominorum priorum in die et sole lucente dumtaxat sup etiam non autem in nocte et tenebris noctis ipsa bapnita a die precedenti per ipsam conuocationem dicte adunantie et campana pulsata. ¶ Et in proponendo et in consulendo in dicta adunantia seu consilio dicte adunantie seruetur forma et solempnitas que scripta est supra. de aliis precedentibus consiliis Arrengarum et partitum fiat et fieri et fieri debeat data licentia consiliariis et hominibus dicte adunantie de sedendo vel surgendo et stando Et id quod optentum fuerit in scructinio et partito per duas partes de tribus totalibus omnium hominum qui erunt in dicta adunantia sedentium et qui sedere debeat dicta electione et reliqua tertia parte hominum surgente vel stante debeat firmari et statui et ordinari. ¶ Habeat quidem dictum consilium seu dicta adunantia potestatem auctoritatem bayliam et arbitrium in omnibus et quibuscumque causis et quibuscumque factis et rebus de quibus et in quibus potest disponere et prouidere commune pus. quicquid et quantum et quantum licet et licere potest commune pus. et populus pus. ut possit ipsum consilium seu ipsa adunantia quecumque pro magna et maxima et ardua in quibuscumque causis et de quibuscumque factis disponere statuere et ordinare et facere prout et sicut posset et potest ipsum commune pus. et totus populus pusinus. ¶ Et quecumque iam disposita statuta et ordinata et facta tollere et renouare Eo excepto solum quod non possit dicta adunantia tollere nec reuocare irritare vel infringere ea que iam facta disposita statuta et ordinata essent vel fuissent per consilium arenghe seu arenghi et parlamenti vel contra vel preter ea que facta essent vel fuissent in dicto consilio arenghe seu arenghi facere vel disponere directe vel indirecto vel defaciendo vel disponendo contra vel preter aliquo modo temptare. Et in nulla adunantia de predictis fieri vel mitti possit ultra quam proportas ad plus. Et si priores quicquid mitteretur non ualeat quicquid super illis fierent que essent ultra quantitatem. Et nichilominus priores ultra proponentes incidat pena V^c librarum denariorum pro qualibet ultra quicquid::

de consilio maximo et summo arenghe seu parlamenti [illegible] CCxxxii
[illegible]

Consilium maximum et summum arenghe seu arenghi et parlamenti sit et esse possit vniuersaliter de omnibus ciuibus ciuitatis pus. et in ipso consilio et arengha seu arenghi admitti esse debeat mille ciues pus. de ciuitate pusii orundi vel pro ciuibus habiti cuiuscumque conditionis et qualitatis existant layci tamen. Et ipsum consilium arenghi seu ipsum arenghum conuocari et congregari possit et debeat si et quatenus tractatum ordinatum et deliberatum fuerit in eius aliis quantitate precedentibus consiliis scilicet in consilio dominorum priorum artium ciuitatis pus. tantum. Et deinde camerariorum successiue in consilio camerariorum et camerariorum et deinde ipsorum dominorum priorum et camerariorum et artificum modo supius declarato. ¶ Et successiue in consilio seu adunantia generali quinquaginta seu rectorum artificum de faciendo conuocando et congregando ipsum consilium arenghi seu ipsum arenghum et parlamentum et si et quatenus ordinatum et deliberatum fuerit in dictis consiliis et quolibet ipsorum successiue quicquid tractandum ordinandum et deliberandum erit in ipso consilio arenghi seu parlamenti seu in ipso arengho et parlamento et non aliter possit ipsum arenghum seu consilium et parlamentum conuocari et congregari nec in ipso aliquid tractari vel fieri vel de tractando vel faciendo temptari. Et si domini priores vel aliquis camerarius vel aliquis alius contra predicta vel aliquid de predictis fecerit vel temptauerit capite puniatur et amputatione capitis a spatulis deponeretur puniatur ita quod moriatur Et de hoc dominus potestas et dominus Capitaneus et quilibet eorum statim debeat de predictis inquisitionem facere et habitis inditiis vel fama publica tantum procedere ad torinitam penam cinquaginta librarum denariorum eis et cuilibet eorum si negligens fuerit in aliquo de predictis Et conuocari et congregari et conuocari et congregari debeat ipsum consilium arenghi et parlamenti et ipsum arenghum et parlamentum in platea communis pus. ante capannam sancti laurentii maioris ecclesie pusinus sedentibus dominis prioribus in scalis lapideis que sunt ad partem infima ipsi capanne bapnito prius ipso consilio seu ipso arenghi et parlamento die precedenti conuocationem et congregationem ipsius et campana pulsata Et in proponendo consulendo et scrutinium et partitum faciendo in dicto consilio arenghi et parlamenti seruetur forma et solempnitas que scripta est supra de consilio seu adunantia generali Cinquaginta seu rectorum artificum Et id quod optentum fuerit

in scruttinio et partito per duas partes ex tribus to
talibus omnium hominum qui erunt in dicto consilio et arengho
et parlamento debeat firmari statui et ordinari
et habeat et hic debeat et hic intelligatur dictum
consilium et arenghum et parlamentum potestatem
auctoritatem bayliam et arbitrium disponendi statuendi et
deliberandi in omnibus et quibuscumque casibus et de
quibuscumque factis et rebus de quibus et in quibus
potest disponere et providere civitas pisana et totus populus
pisanus quantum et prout et quatenus hic ipsa civitas pisana et ipse
populus totus ut possit ipsum consilium seu arenghum
et parlamentum omnia et quecumque et in quibuscumque
casibus et de quibuscumque factis disponere statuere et
ordinare et facere prout et sicut posset et potest
ipsa civitas pisana et ipse totus populus pisanus et
quecumque iam disposita statuta et ordinata et facta
tollere et revocare Et nichil possit statui fieri
vel ordinari contra ea que facta erunt in consilio
arenghi et parlamenti seu in arengho et parlamento
per aliquod ex predentibus tribus consiliis vel etiam per
omnia dicta consilia vel aliquod aliud consilium scilicet statutum
fieri et tolli possit contra per aliud simile consilium
arenghi et parlamenti seu arenghum et par
lamentum factum et celebratum cum solepni
tate et forma predictis et non aliter :::

De consilio generali et eius [illegible] et auctoritate [illegible]

CCCxxxiii — Consilium generale sit et esse debeat
de civibus pisanis cuiuscumque condictionis
et de quocumque numero civium pisanorum sive sint
artifices sive non artifices sive populares
sive magnates sive artifices et non artifices
simul et sive populares et magnates simul
et ipsum consilium vocari et congregari possit.
et debeat in palatio domini potestatis in sala
inferiori ubi iura redduntur et tempore quo
congregabitur magnates et nobiles possit intrare sine
pena bapnito sono tube et voce preconis ipso
consilio et campana pulsata ipsa die qua ipsum
consilium congregatur. et convocatur Et ipsius
consilii potestas ea sit quod in ipso consilio legantur
dentur et promulgentur et elegi possint et debeant
et dari et promulgari sive criminales et que
in causis criminalibus erunt ferende dande et promulgande
per dominum potestatem vel capitaneum vel dominum
maiorem sindicum et sindicatorem offitialium communis
pisani vel alium offitialem communis pisani vel alium
offitialem forensem vel civem qui fuerit:

ad sindicandum et examinandum dominum pote
statem vel dominum capitaneum vel dominum maiorem
sindicum et sindicatorem vel alium offitialem
forensem vel quecumque alie criminales sive :
et etiam in ipso consilio fiat et celebretur
omnes et quecumque sindici et sindicatores communis pisani
constituto Et etiam in ipso consilio pronatur
per dominos priores artium consulatur per consilia
rios et eadinentur et firmetur in ipso consilio
facto et misso partito et scruttinio De
licteris sigillandis et mictendis ad curiam
romanam vel ad aliquem locum vel dominum
ad que micti non possit nisi legantur in
consilio secundum formam statuti de hac materia
loquentium de quibus quidem licteris sigil
landis possit etiam proponi consuli et
reformari in consilio dominorum priorum et camerariorum
artium dicte civitatis prout de ipsorum dominorum
priorum processerit voluntate ::::

De consilio maiori eius numero et auctoritate [illegible]

Consilium maius sit et esse debeat — CCCxxxiiii
de quingentis consiliariis civibus
artificibus et aliis scriptis in matriculis
artium et collegiorum civitatis pisane qui sint
numero centum per qualibet porta civitatis de
quibus consiliariis et de quorum numero sint et
esse debeant domini priores artium qui fuerint in
toto tempore sex mensium proxime precedentium
celebratione ipsius consilii Camerarii et omnes
rectores artium civitatis pisane. ac etiam priores
collegii advocatorum de civitate pisana. et eorum
vices tenentes et omnes et singuli advocati
scripti in matricula ipsius collegii ac etiam
omnes priores et rectores et notarii consortii
notariorum de dicta civitate scripti in ma
tricula dicti consortii qui camerarii et recto
res artium et priores et rectores collegii
advocatorum et consortii notariorum fuerint in
toto dicto tempore sex mensium proxime precedentium
ante celebrationem eius ipsius maioris consilii
Et convocetur et congregetur et convocari et
congregari debeat in palatio seu auditorio
palatii domini potestatis dicte civitatis iussu
dominorum priorum artium et domini potestatis civitatis
pisane voce preconis et campana pulsata
ipsum quod consilium congregari fieri et cele
brari debeat singulis annis duabus vicibus

videlicet

videlicet una vice in mense ap̄lis ⁊ alia
vice in mense octobris. Et p̄dc̄i con
silii auc̄tas et potestas ea sola sit ut in
ip̄o cōsilio sorte breuiu eligantur ↄsiliarii.
qui dicantur. cōsiliarii maioris ↄsilii q̄
esse debent futuris sex mensib3 vz electi
mense ap̄lis sex mensib3 proxīe futuris
Inthiandis in k̄lis mensis madii proxīe
sequentis. Et electi mēse octobris sex me
sibus proxīe futuris Inciandis In k̄lis
mensis nouēbris proxīe sequentis et fiant
breuia alba et nigra vz alba ī eo nūo in
quo fuerint ↄsiliarii p̄sentes in cōsilio
& nigra seu signata aliquo signo fiēd
manu Cancelarii cōis esse debeant. nūo
quo esse debent offitiales eligendi p̄ q̄lib3
porta ex quinq3 portis Ciuitatis Et ponant
ip̄a breuia in quodā capello et misceantur.
et singulariter trahantur ⁊ extrahantur
de capello p manu ⁊ manu alicui pueri
et ille cui sors dederit b̄re breue signatū
possit et debeat eligere offitialem illum
p ut breue signatū sibi obuenerit ut moris
est. de Ciuib3 p̄usinis quem uolet sīr
etiam et fieri debeat in d̄co ↄsilio elec
tiones Iudicū cōis p̄us. super Iuditiis
et causis ciuil d̄cindis familiaris seu de
et fam reguidos et sup dandis tutores et
curatores more solito et notarii palatiorū
et qui scribere debent acta Iuditialia in
causis Ciuilib3 Iuxta ↄsuetudinē actenus
obseruatā nisi aliter p sacculū eligentur.

CCCxxxv

De consilio p̄pl̄i eius nūo et auc̄te R̄

Consilium p̄pl̄i sit et esse debeat
de duc̄tis consiliariis Ciuibus
p̄usinis de p̄pl̄o p̄us. videlicet Quadra
ginta ↄsiliariorū p qualibet porta de quo
cōsilio sint et esse possint dūm taxat
priores Camerarii et Rectores Artium
qui fuerint ante celebrationē d̄ci ↄsilii
toto tempore sex mensium p̄xime p̄te
ritis. Et conuocetur et ↄgregetur duab3
vicib3 āno quolibet videlicet una vice
mense Iunii circha finem ip̄ius finis mensis
et alia vice in mense decembris circha
finem ip̄ius mensis. Et conuocari et ↄ
gregari debeat in palatio dn̄i Capit
p̄pl̄i p̄us. In sala Inferiori ubi Ius
redditur p ip̄m dn̄m Capit Iussu et
precepto d̄ci dn̄i Capit et duorū p̄ord
artiū sub precōnia et Capana pulsata
Et d̄ci cōsilii ea sit auc̄tas et potestas
solum ip̄o consilio sorte breuiu eligant.
consiliarii d̄ci cōsilii ul' aliter more solito
qui esse debent futuris sex m̄sib3 vz electi
mense Iunii qui esse debent cōsiliarii futuris
sex m̄sib3 inchoandis in k̄lis m̄s Iulii
p̄xīe sequentis Et electi ī mense decēbris
qui esse debeant ↄsiliarii futuris sex m̄sib3
inchoandis in k̄lis m̄s Ianuarii p̄xīe
seq̄ntis et fiat et fieri debeat tot breuia
quot l' ad breuia ↄtigerit talis fieri electo
quot erunt ↄsiliarii presentes ī ↄsilio alba
et nigra seu signata et nō signata. Itēq3
sint Quadraginta breuia ad min signata
p qualibet porta q̄ signata sint de signo
de quo uidebitur Cancellario cōis p̄us. qui
d̄ca breuia facere debeat et electiones ↄsi
liariorū scribere Et missis d̄cis breuib3
in Capello et singulariter extractis de capello
manu unius pueri Ille adque sorte ve
nit breue signatū seu cui sorte et fortuna
dabitur b̄re breue signatū possit et
debeat elige unū ↄsiliarium quē uelit de quo
ↄsilio nō possit esse milites n̄ domicelli
n̄ descendentes ex milite ul' ex p̄role mi
litari ex paterna linea n̄ etiā Iudices
et notarii de Ciuitate ul' comitatu p̄us. Et
si quis elegerit aliquē Ex istis qui esse
non possint de consilio Condepnetur
et puniatur p dn̄um potestate uel
dn̄um Capitaneum pena decem librarum
den. Et electio non. valeat Ip̄o
Iure Amen

Statuta communis ...

[illegible]

Ave maria gratia plena

Salve [illegible] mater misericordie vita dulcedo et spes nostra salve. Ad te clamamus exules filii Eve. Ad te suspiramus gementes et flentes in hac lacrimarum valle. Eya ergo advocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos converte et Ihesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende. O clemens O pia O dulcis maria.

Benedicamus in laude Ihesu qui suae matri mariae benedixit in eternum. Domino sit laus deo

Ave maria gratia plena dominus tecum

Recordare virgo mater dum steteris in conspectu dei ut loquaris pro nobis bona et ut avertas indignationem suam a nobis

[illegible]

Benedic domine domum istam et omnes habitantes in illa. Sit que in ea sanitas. humilitas. sanctitas. castitas virtus. victoria fides spes et caritas benignitas temperantia [illegible] spiritualis disciplina et obedientia. Amen.

Tu qui summa potes ne despice parva potentem

Nam prodesse potest si quis obesse nequit

Pocius diligendus est sive quam assiduus in [illegible] comprehensus

Si tibi ipsi silere non imperasti quo ab alio silencium queris

Mora semper odiosa est tamen facit hominem sapientem.

[illegible] est cohibere motus animi [illegible] et appetitus obediens efficere [illegible]

[illegible] nichil nisi [illegible] sequitur

[illegible] adesse [illegible] quia nil recte fieri nisi [illegible] consideratum potest

[illegible] est [illegible] respond[illegible] primo [illegible] manus [illegible] sit

[illegible] ne [illegible] in verbo [illegible] et [illegible]

Die xxxj [illegible] [illegible] [illegible] Augustinus [illegible]

[illegible] a Jacobo [illegible] Nicolao [illegible]

[illegible] xxv inquisitiones [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] Jacobus [illegible] Gregorii [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] lxxij inquisitiones [illegible] [illegible]

[illegible]

Inprimis habui a [illegible] viij sol.

Item [illegible] viij sol.

Item [illegible] [illegible] sol.

Item [illegible] [illegible] sol.

Item a [illegible] petro [illegible] sol.

Mercatus petri [illegible] sancti Angeli et [illegible] sancti Fortunati

Salve regina mater misericordie [illegible] spes nostra